THOMÆ GROSSII SYPONTINI.

IN ACADEMIA FERRARIENSI MEDICINÆ PRACTICÆ Professoris Primarij

LECTIONES DE FEBRIBVS,

In quibus præter hanc exactissimam Febrium Doctrinam: infinita Problemata, plures etiam Hypocratis, Galeni, Auicennæ, & aliorum auctorum Controuersiæ explicantur, concilianturve.

Accessit Quæstio de Vino exhibendo in Febribus à Principio.

Ad Illustriss. & Eccellentiss. Dom.

D. TORQVATVM DE COMITIBVS
Baronem Romanum, Guadagnoli Ducem, S.C.M. Cubicularium, Belli Consiliarium, & Colonellum.

NECNON VRBANI VIII. PONTIFICIS MAXIMI
Exercitus in Valle Tellina Capitaneum Generalem.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.

Superiorum Permissu, ac Priuilegio.



VENETIIS. M. DC. XXVII.

Apud Ioannem Guerilium.

TORQVATO DE COMITIBVS GVADAGNOLI

Duci Clarissimo.

THOMAS GROSSIVS MEDICVS PHISICVS SYPONTINVS. S. P. D.

EST animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere, nec aliam quærere debiti solutionem, quam exaggeratam beneficij magnitudinem. Tua me benignitas (Excellentiss. Dux) & amabilis in ista dignitatis, Romanæq; nobilitatis luce suauitas, iamdudum me tibi constituit aureis beneficiorum vinculis deuinctissimum. Sed ecce (quam ingens pretium debiti, ac beata beneficij redemptio) dum me pro tua singulari humanitate debitis imples, ea ego nouorum imploratione beneficiorum cumulare contendo. Meum hoc de Febribus opusculum Te vnum compellat ex omnibus, vt quem feliciter sortitus sum in hac Ferrariensi Academia famæ Præconem, constanter habeam doctrinæ, ac nominis Patronum. Neque verò aut de Tua mihi dubitandum humanitate, aut de operis exilitate magnopere laborandum fuit: specta debitum meum humanissimæ beneficentiæ tuæ præconium est; Agnosce amorem, sperni operis non potest exilitas. Ea est conditio summorum Virorum, qui cæteris

magnitudine meritorum antecellunt vt paribus donis, aut officijs nequaquam coli possint. Ego sanè, cum innumera animi tui decora specto, statim tuorum natalium splendor, maiorum virtus consilio, manuque præstantium, & quidquid non in Italia tantum apud lectissimos Principes, Beatissimumque Pontificem Vrban. VIII. sed in Germania apud Cæsarem, Imperijq; proceres auctoritatis, ac dignitatis obtines, Excidunt hæc mihi cuncta pariter ex animo. Adeo Tu ornamentis tuis occupas propemodum omnia, nec extra te relinquis vllum admirationi locum. Virtutis, & meritorum nexu plurimos honoris gradus copulas, & quod minimum in te laudatur, summa est in ista sublimitate constantia. Sed en digredior tuæ scilicet virtutis aura me rapuit. Contraho vela; & hoc vnum quod possum polliceor, me semper abs te, & beneficio, & humanitate victum gloriaturum, nihil enim Tibi, aut tuis gloriosius, quam ea abs te dona accipere, quæ nemo promereri possit, nemo nisi amens, vel ingratus remunerari conetur. Vale.

AD LECTORES.

EO nostra hac ætate in omnibus disciplinarum genere peruenit excellentia virtutis, vel eorum qui suis inuentis disciplinas nobilitarunt, vel eorum qui tùm sua tùm aliorum nobis præclarè, & acutè excogitata scriptis commendarunt, vt quid reliqui sit factum alijs, haud facilè cuipiam videatur; In re medica verò adeo insudarunt illustriores superioris ætatis viri, vt eorum gloria posterorum luminibus penè obstruxerit; ac quasi temerarium sit velle cum illis aliquid scribendo commentando decertare. Quæ vna res deterrere deberet recentiores scriptores, ne sibi leuem gloriolæ auram captare à posteris studerent fortusse dispendio laudis, tantùm abest prouentu. Accedit quod dum ingentibus voluminibus, & nouis libris bibliothecas ornamus, vt nostrum nomen æterna commendatione nominis ad posteros transmittimus; ita difficiliorem illis reddere videmur scientiarum acquisitionem cum maiores, & quamplurimos libros percurrendi legem quasi indicimus. Et certè candidi Lectores hæc vna cogitatio diu animum meum suspensum habuit, commentarios hosce meos apud me diù continuit; cum animaduerterem & quantum excellerent in hoc studio ingenia, & quam à multis iam ante excellentibus viris esset doctrina de Febribus illustrata, quàm præclaris nobilitata inuentis. At verò licèt egregios scriptores recognoscerem, egregiè tractata, quæ ad Febres medendi siue praxi, siue speculatiuè rationem pertinerent; non eam tamen obseruabam methodum in alijs, quæ facilem

redderet

redderet studiosis viam tam insignem, & necessariam disciplinam acquirendi; hanc cum viderer iudicio illustrium hominum, quibus lectitandos dederam lucubrationes meas paulò assequutus, sum etiam factus paulò audacior vt è latebris paterer emergere in lucem vestram, quæ conscripseram. Complector omnia (hoc opusculo) quæ alij magnis voluminibus complexi sunt, nec ita compendium studui contexere, quin etiam vberiores disputationes interdum insererem; in eo verò maximam mihi industriam adhibendam curaui, vt difficultates Phylosophicas, & medicas vtrinq; conserta acie argumentorum enodarem notabilibus, tùm conclusionibus propositis, tùm solutis argumentorum viribus, & elisis, quæ meam sententiam impugnare nitebantur. Quæ methodus & clara, & facilis est iam diù excepta ab illis Phylosophiæ, & Sacræ Theologiæ luminibus Scriptoribus Scholasticis D. Thoma, Scoto, & alijs, qui vagantem quodammodo doctrinam Phylosophicam per vepres, & dumeta syluarum ad mansuetiorem statum reuocarunt. Non mihi tamen blandior (ornatissimi Lectores) studiosis, & posteris elaboramus, & quamuis nominis fama illecebra quadam gloria allicit, & nemo sit, qui scribendo immortalitatem non spectet; ego tamen vt illud non contemno, id tamen maximè prospexi, dum hoc saxum euoluerem, vt operam meam candidatis Phylosophiæ, & medicinæ commodarem, spero me operæ pretium fecisse: si votis rei exitus responderit, boni consulite; sin minùs, condonate, & Valete.

PER

Per l'intrinseca seruitù, e familiarità

DEL SIGNOR TOMASO GROSSI COL SIGNOR D. TORQVATO CONTI DVCA DI GVADAGNOLI.

Dell'Illustriss. Signor D. Ascanio Pio di Sauoia.

SANA Tomaso, e toglie a' Cimiteri
Gli abitator, togliendo i corpi a morte;
Fere Torquato, e fa col braccio forte
Populati di morti i campi interi.
Contrario oprar d'atti pietosi, e feri
Sembra tra lor, ch'odio, e discordia apporte;
Ma l'vno a l'altro è poi nel fin consorte,
Ch'ambo Medici sono, ambo Guerrieri.
Questi à gl'infermi sanità procura,
Quegli col ferro in vn crudel, e pio
Di Germania i tumor tagliando cura;
Quei vince l'Vnno ribellante, e rio
Questi gl'humor rubelli alla natura,
Di cui l'vno è campion, l'altro d'Iddio.

NEL

NEL LIBRO DE FEBRIBVS
DEL SIGNOR TOMASO GROSSI
Dedicato all'Eccellentiss. Sig.
D. TORQVATO CONTI
DVCA DI GVADAGNOLI.

Del Signor Conte Marc'Antonio Ferretti.

TRA le Quercie di Pelio, e trà gli Abeti,
Da Maestro biforme
Apprese di natura alti secreti
Il famoso Pelide;
E frà l'Armi homicide,
E Medico, e Guerrier Troia mirollo,
Hor di Marte in sembianza, & hor d'Apollo.
Quinci, perche non ceda il gran Torquato
Al gran figlio di Theti,
Doni Tu Grossi amato,
Nelle tue sagge carte
Al Tu'Achille nouel la Medic'Arte.

AL-

All'Illustriss. & Eccellentiss. Sig.

D. TORQVATO CONTI DVCA DI GVADAGNOLI.

Il Conte Marc'Antonio Ferretti.

SOtto rigido clima, e Cielo algente
De gli anni tuoi nel più fiorito Aprile,
In caldo mar di fiero sangue hostile
Festi scogli di ferro, e d'empia gente:
Ne di Ciprigna a' rei piacer, la mente
(Qual Pelide) riuolta, in dolce stile
Cantasti, al suon di molle cetra, e vile,
Ma di bronzo guerriero al tuono ardente:
Ne per cieco furor, senza ritegno
Dato il fren di ragione al senso immano,
Fosti, com'ei, talhor di Gloria indegno.
Ond'Achille hà nel cor nouo disdegno,
Che ti ceda (ò del Tebro honor sourano)
La sua destra non men, che'l fiero ingegno.

AL SIG. TOMASO GROSSI NEL SVO LIBRO DE FEBRIBVS.

Del Sig. Benamati.

LA Febbre, ch'altri uccide, uccisa hor resta
Da bei discorsi tuoi, Grosso sottile;
Ma per non declinar l'antico stile,
Da te funerea pompa a lei s'appresta.
Negro addobbo è'l tuo inchiostro, il qual con mesta
Sembianza, & al suggetto assai simile,
Le carte che son mura; onde non vile
Sorge il tempio di Fama; auuien che vesta.
Ne mancano a compir faci lucenti
Il gran mortorio; ecco mill'occhi in esso
Sfauillar chiari; e scintillare ardenti.
Manca ben ciò, che chi ad orar s'è messo,
Fà'l merto, e'l vanto a l'vditrice genti
De l'uccisor, non de l'estinta espresso.

Nel Libro intitolato de Febribus
DEL SIG. DOTTOR TOMASO GROSSI.

Il Sig. Dottor Alessandro Francucci.

MEntre scacciar procuri
Grossi, co' tuoi discorsi quell'interno,
Da vna sola cagion, nemico alterno;
Ah, che con noue pene
Scorrendo, per le vene
Gelo d'inuidia, e poi caldo d'amore,
Fai, che proui il Lettore,
Inarcando le ciglia,
Febbre di merauiglia.

ILLV-

ILLVSTRISS. MARCHIO VBERTVS PALLAVICINVS

In Librum de Febribus

THOMAE GROSSII SYPONTINI

Medicæ Artis publici Professoris, & in Academia Ferrariensi Primarij Lectoris.

MVsa vale dudum dixit qua (Grosse) Camenis,
Nunc meritis sumit plectra citata tuis;
Si tibi tot dentur Vitæ, quot victor ab ægris
Corporibus, rabidæ funera mortis agis,
Vix tot sydereo voluuntur in æthere flammæ
Donaret vitæ, quot tibi fata parens;
Nunc etiam humano generi post funera quæris
Contra lętiferas tela parare lues:
Eia; immortales mortales soluite honores
Grosso; immortales qui facit esse febres:
Immortalis erit simul, & non noxia febris
Dum Grossi in febres nobile viuet opus.

AD EXCELLENTISSIMVM GVADAGNOLI DVCEM DONNVM TORQVATVM DE COMITIBVS.

D. CAROLI DE COMITIBVS EPYGRAMMA.

HIC Medices (Torquate) Liber certa arte cohortum
Te fera morborum noscere tela docet.
Sic decuit Marti iunxisse Machaonis artes,
Et Bello medicas applicuisse manus.

In Librum dè Febribus
THOMÆ GROSSII SYPONTINI
Philosophiæ, ac Medicinæ publici professoris.

DONNVS CAROLVS DE COMITIBVS.

IMbellem Febris atra necem mortalibus affert,
Et vitæ arcano stamina torre secat.
Ast tibi perpetuum nomen producit in æuum
Et famæ æternum donat habere decus.

AD THOMAM GROSSIVM SYPONTINVM,

Qui librum suum de Febribus Excellentiss. Guadagnoli Duci dicat.

INCERTVS AVCTOR, ET AMICVS.

Q Vam bene Torquati tuus hic requiescit in Vmbra
Grosse Liber; nec te praemia parua manent.
Ille armis sibi serta parat, torquesq; decoras,
Et factis nomen saeua per arma probat.
Nascentem torquate ambis tu carmine famam?
En ipsum torquis nomen, & omen habes.

AD EVMDEM GROSSIVM

De gentilitio stemmate

EXCELLENTISSIMI DVCIS,

Cui librum dicat.

M Ortales generosa plagas Regina volantum
Temnit, & armigero perlegit astra pede.
Quàm bene Grosse alis Aquilae conniteris altae,
Atq; suo prodis tutus in auspicio.
Nec spreta tellure petet summo astra volatu,
Tuq; comes penna remige in astra petes.

MAR-

MARTINI BVCCELLENI
Ad Illuſtriſs. & Excellentiſs.
D. TORQVATVM DE COMITIBVS GVADAGNOLI DVCEM.

PRogenies ſata Marte petat celſo æthera curru,
Et patria Cœli limina viſat ope.
Tu propria virtute altum penetrabis olympum,
Sublimis virtus, nam tibi currus erit.

EIVSDEM AD EVMDEM.

Alluditur ad gentilitiam eius Aquilam.

PER cœlum ſublimis abit Regina volucrum,
Et Domino vincit nubila celſa pede.
Hanc (Torquate) tuo cernens in ſtemmate Thomas
Tutari ingenij vult monimenta ſui.
Sic tua dum victrix ſupra feret aſtra trophea,
Adnexum Thomæ tollet ad aſtra decus.

MA-

MARII MELLINI
EPYGRAMMA
AD THOMAM GROSSIVM SYPONTINVM
Medicinæ practicæ in Academia Ferrarienſi Profeſſorem Primarium.

CVR magis arrident Torquati inſignia Thomæ,
Et magis armigeræ gratificatur aui?
An quia Aues inter rapitur ſublimior omnes,
Et propior ſolis viſere geſtit equos.
Tu quoq; Reginæ alarum conteſtus in vmbra
Inuicto poteris lumine ferre diem.

MARII MELLINI
AD EXCELLENTISS.
D. TORQVATVM DE COMITIBVS GVADAGNOLI DVCEM.
EPYGRAMMA.

ACcipe pacato, Princeps fortiſſime vultu,
Quod dextro ſcripſit numine Groſſus opus.
Martem etiam tentare ſuis ardoribus audet
Febris, & è forti dirípere arma manu.
Inclita te virtus mentis, validæq; cohortes,
Sat contra inſidias, ſæuaq; tela tegunt.
Hæc Febrium ignitas acies, & flammea tela
Monſtrabunt facili pellere Marte procul.

CO-

COMITIS FEDERICI A VERME
In librum de Febribus
THOMÆ GROSSII SYPONTINI
Phylosophiæ, ac Medicinæ publici professoris.

EPYGRAMMA.

DVM Vigilat Grossus sophiæ, vt penetralia lustret
Dat Phębus meritis præmia digna Viri,
Præmia non quæ possunt hominum concedere pestes,
At dare quæ medica Phebus ab arte potest:
Nam membris clausæ Febres mortalibus ardent,
Vt rogus extremis præparet ossa rogis.
Hæ tamen, & Medici, Phębo auspice, præmia fiunt
Commissæ æternis nempè voluminibus.
Quid loquor? auspicio Torquati venit in astra
Grossus, & hinc Febres muneris instar erunt,
Felices Febres, fortunatique labores
Aeternum fragilem; qui datis esse virum.
Tu Torquate tamen longè felicior, à quo
Felices Febres scilicet esse valent.

In idem argumentum Eiusdem Epygramma.

PLacata mundo Numina, ob raptas Polo
Mala Promethei fraude, Phębeas faces;
En quæ incubabat Febrium terris cohors,
Tandem recedit. Orbis ò salue Pater,
Maior Prometheo, qui è luto fictum genus
Animauit igne, sæpè quo nimium calet;
Tu dum calorem temperas præferuidum,
Nostræ es vocandus verius vitæ artifex,
Cum vita magè valere sit, quàm viuere.

IN

IN THOMÆ GROSSII SYPONTINI
Phylosophiæ, ac Medicinæ publici professoris.
OPVSCVLVM ERVDITISSIMVM DE FEBRIBVS.

D. CAROLVS DE COMITIBVS.

ITE ò fugaces in mare Barbarum
Lethi sorores, heu mala febrium
Cohors, querelarum magistræ,
Lurida progenies Auerni.
En vos Latinis arcet ab vrbibus,
Proculq; Regno dissipat Italo.
Apollinaris cultor artis
Ingenio, calamoq; Thomas.
Io: corona non sine ciuica
Triumphet, armis qui sapientiæ
Agmen reluctantum malorum
Pæonijs prohibetq; chartis.
Ille inquietis me quoque fluctibus
Exæstuantem vindice dextera
Seruauit, & centum fugatis
Reddidit incolumem periclis.
O illa quali risit adorea.
Lux alma nobis rebus in asperis,
Dum febris iræ pertinaces,
Et domitæ posuere flammæ.
Benè, ac beatè est: Grosse, reuiximus
Te sospitante, atque auspice: nunc tuas
Miramur artes, & perennes
Fertilis ingenij labores.
Sic nempè cunctis viuitur, haud sibi
Dumtaxat vni. Consule posteris,
Totumq; deuinci superstes
Officijs, meritisq; mundum.

IN THOMÆ GROSSII PHYSICI PRAESTANTISSIMI De Febribus Commentarium.

O D E.

DONNVS INNOCENTIVS DE COMITIBVS.

Parcarum quis cedat adhuc fatalibus armis?
Stamina fracta iacent.
Nunc reuocare gradum, superasq; euadere ad auras
Haud opus, haud labor est.
Virga Athlantiadis manes, quæ deuocat Orco,
Fabula prisca fuit.
Vicina hic in morte natantia lumina, rursum
Respicere astra iubet
Vinceret, hic etiam fatum, superabile fatum
Si foret arte: tamen
Edomat ingenij vim non tractabilis, addens
Frena furenti Herebo.
Resciat hæc si Rex Ditis, Saturnia proles
Insatiata, suo
Atria si videat vacua, & rarescere tantum
Regna Acherontiaca.
O quos in gemitus, ò quas erumpet in iras?
Quas ruet in furias?
Triste quid ima timebunt Tartara suspirantem;
Eumenidumque cohors,
Discurret pauida huc, illuc, trucis ora Tyranni,
Et rabiem fugiens.
Sed pereat lachrymis monstrum illachrymabile, discat
Ponere duritiem
Pectoris, & mentis non exorabile robur
Flectere supplicibus.
Mitius ingenium discat mortalibus esse,
Mitius esse feris;
Nam medicas adhibere manus, hominesq; ferasq;
Vidimus, vt stigijs

Deuo-

Deuotum eriperent caput vn dis? O ego lauus,
Immemor ò nimium?
Artibus his, mihi si tenera bis reddita, vita
Munera non memorem.
Si tua, quam sensi mihi sæpè indicta salubrem
Dextera prætereat?
Hoc si mente cadit, dum mens est integra, vescor
Lumine dum supero,
Dispeream; nec enim par illum est viuere, vita
Qui negat artificem.

IN IDEM ARGVMENTVM CAROLI DE COMITIBVS.

Ditis perge superbiam,
Et triste Imperium frangere Tartari,
Stygis perge potentiam,
Morborum sobolem perdere liuidam:
Firmo claudere carcere
I, perge, Eumenides, & furias graues:
Nodo stringe adamantino.
Parcarum arbitrio cædua subtrahe
Vitæ stamina amabilis.
Heu parca nimium pensa trahunt manu,
Annorum & seriem breuem.
I, nutu cohibe sæcla fugacia;
Quin si res ferat, & gradus
Te monstrante queant illa retexere.
Vitæ idem arbiter, & necis,
Aegris sollicitus ritè Machaonis
Si vitalia pocula
Salubri dederis dulcia nectare.
Iuratum caput in stryga
Tu certus viduum ludere manibus;
Quamuis Cerberei patent
Rictus, imperium Tænarij Ducis.
Debentur quoties tibi
Hæc optanda diù munera, queis fruor,
Vitæ? ah sæpius artibus
Elusisse tuis vim licuit malam,
Obluctantis, & impetum
Fati. si laqueis implicitum suis

Seu me, siue meorum aliquem.
Haud inuita videt fera necessitas;
Arti debuimus tuæ:
Herbis namq; potens, gaudet Oreadum
Quas legisse manus tibi,
Hinc fatum lacrymosum, & miseram luem
Auernale agis in specus:
Primæui, nimium & lubricus emori,
Hæres criminis innocens
Formidata Herebi monstra timet minus;
Quin te Præside despicit.
Dandum ergo tibi, quòd viuimus integri.
Ditemque, & Styga fugimus.
Sed vitalia me reddere munera
Vitæ muneribus tuis,
Edicit pietas, Aonidum, & chorus:
Quippe affinis Oreadum
Musarum chorus est, & socias amat
Dextris iungere dexteras,
Germanasque iubet munere compari
Vati propitias suo
Donari comites, ambitiosior,
Herbarumque potentiam
Euinci cithara, teque canoribus
Fortunatior artibus
Aeternare suis. at genus vtraque
Patris iactat Apollinis,
Certatimque suas spondet opes cohors
Nympharum tibi; scilicet
Vt ventura tuam in sæcula differant
Vitam, nomen & inclytum;
Gratæ olim, vt referant munera debita,
Numquam & deciduum decus.
Doctis aucta tui fœtibus ingeni
Quantum debet Oreadum
Nympharum soboles? altera longius
Vitæ munera vatibus
Conseruata suis, robur & integrum;
Acceptum referet tibi;
Et debere tuis plurima laudibus
His se nominibus putat.
At viues melius tu meritis tuis:
Viuet deque tuo chorus
Musarum melius, viuet Oreadum:

AD

Ad Illustriss. & Excellentiss. DD.

TORQVATVM DE COMITIBVS

BARONEM ROMANVM

Guadagnoli Ducem Sacræ C. M. Colonellum, & Sanctitatis suæ in Valle Tellina Capitaneum Generalem.

DE OPERE THOMÆ GROSSII MEDICI DE FEBRIBVS.

O D E.

DEDICATIO OPERIS.

ANtiquæ decus ô togæ
TORQVATE Ausonidùm progenies ducum,
Sic te Phœbus amet pater,
Et Phœbo genitus dux Epidaurius,
Et pulsa lue Febrium
Seruet te populis incolumen Salus.
Delapsum supera domo,
Sed maiore catum metite Promethea
Iam cerne, atque hilari excipe
Fronte, atque auspicio propitius foue.
Non hic exitium, at sacrum
Laturus populis auxilium venit.
Audax IAPETI GENVS
Ex quo sidereis surripuit plagis
Ignem, noxia FEBRIVM
TERRIS attonitis INCVBVIT COHORS
Mortalesque latentibus
Exussit facibus flamma nocentior
Iamque vrbes per, & oppida
Commixti iuuenes cum senibus cadunt,
Et cum virginibus nurus
Labuntur: propero mors pede concita;
Vis præmissa satellitum
Ad quoscumque vocet, carpit iter lares.
THOMAS ecce Prometheos
Prisci fraude mala gentibus additas
Pestes arte fugat noua:
Quæcumque in miseris corporibus vorax

Grasse-

Grassetur Stygijs lues
Emissa è latebris: assiduas faces
Quæ vis igne potentior,
Et longè Sicula rupe feracior
Aegris suggerat artubus:
Quæ vis eripiat concita anhelitum,
Et fato subito obruat:
Aut quæ lenta pigris ossibus hæreat,
Sensim tabifico malo
Absumens penitus visceraque, & fibras
Cordis: quæve quoto die
Certo circuitu vis remeet mali;
Hæc pandit tibi singula
GROSSVS, nec reticet, quæ cui idonea
Febri sint medicamina,
Et præsens populis auxilium parat
Nunc tu Magne COMES, tuo
Nostrum præsidio attolle Promethea
Laturum miseris opem;
Ut quas auspicio Palladis haud bono
FEBRES Iapeto satus
Terris intulit, has vindice, & auspice
Te THOMAS, Medicæ pater
Artis Pæonios quem docuit modos,
Cunctis vrbibus exigat,
Detrusasque Erebo, siquid & vltimi
Infra imos Erebi est sinus
Auras iam remeare ad superas vetet.

Petri Mori Veneti Cl. Reg. Somasch.

AD

AD THOMAM GROSSVM MEDICVM DE EIVS LIBRO,
Qui inscribitur de Febribus.

EPYGRAMMA.

Hortatio, vt Librum in lucem edat.

O Cui lanificas vni superare sorores
Contigit, & tetrica fila tenere colus,
Nam quis Parcarum meliùs mala stamina nouit
Doctiùs, aut tacitos detegit arte dolos?

Ede tuos orbi, THOMA, tandem ede libellos,
Et FEBRES, Clothus ignea tela, refer.

Nulla licet duras exorent vota sorores,
Inuitas coges parcere, GROSSE, tamen.

Petri Mori Veneti Cl. Reg. Somasch.

EGo Fr. Adrianus Cardenarius Genuensis, Reuer.admodum Patris Inquisitoris Ferrariensis iussu, summa animaduersionę recognoui Librum de Febribus Excellentiss. D.Thomæ Grossij; nihilq; in eo offendi, quod Christianæ fidei, aç moribus aduersetur; imò se talem mihi totus obtulit liber tum in eruditione, ac stili facultate, tum in clara atque exacta subtilissimarum resolutionum breuitate, vt dignissimus censeatur, qui ad Medicæ artis, communiumque hominum vtilitatem omninò typis mandetur.

In cuius fidem me subscripsi die 25. Augusti ann. 1626.

Ego Fr. Adrianus Cardenarius Genuensis.
Lector Ord. Prædicat.

PRAELVSIO
AD LECTIONES.

NOn potuit mea quidem sententia (Princeps excellentissime) mihi quidquam opportunius ad dicendum quàm praeclarissima haec auditorum frequentia, ad quam tuae presentiae lumen accessit, hodierna luce deferri. Cum enim artis medicae metas, eius optimè consultus Hypocrates vltra vulgarem mortalium industriam, & vsitatam laboris arenam longissimo interuallo statuerit, illustratus iste tanta luce consessus, tantùm virium meo titubanti cócedit ingenio, vt illud quod commentatione, atq; vsu pauci (Hypocrate teste) consequuntur. Ego nunc persequi dictione non dubitem. Videre mihi videor in huiusce nobilissimi Lycęi splendoribus radiantem Barberinae Lucis Maiestatem, quae dum Excellentissimi Principis è conspectu diffunditur, armatę sapientię facibus, vel ipsum timorem, torporemq; succendat. Neq; enim hic felicissimae sapientiae, & praeses, & patronus Gorgonei rictus obiectu frangit audaciam procacioris obtutus, & arcana perscrutantem cogitationem saxea metamorphosi obrutam extinguit: sed mellitam in beneficentia dulcedinem sapit, in excelsi magnitudine animi spiculú bellicae fortitudinis vibrat, in reliquo velnti corpore politissimae sapientiae lucis affusae non varietate minus, quàm specie spectantes tenet. Intuetur in hoc augustissimo vultu Medicina non sagatam minus, quàm pacatam prudentiam numeris omnibus absolutam, virtutumq; singularum talem intelligit esse cócordiam, vt nescio quid sibi noui concentus velut occulta virtute afflari sentiat. Ita non modo nihil desiderat, à quo silétij postuletur amuletum, verùm admittatur orationi curriculum intra carceres contineri non posse. Trahit nimirum anhelantem sua meta, tua luce conspicua, sentit ex afflatu tuo Medicinae fauore non tam geminae felicitatis indices, pontificio collucere apes in flemmate, quàm geminae praesidia virtutis hoc est belli, pacisq; laudes fulgurare in magnanimo Principe nepote. Ex vtrisq; reflatur aura fiduciae, timoris nebulae discutiuntur, fit paratior animus ad Medicinae impendendam prolusionem, cui nullo modo silentium debebatur. Accedunt & praeclarissimae huius Ciuitatis rationes, quae cum Pontificio lumine sunt ita coniunctae, vt alia in luce spectari non mallent. Animata vestris radijs antiqua illius omnis nobilitatis, omnis sapientiae omnium bonorum ornamenta me pellexerunt, vt in tàm celebri doctrinarum emporio, quas multis vigilijs, ac diuturnis lucubrationibus adornassem, Medicinae merces exponerem. Vos igitur nobilissimi Ferrarienses, quibus nihil ferreum est in pectore, nisi aduersus impetum insanientis fortunae, moribus aureis afflate mihi benignitatem vestrarum aurium, fauoremque linguarum, (quibus secundis) haec antegressa Medicinae explicationem Oratio, quo spectat nemini ingrata prouehatur.

Medicinam esse scientiam, quæ inter cæteras, quibus humana ingenia excoluntur præcipua censeri debeat vel hinc maximè liquet, quòd arguendi modum habet scientificum, quod res explorat, ac perfectè è causis inquirit, ac perscrutatur, quod demonstrationibus vtitur euidentissimis, quòd de æternis demum est, ac maximè omnium necessarijs, quòd adeo disciplinas quodammodo complectitur vniuersas. Quid enim in hoc sublunari globo reperias quin Medicinæ subseruiat? vt perquam illud scitè à Ioanne Veterno traditum sit quemadmodum Apes ex dispersis circumquaq; flosculis ad mellificandum delibant; sic item per Medicos è summis quibusq; Artibus, & omni rerum omnium sublunarium natura gemmas esse deligendas, & conglobâdas in cumulum, atq; ijs deinceps velut è sanctiori Aerario pro tempore ad rem suã, atq; ad humanæ societatis necessitatem depromptis opportunè vtendum; quę res Poetarum Principem Homerum impulit, vt lib. 11. Iliados multis alijs virorum exæquaret Medicum Rectè autem, cuius artis summa, & frequens necessitas est, & in dictò omnium maxima vtilitas: Eius item indipiscendæ trames, quàm latissimis terminis euagatur. Videat iam Plutarcum aliquis quo pacto probet, nullam artium liberalium minùs complecti elegantia, ornatus, ac iucunditatis, quàm Medicinam scilicet captiosæ Rethorum efficaciæ, Dyalecticorum subdolæ dissertiones, Geometrarum dimensiones, haud scio an certè satis, Astrologorum obscurissima lumina, musicorum numeri ad pruriendum auribus compositi, ad summam dissona Phylosophorum, atque alia aliò fluctuantia dogmata elegantiam homini, ornatum, ac iucunditatem singula tribuant; non item eius disciplinæ notio, quàm decet vniuersis hisce præditam esse, ac præmunitam, Aut quid elegans demum, quid vè iucundum atque ad ornandum hominem accommodatum censendum est, nisi per quod ita instituitur, ac se se comparat, vt prodesse omnibus velit, possit etiam, vt sua opera nemini non mortalium expetenda sit, imò adeo necessaria, vt in potestatem, ac arbitrium suum planè dedatur, quo nihil est hominum generi optabilius impertitu m, nihil præstabilius? Sat hercle ornatus est mea sententia, atq; elegans, qui humanis commodis vsq; velificando in commune, atq; perpetuum bonum con fulit, qui abarcet, atq; profligat hostes consistantium morborum infestissimos, qui vitam præstat incolumem, quæ tum nititur subleuare, cum subsidijs omnibus diuitiarum, opum, clientum, amicorum, propinquorum destituimur, cum nulla amplius dignitatis, nulla magistratuum, ac imperiorum suppetunt adminicula, quam quisq; optimè tum à fortuna, tum à natura comparauit, tum cum maximè iucundari, ac omni laude accumulari necesse est; nihil autem (teste Quintiliano) fortuna alicuius melius habet, quàm vt possit, nihil naturæ, quàm vt velit seruare plurimos. Sunt fortasse autem, qui inficias eant, producendæ vitæ facultatem in Medicina esse positam: morbis quidem per ea occurri posse, aduersam recreari, atq; in integrum restitui valetudinem fateantur; fati autem imminentis necessitatem prot. lari vllo pacto pernegent, ne illi, quarum artium cognitionem Medicinæ præferunt, earum se se ipsi rudes penitus, atq; ignaros declarât, qui si vel primioribus, quod aiunt,

labris

labris Phylosophica degustarint, si intellexerint in calido, ac humido vitam hominis cōsistere; viuendi causam in his duobus temperata inuicem proportione esse collocatam, multa esse, quibus obtundi subindè possit, atq; extingui calor, multa, quibus corroborari, ac conseruari diù, quarum rerum in vtramq; partem cognitio sit in Medicina constituta; Si inquam hæc perdidicerint valdè eos pigeat inconsultæ vaniloquentiæ. Ea tum verò, non corporis saluti tantum, ac prorogandæ vitæ Medicinam consulere; sed animo etiam, mederi, ac ei parti, qua ad Diuinitatis imaginem proximè accedimus remedia identidem laboranti afferre peroppotruna. Nam si multa animi vitia ex corporis vitiatis humoribus oriuntur; Neque eorum sæpè mens sana est, quorum corpus malè afficitur in ea parte præsertim, quæ est rationis sedes; Quæ tamdem alia ratio tollendi effectus est, nisi causam adimas? Cambises (vt scribit Herodotus) ex sacro morbo insaniens fratrem, sororem, ac plerosq; alios domesticorum peremit; Caligula & corpore, & mente valetudinarius in humani generis perniciem non sat habens tortorum, ac carnificum ministerio ferrum ipse strinxit propalam, venenorū etiam scrineis subdolè est debaccatus; suam vtriq; mentem neq; volenti neq; sentiēti Medica ope reddidisses perpurgato cerebro. Quo quidem intellecto Plato, & Aristoteles ne quamplurin os alios recensean, optimam esse non posse Rempublicam perhibuere, in qua Medici desiderarentur. Hoc Artaxersem permouit, vt Hypocratem ad se per Legatos euocaret, à Ptolomeo Erasistratum aduocatum accepimus, Galenum à Marco Antonio accitum, à Policonte Democidem, Egynetam ab Atheniensium republica, ab alijs alios, vt eorum opera vitam, quàm fieri posset diutissimè, & corpore, & animo benè valentem traducerent? Si mihi quod sentio, quodq; res est impunè eloqui licet, Alexandro Macedoni omnium post natos homines Regi clarissimo, in ipso impetu, cursuq; celeberrimarum rerum non tantum opis conferta strenuorum militum phalanx, non quam perpetuam comitem, ac sub potestate habuit fortuna, quantum Philippus Medicus impertiuit. Taceo innumerabiles, quos ad summam claritudinem fidelis cura aduigilantium Medicorum subleuauit. Nullæ fuissent tantæ machinæ ad oppugnandam Vrbem Cryseorum, nulla tanta ad expugnandam, ac diruendam manus ni Cryses, ac Elaphus ex prosapia Hypocratis oriundi à pestifero aere incolumes copias præstitissent. Hac ratione adducti Ægyptij, qui ex omni hominum genere sapientiæ titulo præcelluere ad palatium regium aditum pro libitu vni Medico, præterea omninò nemini concessere. Hunc honorem habuit, hac liberalis animi significatione prosequuta est, suæ custodem salutis amplissima dignitas; Quem vt ne ab latere suo quoquam absccdere pateretur, quam profusa liberalitate prosequuta est, quibus honoribus cumulauit? Ptolemeus cb Antigonum Patrem graui morbo liberatum aureorum quindecies millibus donauit Erasistratum; Quinto Stirtinio, & Iacobo Castricio amplissima sunt impertita pra mia; pessimos adeo Tyrannorum, ac in exhauriendi sanguinis rabiem efferates, Medicorum officio delinites de sua natura concessisse satis constat. Phalaris, cuius ante cæteros Tirannos insignis

 crude-

crudelitas ipse per Epistolam sua manu scriptam profitetur, in potestate tec e esse Medici sui, non posse tanta virtute dignam laudem rependere, in præsens dono ei mittere grati animi pignora, puri auri phialas quatuor, crateras aureas non eius temporis artificio duas, poculorum terycliorum pocula decem, puellas impollutas viginti; Quin adeò coniuratorum Principem Callesserum, cuius in se se comparatas insidias, quove loco, & qua ratione manifesto compererat, confessum, ac reum sceleris Vita, ac libertate donauit (deprecante Medico) palam testatus, ingrati animi esse, salutis deprecationem ei denegare, qui salutem alijs impertiret. Nostra adeo ætate Magnus Magorus, cuius ex Tamberlanis posteris intrà Gangem Latissimum est Imperium, Maxareno, Quod vocabulum arabicè Medicum Ægyptium sonat centum millia Coronatorum assignauit mercedem annuam. Quinimò Regna antiquitus, ac subiectarum gentium imperia amplissima fuere Medicinæ constituta præmia;

Cap.3. Quod non obscurè ab Isaia perstringitur, vbi ad amouendum delati principatus onus hæc adducitur potissimum excusatio, quod se Medicum esse pernegat, qui enixissimè deposcitur. Medicinæ Salomonem strenuam operam

8.Hist. antiq. dedisse, Iosephus asserit; per Moysen aduersus ignitorum serpentium morsus remedia sunt adinuenta. Ezechias Iudæ Rex, Agrippa item in Medicinæ studium accuratè incubuere. Hoc eo dico, ne quis apud gentes tantum veræ religionis expertes vsu fuisse receptum arbitretur, vt qui summo cum imperio agerent, hanc apprimè excolerent disciplinam; Quod in Osyride, ac Serapide Ægyptiorum, in Aristeo Arcadum, in Cadmo Phenicum, in Dyonisio Siculorum, in Attilo Pergameni, in Massinissa, ac Iuba Mauritaniæ, in Sapore Medorum, ac persarum in Ioanne Mesue Damasci Regibus luculentè ostenditur. Plerosq; etiam Romanorum Cęsarum ab hac disciplina non abhorruisse pro comperto est, vt Augustum, Tiberium, Adrianum, Titum, Constantinum, Iustinum, ac alios, quorum haud sanè vulgari opera, ac impensa Medicinæ artem accepimus cohonestatam. Quid multa? Nulla in terris tanta existit dignitas, nulla tanta in rerum vniuersitate promicat amplitudo, quæ ab arte Medica titulos sibi adsciscere sit dedignata. Si Reges desideras in Medicis iam enumerauimus plurimos, si Imperatores iam aliquot percensuimus; si Prophetas Eliseum habes, qui Coloquintidas emendasse, ac Medicinæ opera elephantiacum sanasse 4. regum 2. perhibetur. Eliam præterea, cuius Ficulneo Cataplasmate à vulnere Saucius conualuit; è Sacerdotibus Esdram reperio, qui nemini vni veterum concessit disciplinæ peritia. Inter Summos Pontifices (hoc est in eminentissimo temporariarum omnium dignitatum fastigio) Nicolaus Quintus, Eusebius, Paulus Secundus, Ioannes duodecimus Medici numerantur. Quid ni Pastoribus optimis corporum item, vt animorum medela in oues congruat? habent exempla laudatissima, sanè Auctoribus nituntur in vtramque partem celeberrimis, Medicum fuisse D. Paulum, Potio coarguit, quam D. Pauli nuncupant. S. Cosma, & Damianus, D. Ambrosius in hoc ordine sunt, D. Lucas Euangelista medendi artem calluit vniuersam, aliquando etiam pertractauit, Medicum cum ad Colossenses 4. D. Paulus vocat. Quid

quod è purissimis illis empirei ca rdinis genijs, quos sibi Deus administros ha bet celebratur, qui Medico agn omine præditus egregia inter homines edidi artis prestitæ documenta? Raphaelem Angelum intelligo, per quem edoctu^s Tobias Iunior excęcato Patri oculorum aciem, & visum reparauit. De Michaele etiam Arcangelo Sozomenus tradit, quod laborantem Febre, & contumaci vomitu conflictatum quemdam, herbæ simplicis medela incolumitati pristinæ restituit. Ex Deo nempè medendi munus habent hominum curæ destinati spiritus, qui ipse dum in terris humanatus ageret, Medici officium assiduè exequebatur, quam rem Sacrarum literarum amplissima perhibet Auctoritas, *Virtus de illo exibat & sanabat omnes*, (verba sunt testificantis Euangelistæ;) O dignitatem Medici quanta vlla nusquam in omni hominum disciplina reperitur maior, si diuinæ opis est, laborantes, ac oneratos omnes ad se se reficiendos accire, nescio quæ profectò Diuinitatis in Medico sunt certissima vestigia, quando homines ægritudinum laboribus conflictatos, languorum graui onere oppressos arte, ingenio, cura, ac fide sua velut ex ipsis mortis faucibus retrahit, atque amaræ luci redonatis vitam solidam iterato regerit quam à Parentibus hausere semel innumeris obnoxiam humanorum casuum perturbationibus. Quare considerata Dyocles, plus (inquit) mea sententia debetur Medico, quàm Parentibus, cui quippè sæpius debemus, quod his dumtaxat semel. Atqui si aduersus eum, qui infestos hostium Mucrones à ceruicibus nostris depulit omnibus obligamur grati animi officijs, nullam vmquam parem nisi pari in discrimine reposituri gratiam; quæ erit tāta merces, quæ ex condigno maneat, depugnantem pro nobis assiduè cum tot infensissimis hostibus, qui vitam nostram quotidianis obterere insultibus, vixque adeo è portu soluentem clade naufraga subruere acerrimè connituntur, imò etiam multò ante subindè prospectam diræ luis, ac morborum imminentem procellam, quam effuso turbine debacchetur fatidicis abercent diuinationibus (Hypocrate auctore) ab Illyriorum ora pestis ingruens prouisa est, ac discipulorum suorum in regiones dimissione præuia, ceu præpotenti quodam Anthitodo propulsata. Neque quod viuimus dumtaxat in acceptis ferendum Medico est, sed quod sopimus præterea, quod honestissimis artibus imbuimur, quod virtutibus exornamur, quod præclarissimis insignimur tum corporis, tum animi ornamentis, quatenus ea retinemus ipsius beneficio, sine quibus nihil queat subsistere reliquorum. Non temerè igitur ab antiquis, sed consilio, vt ijs temporibus perquam accurata disquisitione inhito templa, ac Aræ Esculapio, Podalirio, Hypocrati; & alijs tantæ artis coriphæis condita sunt; Sacerdotes etiam adoptati ad sempiterna referendę meritissimis gratiæ ministeria; Ludi etiam instituti, vt immortalia extarent gloriæ Medicorum perpetis monumenta. Nobis quidem, quos veræ fidei iubar diuinitus collustrauit non adorandos, nec diuinis afficiendos honoribus, sed honorandos certè Medicos diuina oracula præcepere, quippè quos propter necessitatem procrearit Altissimus, quibus teste Cardano impertita cœlitus est superum immortalium propria doctrina, vt eorum idcirco beneficium

tam-

tamquam Sacra res, ac diuina nullo tanto poßit prætiosissimorum munerum honorario compensari.

Verùm longius abij, quam institueram, quamque excellentissimi Principis, spectatissimique huius consessus in me audiendo pati visa est æquanimitas; Sed inhibendi cursus Ratio erat perdifficilis, in amplissimo pelago Euphratē (vt cum Poeta loquar) citius posses haurire bibendo, aut Tyrrenum auidè labris immittere rorem, quam vel obiter perstringere, quæ facultatem Medicam ad Cœlos efferunt præclarissima decora. Hæc illa est vna scientiarum omnium, quæ (Platone perhibente) sapit reliquis vmbrarum in morem circumuolantibus. Hęc illa est omnium Aquila disciplinarum. Vos ego iam compello spectatissimi Iuuenes, qui ex omni optimarum Artium genere hanc vobis potissimum delegistis excolendam, non pęnitendo quidem consilio; Ipsi vosmet iam perpendite quantum curæ, studij, industriæ in se se conferri postulet operosi moliminis laudatissima ratio. Tametsi iam mihi vestros singulorum animos exterior vultuum enunciat alacritas, iamque vestras omnium habeo exploratas voluntates, vt adeo nihil mihi verendum sit ne studiorum, ac vigiliarum mearum effusus labor absentibus excipiatur pręsentium animis, noui ac iam perspexi probè, quibus igniculis ad virtutem exęstuet generosorum indoles animorum, Vel vna claritudo vrbis inclitę, in qua tanti operis fundamenta iacimus, cuius è fecundo sinu tot iam prodiere in hac parte laudis pręstantissima lùmina, nihil me secus patitur suspicari, vt adeo habenis potius fore opus videatur ad retinendum cursum studiorum, quam calcaribus ad incitandum. Quoad me attinet fungar (vt ait Horatius) vice cotis acutum reddere, quæ ferrum valet exors ipsa secandi; Id nempè curabo sedulo, vt ex hoc dicendi, ac docendi loco nihil in medium prodeat, quin ordinatim è lectissimis scriptoribus delibatum, ac diù ante perquam accurata mea pręmeditatione excussum, imbuendis eximiè animis apprimè conducat.

Verùm vt orationis orbem eòdem vnde duximus referamus in tua beneficentia (Princeps amplissimè) conquiescat, à qua datus est ipsi in arenam hanc aditus, fateatur ab isto fonte humanitatis, in me tantum esse gratiæ deriuatum, vt nullius officij capacitate poßit exhauriri. Demersam se tanto gurgite ne inficietur, & agere gratias posse satis habeat; si gratiam sempiternam debere necesse est. Nimirum felicius obstringitur animus, cum magnanimi alicuius Viri beneuolentia deuincitur. Tuæ hoc æs grątiæ mallem me semper opprimeret, quam Midæ aurum expleret, talem seruitutem mea libertas habet in delicijs, sine qua libera minus esset. Ex mellea tua humanitate tantum est meo decerptum officio, vt incommodis omnibus haud ægrè mederi posſit.

IN-

INDEX QVÆTSIONVM

Quæ in hoc opere continentur.

QVid nomen Febris significet. pag. 1
Quid sit Febris. 2
An Febris in genere caloris ponenda sit. q.1. 9
An siccitas sit de essentia Febris. q.2. 14
An calor Febrilis, & naturalis subiecto conueniant. q.3. 16
An primarium febris subiectum debeat constitui cor. q.4. 19
Pars secunda, in qua agitur de differentijs febrium. 22
Pars tertia, de causis febrium. 25
Num fœmina sit calidior masculo. q.5. 29
De motu. 32
De alimentis. 34
De vicinitate corporis calidi. 36
De prohibita respiratione. 37
Quid sit quotuplex sit, & quas causas habeat obstructio. ibid.
De putredine. 39
An humores absque putrefactione possint febrem excitare. q.6. 40
Pars Quarta, de Symptomatibus, & proprietatibus febrium. 44
De continuitate, & intermissione febrili. 45
De Periodis, & causis Periodorum. 49
De rigore, horrore, & refrigeratione. 53
De principijs, augumentis, vigoribus, & declinationibus febrium. 59
Pars quinta de natura causis signis præsagio, & curatione febrium speciatim. 68
Quid sit praxis. 69
Quid sit indicatio. ibid. Quotuplex. 70
Quid contraria sint. ibid. Quid similia. ibid.
Quid conindicatio sit. 71. Quid coindicatum. ibid.
Quid, & quotuplex indicans sit. 71
Quid sit contraindicatio, quid contraindicatum, & quid contraindicans. 72
Quomodo contrarijs ad curandum vtendum sit. ibid.
Quomodo ad conseruandum similibus vtendum sit. 73
Quid indicent res naturales, quid res non naturales. 74
Quid res præter naturam. 75
Quid alterandum, quibus alterandum, & quousque alterandum. 77
Curatio sitis. 79
De inappetentia. 84
Curatio doloris lumborum. 90

Curatio

Curatio ardoris præcordiorum. ibid.
Curatio fluoris Alui. ibid.
Curatio ſtipticitatis. 91
Curatio peruigilij. 92
Curatio delirij. 94
Curatio ſomnolentiæ. 96
Curatio doloris capitis. 97
Curatio vomitus. ibid.
De ephemera exquiſita. 97. cauſæ 98. ſigna 100. Prognoſtica. Curatio. 106
De ſynocho non putri. 108. cauſæ 110. ſigna 111. Prognoſtica. curatio. 112
De Synocha putri. 116. cauſæ. ſigna. 119. Prognoſtica. curatio. 120
De tertiana exquiſita. 124. ſigna. 127. Prognoſtica. 130. curatio. 132
Da quartana exquiſita 141. cauſæ. 145. ſigna. 148. Prognoſtica. 149. curatio. 152
De quotidiana exquiſita. 161. cauſæ. 163. ſigna 164. Prognoſtica. 166. curatio. 167
De multiplici, continuaque tertiana. 170. Prognoſtica. 171
De tertiana ſpuria. 173. Prognoſtica. curatio. 174
De febre ardenti exquiſita. 176. cauſæ. ſigna. 179. Prognoſtica. 181. Curatio. 183
An vinum debeat exhiberi in febribus, & morbis acutis à principio. 190
De febre peſtilenti, & peſte 237. cauſæ. 242. ſigna. 249. Prognoſtica. 258. Curatio. 260
De febre lypiria, ſeu maligna 269. Prognoſtica. 271. Curatio. ibid.
Curatio peſtilentium ſymptomatum. 274
Curatio ſyncopis. ibid.
Curatio variolarum, & morbillorum. 275
De Parotidibus. 277
Curatio puſtularum, omniumque humorum malignorum. 278
De febre hectica. 279. cauſæ. 282. ſigna. 283
Prognoſtica curatio. 288
Modus exhibendi oua ſorbilia. 291
Modus Ptiſanæ parandæ. ibid.
Modus præparandi teſtudines. 292
Modus præparandi limacias. ibid.

INDEX

INDEX VERBORVM, ET RERVM NOTABILIVM.

Quæ in hoc opere de Febribus continentur.

Absynthium in tertiana exquisita an exhiberi possit, & debeat. 136. *Galeni sententia de absynthio exhibendo.* ibid.
Absynthij vsus pro quartanarijs. 161
Acetum magis extinguit ignem, quã aqua. 285
Acetum quartanarijs infestissimum. 147. *& melancholicis.* 154
Actio tripliciter læsa dicitur. 75
Acutus morbus, & tardus vnde dignoscantur, & quæ requirat acutus. 64. *& à quo desumatur.* ibid.
Aer ambiens in hyeme cur calefaciat corpus calore naturali, & febris succendatur ex alia causa, quàm frigida. 43
Aer calidus, & humidus cur disponit ad pestem. 244 *nimis calidus cur pesti obnoxius.* 245
Aer in hectica febre qualis debeat eligi. 289
Aer putrefieri cur possit, spiritus verò minimè. 105
Aer secundum substantiam, an possit corrumpi. 243. *dupliciter consideratur.* ibid. *mixtus cur corrumpatur.* ibid. *secundum qualitates an corrumpatur.* 244
Aerem pestilentialem quando fugere non liceat, quid agendum 262. *quæ purgent aerem.* ibid.
Aeris electio in peste qualis esse debeat. 261. *& qualis esse debeat aer, vt salutiferus dici possit.* ibid.
Alexipharmaca simplicia; quæ dicantur. 266. *Eorum vis, & efficacia.* ibid.
Alimentorum nomine quid veniat. 34
Alteratio quomodo fiat, & quibus perficiatur. 77
Anguilla quare conferat hecticis, quæ sub alia ratione perniciosissima est. 289
Animalia tempore pestis fugiunt proprias latebras, & quare. 255
Animi defectus, & syncopis differunt. 114
Animi motus quo pacto excitent febrem. 32. *Medici cur eos reposuerint inter causas externas cum tamen interni sint.* 33
Antidotum celebre contra pestem. 266
Aphorismus Hypocratis explicatur. s. purgati si ab euacuatione non sitiant, non cessent priusquam sitiant. 82
Apozema in forma liquidiori ad extinguendam sitim. 80
Appetitu ex flente comedendi Medici præcipiunt esse comedendum, & quare. 85
Aqua affusa in calce cur calor manifestetur, non ita si affundatur vinum, vel acetum. 285
Aqua an magis vino oligophoro sitim extinguere habeat? 80
Aqua calida quando extinguat sitim magis quam frigida. 82
Aqua, & vinum si importunè exhibeatur, in febribus, cur delirium excitare valeant. 96
Aqua in pauca quantitate sumpta, non modò extinguit sitim natam à bile, sed eam magis intendit. 81
Aqua sua natura frigiditate vniuersum corpus infestat. 209
Aquæ frigidæ potus ad satietatem quando exhiberi possit. 185. & seq.
Ars quid sit. 69
Ars Medica duas alas habet, rationem, & ex-

experientiam, & in quo versantur. 68
Arsenicum pestilens contagium arcet, & cur. 273
Arteriæ differunt à venis, & in quo, indè originem habeant, vnde venæ. Arteriæ simplici vestiantur tunica, venæ simplici, & cur. 5
Athæneus defendit omnes febres esse putridas. 17
Auerroes, & Auicennas aiunt vigores fieri intensiores à causa viscida, & frigida, quàm à calida. 58
Aues, & bruta in peste Atheniensi non gustabant cadauera, & quare. 261
Augumentum duplex. 67
Auicennas de contrarietate notatur quando dicit frigus externum causare inappetentiam. 84. *conciliatur.* 85
Autumno procreantur, ut plurimum quartanæ. 147

B

Balnea aquæ dulcis pro hecticis. 293
Balnea, quibus vtebantur antiquitus Medici ab vsu recesserunt. 124
Balneum aquæ dulcis sitim, & febrem extinguere potens est. 82. *Balneum extincta siti ingressi, sitibundi egrediuntur, & è contra, & quare.* 83
Balneum aquæ dulcis an conueniat in febre ardenti spuria. 189
Bilis atra ex quibus generetur. 142
Bilis, & si potentia sicca, actu tamen humida est. 177
Bilis, vt est in ventriculo, dupliciter considerátur. 81
Bilis in ventriculo quæ gignatur. 129
Bilis per superiora, melancholia per inferiora purganda ex Hypocrate, & quare. 158
Boli armeni Laus. 267
Bruta an capiantur peste. 256. *& seq. non capiuntur à parua peste. ibid. & quare. cur minus quam homines sint pesti obnoxia. ibid. cur minus excrementosa. ibid.*

C

Cadauera hominum, quæ fame in bello periere maximè pestem inducunt. 244
Cadauera mortuorum ex peste sunt pestifera. 261
Calor, & dolor attrahunt tanquam cucurbitula ad partem affectam. 95
Calor febrilis, & naturalis an subiecto conueniant? 16. *subiecto distingui probatur. ibid. in eodem subiecto sunt.* 17
Calor febris pestilentialis cur plus iusto acer, & mordax sit. 253
Calor natiuus operationum omnium instrumentum. 6
Calor natiuus ventilatione regitur. 37. *& quibus regatur, quibus verò corrumpatur calor.* ibid.
Calor naturalis, & febrilis specie distinguntur. 280. *natiuus ex semine, & menstruo originem habet. ibid. differt calor naturalis à febrili.* 281
Omnis calor non est potens excitare febrem, & pariter non omnis siccitas. 15
Calor similes efflorescit humores. 146
Calor tripliciter dicitur naturalis, & tripliciter præter naturam 10. *Quæ sint principia natiui caloris, quæ præternaturalis. ibid. in quo differat calor naturalis à calore præternaturali.* 11
Cancri pro hecticis quomodo parentur, qui eligantur. 292
Cappares comesti quem effectum producant. 86
Capra perpetuò febricitat de mente antiquorum & quare? 26
Carnes pullorum vetustiorum aluum astringunt. 168
Caro agnina, & hœdina cuius natura, & facul-

cultatis. 135. esu herbarum fit venenosa. ibid.
Incauernis terræ aquarum frequentissima stagna. 244
Cauitas quotuplex, & quæ sit sensibilis. 38
Causa malefica in Febribus pestilentialibus cur calefaciat, & lædat proprietates spirituum, non tamen illos putridos reddat. 103
Causa, morbus, & symptoma quid indicent, à quibus indicationem habent. 75
Causæ tertianæ spuriæ internæ, & externæ, quæ. 174
Causæ, quibus prohibetur pestilentia. 260. Fuge citò procul, & tardè reuertaris. 261
Causæ synocham excitantes, quæ? 110
Causæ vnde hectica generatur. 282
Causon, & febris ardens idem est. 178
Cauteria in præseruatione acceptissima sunt, in curatione verò à peste nil valent, & quare. 269
Cerebrum si calidum est, quomodo vapores condensare valet, & somnum inducere. 95. 2
ceruus nunquam febrit, & cur vescentes ceruina carne non tenentur febri. 26
cibi disponentes ad pestem, qui. 246
cibi varietas cur inappetentiam pariat, & immediatè à cibis, cur non sit studendum. 85
cibis simplicissimis vti melius est, quàm varijs. 258
ciborum copia excitat febres. 35
cibos multi concoctu faciles non concoquunt, difficiles verò concoquunt, & quare. 87. alij prius quam comedant non appetunt, & postquam edere incipiunt appetunt, & quare. 88
cibus multus, ac varius quare somnum turbulentum causet. 97
clysteres ad dolorem lumborum. 90
clysteres ad alui fluorem. 91
clysteres ad stipticitatem alui. 91. & seq. administrantur cum exemplo Medica. ibid.
clysteres pro quotidiana febre. 167
coctio num celebretur in statu, an in statu potius perfecta sit. 63. coctiones suos habent termines. ibid.
cognitio morbi coniecturalis, certa, & certissima. 63
cohalitus quid sit. 38
coindicatio quid sit, quid coindicatum, quid, & quotuplex indicans. 71. contraindicatio, quid contraindicatum. 72
compressio quid sit. 38
concoctio quibus adiuuetur. 225
conditiones, quæ sanguinis missionem clamant. 80. & seq.
conditum ad peruigilium. 93
conniuentia quid sit. 38
constipatio quid sit. 38
consueta minus molestare solent insuetis. 227
consuetudinis magna vis, non est immutanda, etiam si aliquid prauitatis habeat. 203
consuetudo non est immutanda etiam si aliquid prauitatis habeat. 73. 227
consumatū siccum quomodo fiat. 275. Quomodo humidum. ibid.
contagij differentiæ quæ. 241. contrahitur coitu, lactatione, & osculatione in lue gallica. ibid.
contagium quid sit. 241. eius causæ. ibid.
continuitas, et intermissio febris ex quo fiat. 45. & seq.
contrarijs ad curandum quomodo vtendum sit. 72
contraria quid sint. 70. Quid similia. ibid.
cor triplici substantia constat spiritu humore, & parte solida. 4
cor nisi præter naturam calefactum fuerit, haud Febrem dici debere suadent Auicenn. & Galen. 19
corpora Aethyopum, quare non putrescunt. 28. & quare minus putrescant, quam nostra corpora. ibid.

Corpora calida, & sicca ad Febrem hecticã, & ephymeram paratissima 27. *Calida, & humida ad putridas obnoxia.* ibid.
Corpora carnosa magis tolerant frigidam ad satietatem, quàm gracilia. 123
corpora hecticorum non conuelluntur, & quare. 287
corpora præter consuetudinem ignaua cur pestem adesse demonstrent. 256
corpora quæ dicuntur disposita, & præparata ad febres 25. *& quæ impræparata.* 26
corpora viua peste infecta magis contagiosa sunt mortuis. 261
corpus debet constitui adæquatum febris subiectum, principale autem cor non cerebrum non hepar. 5.21
*corruptio duplex ex Galeno.*61.*perfecta, & imperfecta perfecta emendari non potest, imperfecta emendatur.* 62
cruditas fomes, & medicamentum humoris melancholici. 159
cucurbitulæ conferunt ad minuendum sanguinem. 113
curatio inappetentiæ. 85.*& seq.*
curatio ardoris præcordiorum. 90
curatio doloris lumborum. 90
curatio fluoris alui. 90
curatio stipticitatis alui. 90
curatio peruigilij. 92
curatio somnolentiæ. 96
curatio vomitus. 97
curatio synochæ putris. 120.*& seq.*
curatio tertianæ exquisitæ. 132.*& seq.*
curatio quartanæ. 152.*& seq.*
curatio tertianæ spuriæ. 174.*& seq.*
curatio febris ardentis. 183.*& seq.*
curatio febris pestilentis, quæ. 260
curatio lypiriæ quæ. 271
*curatio pestilẽtium symptomatum.*274.*curatio syncopis.* ibid.
Curatio variolarum, & morbillorum. 275. *& seq.*
Curatio pustularum, & conuulsionis. 278

D

*Declinatio morbi quid sit.*62.*vniuersalis, particularis, vtraque explicatur.* ibid.
Declinationis signa, quæ. 67
Definitiones variæ febris 2. 3. *& seq. quæ explicantur.* ibid.
In Definitione febris de operationibus tantum naturalibus mentio fit, reliqua autem symptomatum genera silentio obuoluuntur, & cur. 7
Definitio febris Auicennæ includit omnium causarum genera. 6
A Definitionibus particulas inutiles esse arcendas. 7
Delirij curatio. 94
Deriuatio quid, & quot, & quas conditiones contineat. 76
Deus ob peccata quandoque pestem immittit. 246
Dies an debeant dinumerari à die decubitus, an à die sensibilis læsionis, controuersum. 60. *Dies Medicus quibus, & quot horis constet.* ibid. *Dies decretorius quare sit vigesimus, & non vigesimus primus.* 61
Differentia de origine venarum, & generatione sanguinis inter Philosophum, & Medicum componitur. 5
Differentiæ Febrium à motu, ab eo quod magis, & minus, & à materia sumuntur. 22
Diuretica multiplicia sunt. 138
Dolor capitis vini paucifer i potione sanatur. 211
Dulcia, & pinguia cur inappetentiam generent. 88. *& seq.*
Dulcia in Febribus vitanda. 137
Dulcia facilè bilescunt. 290

Effe-

E

Effectus ignis. 238
Aegrotantes non continuò hora quietiori accessionis sunt nutriendi. 137
Embrochæ conciliant somnum. 93
Empedocles Agrigẽtinus liberauit populum suum à peste, & qua ratione. 244
Emplastrum ad formam cerati ad inappetentiam. 86
Ephemera febris quotuplex sit. 23. quæ exquisita, quæ non exquisita. ibid.
Ephemera vnde nomen habuit. 97. definitur. ibid. omnes spiritus in Ephemera accenduntur, sed primò spiritus vitales 98. nõ supponit spiritus putrefactos. ibi. exquisita differt à nõ exquisita. ib. exquisita spatium 24. horarum non excedit, nõ exquisita verò extenditur vsq; ad tertium diẽ, & quare. 99. causæ externæ recensentur. ibid. signa Emphemeræ. 100. Inuadit absque signo refrigerationis non tota simul, sed lentè præcedente lassitudinis sensu. ibi. soluitur vaporoso sudore. ibid. differt à putrida. 101
Ephemera pestilens, licèt fiat ex causa putrida venefica, non fit tamen ex ipsa quatenus est putrefaciens, sed quatenus calefaciens. 103
Ephyalam inter spurias quotidianas esse. 175
Epytemata cauenda in Febribus. 272
Errata in vsu contrariorum corriguntur. 72. 73. & in vsu similium. ibid.
Error Altimaris, & Vallesij circa Ephemeram. 103
Aestas cur Febrium feracissima, & plagæ orientales maximè disponant ad febrem. 36
Aestate vires languent, ideo non substinent sanguinis missionem. 47. & sæpissimè febris fit continua. ibid. & seq.
Aetas sexus, & corporis stabilitas disponunt corpora ad febres, sed non immediatè. 28
Aetates omnes obnoxiæ sunt quartanarijs febribus. 146
Ethyopes aridi suaptè natura cur sint somnolenti, si ex humiditate somnus educitur. 962
Exantemata quid sint. 259. Eorum differẽtiæ. ibid. Quæ in facie apparuerint cur pessima, & iuxta pedes. 260
Excrementa humana super alia excrementa fetida sentiuntur. 27. & quare.
Excrementum quid propriè sit. 38
Exercitatio corporis quanti momenti sit. 33
Exiccantia qua via obstruere possint meatus, & febrem incendere. 43. operantur in nobis paulatim, & repente. ibid.
Experientiæ fecerunt artem, inexperientiæ verò fortunam. 69
Extrema in Febribus cur refrigerentur? 23

F

Facultates ex se nequaquam damnum substinent, sed ratione instrumentorum, & obiectorum. 8
Facultas expulsiua dupliciter consideratur, vel secundum resistentiam, vel secundum expulsionem. 57
Facultas expultrix multis de causis impediri potest, quominus expellat. 177
Famem quando sequitur abbundantia signũ pestis. 255
Febrem esse affectum cordis, & febrem sequi affectionem cordis differunt. 20
Febrem posse constitui citra primarium cordis affectum. 19
Febres biliosæ tempore frigidiori periculosiores existimantur, quàm calidiori & quare. 127
Febres conuulsionibus à repletione euenientibus prosunt, non à siccitate, & à vulnere. 8

Febres hectica, & colliquatiuæ differunt. 286

Febris nomen quid significet. 1. *Quid sit febris.* 2

Febris an in genere caloris ponenda sit? 9

Febris genus calor est, & ideo calor essentialiter febrem constituit. 12

Febres ordinariæ, quæ malignæ, quæ pestilentes, & hæ quot conditiones habeant, & in quo differant à quasi pestilenti. 24

Febres intermittentes, continuæ, & continentes quæ sint. 23. *simplices, compositæ complicatæ unde oriantur.* 24

Febri curandæ quatuor habentur intentiones. 206

Febris ardens spuria, ex qua specie pituita generetur. 263. *Ex qua quotidiana spuria.* ibid.

Febris ardens an generari possit ex sanguine putrescente. 177. *differt à synocha.* 178. *causæ & signa febris ardentis.* 179

Febris ardens exquisita, quæ, ex quibus fiat. Quibus distinguatur exquisitus causon à spurio. 176. *an ex bilis specie præter naturam procreari possit.* ibid.

Febris ardens an semper sit de genere acutarum. 180

In Febre ardenti duo præcipuè remedia, sanguinem mittere, gelidam compotare. 207

Febris calor in putridis cur à cibo non augeatur. 285

Febris cur aliquando intermittat aliquando sit continua. 45

Febris dupliciter sumitur, pro forma accidentali, & pro alteratione febrili. 3

Febris duplex per essentiam, & per consensum, & quæ sit febris per essentiam, & per consensum. 20

Febris hectica quid. 279

In febre hectica an magis refrigerandum, quam humectandum. 294

In Febri intermittente consideratur duplex materia, quæ febrem concepit, & quæ iam conceptura est. 46. *Sanguis qualiter mittatur in huiusmodi Febribus.* ibid.

Febris intermittens à Phlebotomia æstate continuatur sæpissimè, & quare. 47

Febris intermittens, & continua ex quibus excitantur. 172. *Spuria quando generatur.* 173

Febris lypiria quæ. 269. *Eius definitio.* 270

Febris maligna unde nomen habuerit. 239. *Quibus signis dignosci valeat.* ibid.

Febris non generatur ex humore, nisi putrescat. 44

Febris num semper actiones lædat, & qua ratione contingat, ut hæc eadem lædere dicatur. 8. *primò, & per se actiones lædit, ex accidenti tamen opem ferre quandoque valet.* 8

Febris omnis duo habet tempora. 59. *particulare, & uniuersale, & utrumque explicatur.* 60

Febris pestilentialis, an accendatur in spiritibus. 247. *qui sint habiles, ac dispositi ad febrem pestilentialem, & ad pestem.* ibid.

In febre pestilentiali plerumque euadit, qui bene se habet ad oblata. 251

Febris pestilens, quid sit. 237

Febris subiectum principale cor dicitur. 4. *adæquatum statuitur uniuersum corpus.* 5.21

Febris quotidiana cur ita dicatur, & quid sit. 161

Fœmina an sit calidior masculo 29. *probatur esse calidiorem fœminam.* ibid *fœminæ citius adolescunt* 30. *sed masculi sunt calidiores, & quare.* ibid.

Fomentum ad corroborandum ventriculum in inappetentia. 86

Fortuna est sine ratione. 69

Frictiones tempore Febris non sunt administrandæ. 124

Frigefactio quotidianæ proprium. 55

Frigus opera naturæ impedit. 225

G

Galeni contradictio detegitur. 12
Galeni contrarietas. 27
Galeni documentum, quo affirmat in omnibus Febribus venam esse secandam sano modo intelligendum esse. 48
Galenus, & Hypocrates in syncope etiam fuluum vinum cõcedunt, & polipherum. 228
Galenus loquens de tertiana exquisita, cur non tractat de phlebotomia. 133
Galenus negat febrem sanguineam putrem, & ab Auicenna impugnatur. 117. concordantur. ibid. & seq.
Gangrena quid sit? 42
Gemmæ affectu venenoso cur aduersentur, & cur. 274. Granata cordi, smaragdus cerebro, zaffirus epati, corallus vẽtriculo ex proprietate conferunt. ibid.
Græci de febre hectica verba nõ faciunt. 282
Græci, & Romani templum Esculapio extra urbem dicarunt, & quare. 261

H

HEctica febris exquisita, quid. 279. eius subiectum. 281
Hectica duplex, essentialis, & symptomatica, & quæ sint. 24
Hecticæ tres gradus, siue species, iuxta tres humores in nostro corpore prædominantes. 25
Hecticam febrem qui facilè incurrant. 283. Quibus signis dignoscatur. ibid.
Hectica, & Tabes differunt. 282
Hectica febris tres cõstituuntur gradus. 282. nec datur progressus à primo ad tertium, non transeundo per secundum. ibid.
Hectica in primo gradu difficilè cognoscitur, & facilè curatur. 286. in tertio facilè cognoscitur, sed difficilè curatur. 287
Hectica prognostica. & curatio. 288. & seq.
Hectici cur febrire non sentiant. 284. à cibis per horam cur incalescant. 285
Hectica rarò immediatè incepit. 283
Hectica ferina febris appellatur ab Hypocrate. 287
Hædina caro cur magis saluti conferat, si tosta comedatur, quam aqua cocta frigida, quàm calida. 135. Epylepsiã mouet. 136
Hædus inscius herbæ supra alios appretiatur, & cur. 136. hædi crepti ex ore lupi cateris excellent, & quare. ibid.
Historia de quartanarijs. 155
Homo supra omnia animalia cur febribus putridis obnoxius sit. 27
Homines in vniuersum magis expositi sunt febribus, quam mulieres, è contra mulieres magis febribus putridis, quam homines. 29. & quare.
Homines qua de causa, & quomodo incidant in febrem. 36
Homines vita regulatissimi quando incidunt in morbos, pestis iam proximia est. 255
Horror quid sit. 54. & quæ requirat. 55
Horror quartanæ proprium. 155
Humiditas ad putredinem an requiratur, hoc est humida debeant esse corpora putrescibilia. 28
Humiditas mater putredinis. 29
Humor subdominans, & non prædominans quibus casibus veniat tollendus. 175
Humores absque putrefactione, an possint febrem excitare? 40.41. & seq.
Humores pestilentiales cur locum habeant semper intra venas. 239
Hyacintus lætitiam conciliat. 274
Hydrargirium pectori appensum venenum à corpore fugat. 273
Hypocrates, qui ait duabus hebdomadis quartanam Iudicari, explicatur. 140. & seq.
Hypocrates vinum iubet propinari in Pleuritide, & febre interficiente. 219

Iein-

I

Ieiunantes biliosi cur euadant. 35
Ignis cur putrefieri non valeat. 104
Inappetentia quibus ex causis generetur. 84. 85.
Indicatio quid sit ex Galeno, quid de mente Vallesii. 69. Quotuplex item sit. 70
Indicatio sumitur à qualitate. 76
Indicationes à re alteranda sumuntur, scilicet à substantia, à dignitate, à temperamento à sensu à magnitudine, à figura, à situ. 77
Inedia febres quandoque excitare valet. 35
Ignis quid sit de mente Aristotelis 2.
Intermittentes, continuæ, & continentes febres quæ dicantur. 23
Intermissio, et continuitas febris ex quo fiat. 45. & seq.
Intermissio omnem morborum securum reddit. 143
Interuallum, & spatium quod intercedit inter febrem, & febrem sit ne tempus sanitatis, an morbi. 62
Iniubæ indifferenter in omnibus affectibus Thoracis conferunt. 113
Iuuenes ad febres acutas magis dispositi sunt quam senes, & cur. 29. 65

L

Lac eligendum pro hecticis. 290. Quomodo exhibetur. ibid. & seq.
Lac exhibetur pro cibo, et medicamēto. 187. & ex hoc saluatur Hypocrates à contradictione. ibid.
Lac cur inappetētiam procreare habeat. 87. in ventriculo coagulatur. ibid.
Lactuca cur somnum inducit, cū frigida sit, & euaporatio calore indiget. 96. 2
Laudes vini oligophori. 205. aquæ vitia. 209
Limaciæ pro hecticis quomodo parentur, quæ eligantur. 292
Linguam spectari debere in omnibus febribus putridis. 102
Lingua incendium, & humorem significat, & quare. 184
Linimentum ad refrigerandum hepar, & renes. 82
Linimentum ad inappetentiam. 87
Lypiria febris seu maligna, quæ. 269. in quo differt à pestilenti. ibid.
Lypiriæ brumali tempore cur fiant, potius quàm æstiuali, & hæ tunc temporis periculosæ. 271

M

Materia extra venas quo casu generare possit febrem continuam. 48
Materia partis spermaticæ quæ dicatur. 281. quæ partis carnosæ. ibid. carnosæ resarciri possunt, contra nequaquam spermaticæ. ibid.
Medicamenta purgantia pituitam. 169
Medicamenta alterantia quando febrem contemperare, & remouere non valent, recurrendum ad purgantia. 35. Purgantia semper magis febrem intendunt, quantum ex se est. sed admittuntur ad causam materialem morbi remouendam. 35
Medicamentū purgās ad quartanarios. 157
Medicamentum euacuans bilem. 138
Medici antiqui taxantur, qui confundunt venas cum arteriis. 5
Medici cur animi motus reposuerint inter causas externas, cū tamen internæ sint. 33
Mel optimum quas qualitates requirat. 290
Melancholia Autumno prædominatur, bilis in Aestate, pituita in Hyeme, & sanguis in vere. 36. & ideo Autumno fiunt quartanæ, Hyeme quotidianæ vere synocæ, Aestate ardentes, & tertianæ ibid. & super hoc, duo dubia proponuntur & resoluuntur. ibid. & seq.
Melancholiæ duo summa genera, naturalis, & præternaturalis, & quid sint. 142
Memores minus redduntur qui nō dormiunt, & quare. 94
Methodus quid sit explicatur. 48. debet esse bre-

tissima, & apertissima, & cur. ibid.
Metus, & mestitia, cum refrigerare habeant cor video nō, quomodo febrem excitabunt? 33. quando metus, & mestitia in calido esse cor ponant? 34
Morbi acuti à bile pendentes rarò quarta die terminantur, secus sanguinei. 112
Morbi acuti ex bile procreantur. 192
Morbi alij materiales alij immateriales sunt. & qui sint explicantur. 60. à luna mutationem recipiunt. 61
Morbi breues æstate sunt, longi è contra hyeme. 65
Morbi ex atra bile, vt plurimū Læthales 143
Morbi in soluta vnitate, quibus ex caussis generantur, & quibus curantur. 78. in mala compositione morbi, quibus curantur. ibid.
Morbi principium ex Galeno tripliciter sumitur. 61. & quodnam dicatur augumentum, status, & declinatio. ibid. in principio morbi materia semper cruda est. ibid.
Morbis magnis Phlebotomia debetur. 47. Aestiuo tempore vires languent, ideo non substinent sanguinis missionem. ibid.
Morbus acutus, & tardus qui dicatur, qui breuis 64. & à quo desumatur ibid. et seq.
Morbus primò causa morbi mediatè actiones lædit. Periclitantur minus quibus conuenit morbus, quam quibus non conuenit, vel ratione temperamenti, vel ratione ætatis, vel ratione regionis, & similiū. 37.
Motus duplex est animi & corporis 32. quo pacto. animi motus excitent febrem, et quomodo motus temporis. ibid. & 33.
Motus quomodo febrem excitet. 32. non omnis motus caloris causa est, nec respirationem difficilem reddit, & febrem inducit. ibid. sed lassitudinem. ibid.
Motus viuificat, otium tabefacit. 282
Mulieres quare magis febribus putridis, quā viri sint exposita. 29
Mulieres, ex decreto natura, cur frigida nascantur. 30. Viragia, vt plurimum steriles, quia ob caliditatem, quæ pollent sanguinem fetui destinatū consumunt ibid. qui dicunt mulieres ideo esse imperfectas, quia testes reconditos habent, & molliori carne constant, non bene determinant. 31. esse aque viro fœminam perfectam ex D. Thoma, & quare. ibid.
Mulieres prægnantes ferè semper inappetentia cruciantur. & quare. 89. menstrua secur cibos fastidiant. ibid.
Mulieres citius adolescunt, & quare. 30. 31
Mulsum magis nutrit, quam vinum oligophoron. 201
Muscarum copia signum pestis manifestissimum. 255

N

NAtiuus calor operationum omnium instrumentum. 6
Nerui à cerebro prodeuntes toti corpori communes non sunt. 21
Nocumenta aquæ. 204. 205
Nutrimentum afferre celerius nutrire, ac solido nutrimento esse differunt. 208

O

OBstructio quid sit, & quotuplex sit, & quas caussas habeat. 37. & sequ. vera obstructio vbi fiat. ibid.
Obstructionis veræ caussæ, quæ. 39 tres enumerantur. ibid.
Obstructio lienis remouetur. 160
Oculi in variolis, et morbillis quomodo præcaueantur. 278
Opinio Galeni quam confirmat Auicenn. s circa continuitatē, & intermissionem febrilem omnium probabilissima est. 45
Opinio Trallianide intermissione, & continuitate febrili damnatur ab Altimaro. 45 saluatur. ibid.
Opinio Tralliani circa caussam Periodorum. 49. opinio Conciliatoris circa caussam Perio-

Periodorum quæ ab Astrologis solum recipitur. 50. *Auezoar & aliorum Arabum plurimas patitur difficultates ibid. Galenus, & Auicennas conueniunt in ascribendo causam Periodis.* 51. *hos sequitur author ibid.*
Oua sorbilia quomodo exhibeantur. 291
Oxiridini formula ad delirium. 94

P.

Panis valde nutrit: repletio panis cur pessima. 201
Parotides quomodo generentur, & curentur. 277
Partes solidæ triplici substantia constat. 281
Pediculi in moribus cur relinquãt capita, & in puluinaribus reperiantur. 287
Periodus quid significet quid sit. causæ Periodorum quæ. opiniones variæ circa causas Periodorum. 49. 50. 51. *quæ requirãtur ad hoc, vt aliquis humor suam Periodum perficere possit.* ibid.
Periodorum ratio proprietati occultæ tribuenda est. 52
Periodus consequitur determinatos humores. 143
Peruigilium quomodo fiat, & quibus curatur. 92
Pestem fugari musica quid sit. 263
pestem inducunt sordes, & lutus marcidus. 245. *Quinquaginta annis durasse testatur Eugerius. ibid. omni tempore potest excitari, sed magis in Autũno ibid. alij in Hyeme. ibid. Opinio Astrologorum circa pestem,* 246. *damnatur a Pico.* ibid.
Pestem vitio aeris, vel cæli, vel terræ futuram, quibus dignoscatur. 256
pesti expositus an sit potius masculus, quam fœmina. 248. *cur aliquando magis viros, aliquando magis mulieres pestis inuadat. ibid. & cur Pueri omnium maximè dispositi sint ad febrem pestilentialem.* ibid.
Pestis semper humores putres supponit. 239
Pestis tempore animæ incumbendum. 262
Pestilens febris quid sit, & quid pestis. 237
Pestilens febris non eundem tempus semper obseruat. 238. *duplex est, & quæ sint.* 242. *differt à peste ibid. eius causæ. ibid. & seq.*
Pestilentes febres quæ, & quot conditiones habeant, & in quo differant à quasi pestilenti. 24. *& subdiuiduntur in ephydemicam, Pandemicam, & Endemicam. ibid.*
Pharmaca Lenientia conferunt Lypirijs, potentia nocent. 271
Pharmacum duplex vniuersale, & particulare. 134
Pili, & vngues in hecticis cur obseruentur longiores. 287
Pharmacum exhibendum in peste. 264.
Phlebotomia an conueniat quartanarijs. 152
Pilulæ ad extinguendam sitim. 79
Pilulæ præseruatiuæ à peste. 264
Pipatella ad extinguendam sitim. 79
Pisces morbo pestilenti cur non grauentur. 258. *non respirant. ibid. habent, & ipsi proprios morbos.* ibid.
Pir, febris dicitur, quod significat ignem. 1. 2
Pituitæ nomen duplex; & duplex est etiam pituita naturalis, et præter naturalis. 162
Pituita salsa putrescens in vasis, vasa non lædit & cur. 163. *ex quibus multiplicetur.* ibid.
Pleuritis sinistra cur requirit missionem sanguinis ex brachio sinistro, & dextra ex dextro. 76
Potio ad peruigilium approbata. 93
Potus aquæ frigidæ ad satietatem in synocha remedium vnicum. 123
Praxis quid sit, declaratur. 69
Ad Presagium maximè confert comparatio virtutis cum magnitudine morbi. 57
Prognostica febris ardentis. 181. *& seq.*
Prognostica Lypiriæ. 271
Prognostica febris pestilentialis. 258. *& seq.*
Prognostica febris quotidianæ, & ex qua parte periculosa iudicatur. 166

Pro-

Prognostica febris synochæ putris. 120
Prognostica tertianæ febris exquisitæ. 130
Proprietas malefica quot modis contrahitur in humoribus, & quid sit. 11
Ptisana quomodo paretur. 291
Pueri, & iuuenes ad febres acutas magis dispositi sunt, quam senes, & cur. 29
Pueri voraces, & ideo plurimum cruditatis cumulant. 146
Pulsus magni celeres, & frequentes in morbis acutis obseruantur, contra tardi, & rari in morbis cronicis. 66
Pulsus eorum, qui tertiana exquisita tenentur, quales sint, & quales vrinæ. 128
Pulsus Ephemeræ à pulsu febris putridæ in quo differat. 101. *Inæqualitas pulsus cur in putrida perseuerat, non autem in Ephemera.* ibid.
Pulsus Synochæ qualis sit. 112
Pulsus Synochæ cum putredine qualis. 119
Pustularum curatio, omniumque tumorum malignorum. 278
Putredo quotuplex sit. 28. *Putrefactio quid.* ibid.
Putredo, nec obstructio per sanguinis missionem curari debent. 121
Putredo contrahitur ex summo frigore. 42. *Quot actus ad putredinem concurrant.* ibid. *Ex putredine intestinorum, cur non accendatur febris.* ibid. & seq.
Putredo Philosophica à putredine Medica non distinguitur. 39. *Putredo Medica secundum aliquos quid sit.* ibid. & 40. & *quæ requirantur ad veram putredinem secũdum Medicos.* ibid. *et hæc putredo est accommodata putredini non solum humorum, sed spirituum, & membrorum.* ibid.
Ad Putredinem duo necessariò concurrunt, humiditas, & calor præternaturam. 50
Ad Putredinem quies requiritur. 104
Putrefactio quot modis contrahi possit? 41
Putridarum differentiæ sumuntur à Periodo, à materia à motu, à statu, à natura, seu rigine, & à conditione. 73

Q

Qualitas occulta, & manifesta, quibus vincantur vtraque. 76
Quartana febris vnde dicatur, cur quadrima appelletur quorquera, melancholia, nigra. 141
Quartanarum duo genera esse testatur Galenus legitimam, & spuriam 143. 147. *Ex qua materia fiant.* 143
Quartana duplex incipiens, & consequens ad alios morbos. 144. *vnde vtraq; fiant.* ibid. *Quartanæ legitimæ & continuæ cur rarissimæ fiant* ibid. *causa quartanæ.* 145
Quartana cur difficillimè curetur. 151
Quartana aliquãdo in Hydropem, & Tabem permutatur. 149. *Senibus maximè efficiunt.* 150. *à multis alijs morbis præseruat, & quare.* ibidem. *cur sit adeo longa.* ibid.
Quartanâ semel grauati nunquam ab ea infestantur. 147. 148 & quare. ibid.
Quartana quibus signis dignoscatur. 148
Quartana vix inuenitur absque affectione splenis. 152
Quartanarij à principio tenues faciunt vrinas, progressu verò temporis incrassantur, & quare. 165
Quartanarij in Iudicium vocati tenebantur comparere, & quare. 62
Quartanarijs accetum infestissimum. 147.
Quies nimia quare excitare etiam febrem possit. 33
Quotidiana febris exquisita quid sit. 161
Quotidiana ex quibus generetur. 162. *causa* 163. *signa quibus cognoscatur.* 164
Quotidiana hora vespertina, & nocturna inuadit, & cur. 165. *Quæ sit interdũ est deterior.* 166

R

Raphanum alij sedè eructant, alij non & quare. 88
Raucedini, & suffocationi succurrendum in vario-

variolis, & morbillis. 275. & seq.
Refrigeratio quid sit. 54. Refrigeratio rigor, tremor, & horror in quo differant. 54
Regio calida, & sicca feracissima morborum acutorum, qui citò terminantur; contra verò in regionibus frigidis, & humidis. 65
Regula ad corrigenda errata in vsu contrariorum. 72
Remedia ad curationem ardoris præcordiorum. 90
Remedia ad curationẽ fluoris alui. 90. et seq.
Remedia ad dolorem lumborũ in febribus. 90
Remedia ad delirium. 94
Remedia ad stipticitatem alui. 91. et seq.
Res naturales sui conseruationem petũt. 74. et quid indicent. ibid. Quid item indicent res non naturales. ibid. Quid indicent res præternaturam. 75
Reuulsio quid. 75. habet quatuor conditiones. ibid.
Rigor quid sit ex Galeno, quæ ad rigorem requirantur. 53. 54. et an fiat intensior à causa calida, quam à frigida. 56. et an fiat tàm à causa calida quàm à frigida. 57
Rigor in genere doloris reponitur. 55. tertianæ proprium, Rigorem febris subsequitur. ibid.
Rigor exquisitus quo pacto fiat. 56. causa immediata rigoris, quæ. 57. & seq.
Rigor quartanæ differt à rigore tertianæ. 148
Ros è cœlo descendens quibus dignoscatur lethale esse. 256

S

SAcculus ad inappetentiam. 86. 87
Salamandra ab igne affici non valet. et quare. 26.
Sanguinem esse mittendum à principio rationes conuincunt. 114
Sanguine pulli columborum oculi occlusi in variolis aperiuntur. 276
Sanguinis menstrui retentio disponit Virgines ad quartanam. 147
Sanguinis stilla in febre ardenti, cur mortalem esse febrem demonstrent. 181
Sanguis frenum bilis est. 47 sanguine cruditates coquuntur. ibid.
Sanguis in continuis mittendus cum materia huiusmodi febrium sit intra venas. 48. conditiones quæ requiruntur ad sanguinis missionem. ibid.
Sanguis Melancholicus, et Melancholia differunt. 142
Sanguis mittitur in febri intermittente via euentationis non autem euacuationis 46. multa aduertuntur circa missionẽ sanguinis in febribus intermittentibus. ibid.
Sanguis quando mittendus in peste, et febre pestilentiali. 263
Sanguinis missio in quotidiana. 167
Sanguis Thesaurus vitæ, ideo naturæ carissimus. 115
Sanguis sincerus non datur actu excludens alios humores. 109
Semen Papaueris nigri ad peruigilium. 93
Senes ieiunium maximè ferunt. 29
Semen, seu seminarium in contagione necessariò requiritur. 241
Senes morbis pestilentialibus non tentantur, et quare. 249
Senilia corpora putredini naturali esse obnoxia docet Aristoteles. 28
Siccantia qua via in nobis possint meatus obstruere, et febrem incendere. 43. et operantur in nobis paulatim, et repente. ibid.
Siccitas an sit de essentia febris? esse de essentia febris probatur. 14. Siccitas actualis, et potentialis. 14. quælibet siccitas non est potens excitare febrim. 15
Siccitas est lima caloris. 33. 283
Signa alia sunt præapparentia, alia postapparentia, et vtraque declarantur. 64
Signa coctionis, et cruditatis, quæ sint. 67. Patognomonica signa vnde dicantur; Assidentia, quæ et cur ita nominientur. ibid. signa flatus, quæ. ibid.
Signa febris ardentis. 179. et seq.

Signa quæ capiuntur ab accessionibus, quæ sint. 66. *critica quæ sunt.* ibid.
Signa quæ synocham demonstrant. 111
Signa quibus dignoscitur bilem generatam esse in iecore, quibus in ventriculo. 129
Signa quibus febris pestilentialis dignoscitur. 249. *Signa pestis manifestissima.* 254
Signa tertianæ spuriæ, quæ. 174. *Prognostia.* ibid.
Signum pessimum est quando exteriora frigent, & interiora vruntur, & quare. 240
Similia quid sint, quid item contraria. 72
Simplices, compositæ, complicatæ vnde originem habeant, & quæ dicantur. 74
Sirupi præparantes bilem. 137. *quomodo administrentur.* ibid.
Sitis causæ multæ enumerantur. 83. *sitim minus, quam famem cur tolerare possimus.* ibid. *alia problemata circa sitim proponuntur, & dissoluuntur.* 83
Sitis excitata à bile potu aquæ frigidæ an extinguatur. 81
Sitis curatio. 79. *in quibus fiat potissimum sitis.* ibid. *quæ sitim extinguere habeant.* ibid.
Somnolentia in febribus quibus generetur, & quibus curetur. 96. *& seq.*
Somnus quomodo concilietur. 93
Somnus cur quandoque debilitatem auget. 96. 2. *& cur interdum grauibus morbis laborantibus perniciosissimus existit.* ibid.
Sordes, & lutus marcidus pestem inducunt. 245
Species morbi acuties, & tarditas. 64. *desumitur à facie ægroti ibidem, & à viribus.* 65
Spermaticæ partis materia, quæ dicatur. 281. *quæ partis carnosæ.* ibid.
Sphyacelus quid sit? 42
Spiritus crassior non est aere, nec oculis cernitur. 105
Spiritus, & humores in gratiam membrorum solidorum ordinat natura, & ideo mēbra solida eidem naturæ carissima sunt, tanquā immediata instrumenta vitæ. 41
Spiritus, humores, & membra tres præcipuè constituunt febrium differentias, ephimeræ, putridæ, & becticæ. 23
Spiritus facilè difflantur, & cum tenuissimi sint obstructionem non generant, ideo incorruptibiles perstant. 104
Spiritus in ephemera pestilenti alterantur, & corrumpuntur, non tamen putredine afficiuntur. 102
Status morbi quando possit cognosci. 63
Status signa quæ sint. 67
Subiectum principale febris dicitur cor, 4. *adæquatum vniuersum corpus.* 5. 21
Subiectum primarium febris, an debeat constitui cor? 19
Sudor a somno vnde proueniat. 96. 2
Suppositoria ad alui stipticitatem. 9. 2
Suppositorum sunt actiones actio prouenit à forma. 3
Symptomata primaria quæ dicantur quæ secundaria. 7
Symptoma quotuplex sit. 73
Symptomata, & proprietates febrium quæ sint. 44
Symptomata febrium, quæ sint. 79
Symptomata febris ardentis ex bile vehementiora sunt symptomatibus ex pituita salsa. 186
Symptomata quæ Ephemeram comitantur. 100
Symptomata si non correspondent morbo est Lethale. 248
Syncopis, & Animi defectus differunt. 114. *à syncopi sint arcendi ægri.* 115
Synocha non putris nomine cur non sit Ephemera sed re. 109. *quæ synocham excitare habent.* 110
Synocha putris quid. 116. *ex quibus fiat.* ibid. *humores putrescunt in magnis venis,* ibid.

Synoca triplex, Agmastica, Paragmastica & Omothona. 23
Synocha tres sunt species, & quae. 117
In Synocho non putri non esse mittendum sanguinem vsq; ad animi deliquium. 114
Synochus cum putredine qualiter dignosca-tur. 119
Synochus vnde habeat nomen. 108

T

Tempus agendi vnde sumitur. 120
Terremotus, & terrae hiatus vnde est, quod aerem secundum substantiam cor-rumpant. 243
Tertiana continua, & multiplex quando ge-neratur 170. longè deterior simplici. 171. periculo non vacat. 172
Tertiana exquisita exquisita est, & breuis ex Hypocrate, & Galeno. 47
Tertiana exquisita quid. 124. Ex quibus pro creatur. ibid. differt ab ardente ratione lo-ci. 126. Exquisita exactè, quae, non exa-ctè, quae. ibid.
Tertiana exquisita an generari possit ex spe-cie aliqua bilis praeter naturam. 127. Ter-tiana quibus dignoscatur. ibid.
Tertiana exquisita cur breuissima. 130. Va-cat periculo, & quare 131. Notha diffi-cilius curatur tertiana exquisita. 132
Tertiana extensa & exquisita qualiter dif-ferant. 128
Tertiana spuria, quando generatur, 173
Theriaca, & Mitridatum an debeant con-numerari inter composita conferentia pe-sti. 267
Testudines pro hecticis quomodo parentur, & quae eligantur. 292
Thessalonicae viuentes cur frequentissimè a tertiana spuria cum syncopi corripiantur. 129
Timor in peste animos, & vires frangit. 263
Tirsis lactucae conditae ad conciliandum som num. 92
Trallianus sugillat Galenum, eò quia non nouerit febrem tertianam intermittentem ex bile praeter naturam ortam curare. 129
Transpiratio prohibita quomodo febrem ge-nerat. 39
Tremor quid sit, quomodo fiat. 54
Tremor differt à rigore. 56
Turcae pro decreto obseruant, ne ante dimi-diatum Aprilem agnorum carnes publi-cè venales habeantur, & quare. 135

V

Vapores crassi in hecticis citò distri-buuntur, & penetrant, et quare. 285
Variolae, & morbilli quomodo curentur. 275
Ver feracissimum non est quartanarum, & quare. 147
Vessicantia ad pestem probatissimum reme-dium. 268
Victus ratio instituitur in Ephemera. 107
Victus eorum qui peste tenentur qualis de-beat esse. 262. & seq.
Victus in febre ardenti. 183
Victus ratio pro quartanarijs. 154. & seq.
Victus in tertiana exquisita. 134
Victus ratio in quotidianis. 167
Vinum an debeat exhiberi in Febribus, & morbis acutis in principio. 190. & seq.
Vinum calidum affectus frigidos quomodo faciat. 168
Vinum interdicitur caput dolentibus, & de-lirantibus, & quibus praecordia aestuant. 193. causa syncopis est. 194. non est exhi-bendum ante coctionem. ibid. venenosum est vinum in pleuritide, & morbis acu-tis, vt ait Brasauola, & Auicennas: 196. Vinum calidum, & humidum quid sit. habet multas differentias. ibid. Auctores de vino loquentes intelligunt de perfectis-simo. 197. oligophoron non includitur sub nomine

nomine vini. ibid. Ex vinis aliqua calida, frigida nõnulla sunt. 198. vini oligophori qualitates. ibi. & seq. Vinum generosum, vt fiat oligophoron quæ requiratur. 199. alia de vino oligophoron. 200. vina oligophora morbis acutis valdè proficua. 201
Vinum celeriter nutrit. 202
Vinum fuluum caput replet, aquosum sedat dolores ex euaporatione natos. 211
Vinum generosum caput calefacit, aquosum refrigerat. 212. Vinosum vehementer calefacit, & exiccat 213. Oligophoron frigidum, & humidum. 214. Vinum an penetrare faciat aquam, an ècontra aqua vinum. 216. Polipherum quibus notis cognoscatur, quibus oligophoron. 218. oligophoron vbique reperitur. 220
Vinũ oligophoron an refrigeret magis quàm aqua. 81
Vinum oligophorum eligibilius aqua. 206
Vinum oligophoron propinandum in Febribus, & morbis acutis probatur rationibus. 223
Vinum oligophoron initio est exhibendum. 227. 229. maiori cautione caro conceditur, quàm vinum oligophorum. ibid. non distat ab aquæ natura, et eius noxa caret. ibid. aquosum duplex album, & fuluum ibid. aquosum fuluum denegatur putum febricitantibus. 230. aquosum quodnam sit. 232. oligophorum arte comparatur. 235
Vinum vinosum interdicitur in morbis acutis, non oligophoron. 236
Vipera est frigida quoad carnem, calida verò quoad venenum. 29
Viragiæ vt plurimum steriles, & quare. 30
Viro vndè accedit perfectio vndè mulieri. 31
Visciditas quid sit de mente Galeni. 39
Vita in calore, & humido consistit. 225
Vitia aquæ, & virtutes vini oligophoron. 233
Vlcera variolarum & morbillorum præcauentur. 276
Unguentum populeonis conciliat somnum. 93
Vnumquodque agit prout in actu. 34
Vomitorium ad bilem educendam. 138
Vomitorium ad inappetentiam. 85
Vomitus quibus conferat, & quando. 97
Vomitu in quartana an vti liceat, & quo tempore. 158. & seq.
Vox asperior redditur homini qui vigilauerit, & quare. 93
Vrina in febri pestilentiali cur aliquando est simillima vrinæ sanorum 250. vrinæ, & pulsus immutatio in pestilentialibus vnde fiat. ibid. & seq.
Vrinæ he&icorum an referant pinguem Hypostasim. 286
Vrinæ quæ synocham denotant. 112

FINIS.

Angelus Cantinius Corrector.

Errata notabiliora, quæ emerſerunt, cætera remittuntur Lectoris arbitrio.

Pag.	Verſ.	Erratum	Correctio
5	marg.	ſumetur	ſumitur
21	18	cachotiam	cachoctiam
22	33	ipſum	ipſo
23	marg.	ſent	eſſe
26	1	talis	tabis
26	8	ſiccus	ſiccum
27	marg.	expiima	experientia
32	marg.	qui graſſitudinē	qui laſſitudinem
34	12	nolunt	volunt
38	32	altero	alteri
39	3	tertianes	tres
42	marg.	ſphyacelus	ſphacelus
43	14	lumbricare	lubricare
43	marg.	calori,quam	corruptela
Errores in numeris 40 49 vſque ad 50.			
45	32	corruptelas	corruptela
45	marg.	Trallianum con formar.	Trallian: confirmat
46	36	aut	autem
48	7	limitatus	limitatum
48	32	inret	intra
48	marg.	ſecūdam antempore	ſecandam:intemperie
49	marg.	pro	per
51	marg.	proferri	proferre
52	17	mandauas	mandans
55	marg.	tertiano: tertianę	tertianę:quartanę
56	32	a frigidam	à frigida
56	marg.	riga	rigor
57	36	Platonum	Platonem
64	marg.	quarqd tintelligo	quęſqd:ītelligere
68	marg.	duplicasaliam	duplicem: alam
75	15	medicationibus	indicationibus
79	31	pilu	pilula
80	marg.	Apoſtemas liquidioni	Apoſtema: liquidioti
82	marg.	euacuatur	euacuatione
83	20	ſin	ſit
83	27	anxica	anxia
85	1	frigidus	frigus
93	11	ſorbidi	ſorbilt
93	marg.	conliandum	conciliandum
95	marg.	affixa:ſonnolentia	affixę:ſonnolentiā
96	marg.	ſonnolentia	ſonnolentt
104	20	noſtra	noſtram
112	marg.	terminatur	terminantur
114	marg.	mouenhendam	molendam
117	38	ipſamet	ipſemet
119	25	Synphomata	ſynthomata
124	17	putreſcent	putreſcente
125	marg.	audens	ardens

Pag.	Verſ.	Erratum	Correctio
140	25	otium	lotium
147	marg.	quartanam	quartanarum
151	15	Differat	Differant
153	5		deſideratur (vix)
154	marg.	infeſtiſſimus	infeſtiſſimum
157	8	conſtitee	conſtiterit
158	36	melancholia	melancholiam
169	1	ſyruppus	ſyrupis
173	marg.	reſpondit	repoſuerunt
176	33	fier	fieri
176	marg.	definiri	definitur
178	marg.	eau	Cauſon
182	7	accidai	accidit
182	8	informæ	infirmæ
185	5	particulari	particularia
187	marg.	exhibunt	exhibetur
189	12	planas.	plantaginis
203	marg.	Galeno: ſumentinum	Galenus: ſurrentinum
201	19	adhunc	adhuc
205	20	ima	imas
213	35	venoſi	vinoſi
220	25	vinum	vino
233	36	hunc	hic
237	34	hectia	hectica
238	marg.	tempum	typum
239	marg.	humores	humor
243	14	vſi	viſi
243	15	illud	illum
244	18	agat	agant
259	marg.	exanathemata	exanthemata
260	marg.	pupulæ	papulæ
261	marg.	diri	dict
264	15	imperatix	imperatorix
267	11	conuertitur	controuertitur
268	marg.	facilis	agilis
269	marg.	Cardi	Cordi
271	13	conuertitur	controuertitur
271	17	vtantur	vtantur
272	12	euacuatione	euacuationem
273	20	adhibeamus	adhibeatur
274	23	tenuiſſima	tenuiſſimam
275	29	pharmare	pharmacare
277	8	poſſit	poſſint
282	33	cauſa hectica	cauſæ hecticæ
286	6	dormire	dormire
286	marg.	hectica	hecticæ
286	31	febium	febrium
291	11		deſideratur (Aſinas)
292	marg.	electionem per	electuaria pro

THO-

THOMÆ GROSSII SYPONTINI

IN GYMNASIO FERRARIENSI MEDICINÆ PRACTICÆ Professoris Primarij

LECTIONES DE FEBRIBVS.

DISPVTATIONES Pathologicas aggressuri (Diuino implorato auxilio, & Beatissimæ Virginis) initium faciemus (Domini) à Tractatu de Febribus; Tum quia Tractatus de Febribus omnium, qui in Medicina practica pertractantur, certissimus, & communissimus est; tum quia Febris frequenter corpora nostra molestat, & (vt ait Hippocrates) omnes morbos, paucis exceptis, febrem comitari. Adde his, quòd cæteri morbi vnam, vel alteram, vel plures nostri corporis partes obsident: Febris sola vniuersum corpus, tamquam adæquatum subiectum occupat, adeò vt his rationibus compulsi Romani prudentissimi, antiquitus nulli alteri morbo, quàm Febri Templum erexerint. Verùm quia (vt docet Philosophus) intellectis nominibus, maxima lux rebus accedit, declarabimus primò

Cur a tractatu de febrib. initiū sit faciendum.

Lib. de Flatibus.

Quid nomen Febris significet.

FEbris Græcè dicitur Pyr, quod significat Ignem, quo pacto cæpit appellari ab Hippocrate, qui ait Methonem

In Hystoria Epid.

Quæ Febris ignis nomen mereatur. ignis corripuit, Hermocratem, & alios; significans, eos febre correptos fuisse: licèt, vt aduertitur a Galeno in eodem Methode, appelletur ignis illa febris tantùm, quæ ardentissima, & vehementissima est. Desumptum autem nomen hoc est ab igneo feruore; quoniam, vt legitur apud eundem Galenum, ignea est ipsius febris natura; vtpotè quia corpus febricitans ardet, & feruet more ignis; vnde etiam a Latinis propter feruorem *Febris* dicitur.

3. De fractu ris com. 8. 1. Aphoris. com. 16.

Quid sit Febris.

1. De dif. feb. c. 3. Aphor. com. 14. & 16. FEbris a varijs variè definitur. Galenus, *eam esse mutationem natiuæ caliditatis ad igneam naturam*, definit.

Esse *Passionem calidam, & siccam*, Aetius.

Definitur febr. de mente Gal. Aetij. Auicen. item, *quòd sit calor extraneus, accensus in Corde, & missus in totum corpus, per Arterias, & venas; mediante spiritu, & sanguine; cum læsione naturalium operationum*, affirmat.

Auicenna Fen. 1. quarti libri tract. 1. c. 1. Et tandem Auerroes, *illam esse calorem compositum ex naturali, & extraneo putredinali, primò lædentem passiones, & Actiones*, mordicùs defendit.

Auerrois 3. colliget c. 3 In prima definitione Galeni dicitur, mutari natiuum calorem in naturam igneam; quod non est intelligendum quoad entitatem, ita vt calor, qui antea vitalis erat, fiat elementaris; quo pacto arsione mutatur lignum in ignem: sed quoad denominationem; hoc est, quòd calor, qui ante febrem vitalis erat; accedente Febre, denominatiuè, ad igneam naturam conuersus dicitur. Recipit autem denominationem hanc, tum quia verè Elementum igneum reliqua calore excedit, (& Definitur ignis a Philosopho, quòd sit superabundantia caliditatis:) Tum etiam quia, vt ignis liquat, vrit, & incinerat, sic etiã dicendum erit de febre, cum scilicet maximum progressum fecerit.

Particula de finit. explicatur.

Nota.

2. de generat. tex. 3.

Quid sit ignis de mẽte Arist.

Nota. Notãdum secundò, Galenum definisse febrem nomine *mutationis*; vt significaret in Febre calorem natiuum verè mutatum non esse in naturam igneam: sed semper eam versus conuerti, quousque progreditur.

Sed

Sed dubitatio est hic valdè ardua: quomodo definiat Gal. febrem nomine *mutationis*: cum oppositum docuisset fusè cõtrà Thes. 1. Meth. vbi morbum, in *mutari*, non consistere expressè asserit, & consequenter Febrem definiendam non esse per Motum, aut Mutationem. *Dubitatio circa definitionem Galeni.*

Ad quam Dubitationem dicatur primò, quòd Febris potest accipi dupliciter; Vno modo pro forma illa accidentali introducta in natiuo calore (vt sumitur ab Auicenna:) & sic eius existentiam esse stabilem, & permanentem, non habentem esse in fieri: Alio modo accipitur pro ipsa alteratione febrili, & ita, (quia Alteratio motus est) nomine *mutationis* Definiri potuit. *Solutio dubitationis. Febris dupliciter sumitur.*

Dicatur secundò, quòd (cum ex Philosopho in quolibet tempore mutationis verum sit dicere, *mobile mutatum esse*) sequitur, vt quocunque tempore Febris, verum sit affirmare, in corpore febriente febrem adesse. & quoniam (ex eodem Aristotele) Vnumquodque agit prout in actu; sequitur quoque, vt Febris pro ea parte, quæ acquisita est, sit qualitas, & habens esse factum: pro ea parte verò, quæ successiuè acquiritur, habeat esse in fieri. *6. Physic.* *5. Metaphy. tex. 49.*

Sed contrà hoc est alia quoque difficultas. Febris hectica (vt probat Galenus) non est passio fiens, sed facta. & consequẽter peccabit saltem præsens definitio, quòd omni definito non conueniat. *2. Dubitatur. lib. de inæqua li intemperie c. 1.*

Ad difficultatem respondetur, quòd Febris hectica non dicitur intemperies facta, quia sit ens permanens, & tempore commensurabile: sed facta, quia non fouetur ab humore aliquo, sicut febris putrida, quæ à suo humore putrescente dependet. Et quoniam mutari dicitur omne id, quod versus aliquam naturam actu conuertitur, ad quam est impotentia; meritò Febris hectica quoque nomine *mutationis* definiri potuit.

De secunda definitione tradita de mente Actij tractabitur infra.

Quoad Definitionem Auicennæ, sicut prolixa est, ita naturam febris perbellè explicat. Dicit ergo primò, febrem *Particulæ definitionis Auicennæ explicantur.*

A 2 esse

Febris genus calor est de mente Auic. 1. Aphorif. Com. 14. 1. De dif. feb. cap. 3. Lib. de tabe. c. 5. Dubit. Loc. cit.

esse calorem; assignans genus, de quo infrà. Secundò, esse extraneum, quem meliori vocabulo Galenus appellat aduentitium; ad differentiam caloris naturalis.

Sed hìc se nobis Dubium offert explicandum, de mente eiusdem Galeni, loco cit. vbi ait, iuuenes plurimum habere caloris extranei. qui calor magis intenditur, quo magis ipsimet versus ætatem senilem progrediuntur; & ego infero plurimũ caloris febrilis, cum calor extraneus, & febrilis (teste Auicenna,) eiusdem conditionis sint. ergo iuuenes, tunc febricitare in bona doctrina dicentur, cũ inculpata salute fruuntur, quod est absurdissimum.

Respond.

Pro hac diruendā difficultate, scire licet (Domini) calorem febrilem, & extraneum, quo abundant iuuenes, non differre inter se, quoad acredinem, & mordacitatem; ambo enim nostrum corrodunt tactum: sed quoad originem, & efficaciam; à causa namque præternaturali febrilis calor originem habet: à naturali, iuuenum calor extraneus. Præterea tam calor febrilis, quàm extraneus à naturali calore distant: sed magis febrilis; quia actiones lędit. Ex quibus, & ex alijs deducitur, iuuenes non febricitare, & si plurimum habeant caloris extranei, & propositionem hanc non esse sempiternæ veritatis, *Calor est extraneus, ergo febrilis.* Est tamen verissima ista conuersa, *Calor est febrilis, ergo extraneus.*

Febris subiectũ principale statuitur cor ab Auic. 10. Metaph. tex. 14.

Tertiò ponit subiectum principale, & est Cor; nam vt docet citatus Galenus, non dicitur febris, nisi cor præternaturaliter calefactum fuerit; Rectè autem, quia Cor fons, & origo est natiui caloris, dum salubriter viuit homo. ergo & Febrilis dũ febricitabit; cum doceat Aristoteles, contraria in eadem subiecta materia versari.

Cor triplici substãtia constat spiritu, humore, & parte solida. Interrogat. Respondetur.

Cæterùm hìc curiosus intellectus; (qui nouit, cor sicuti, & alias nostri corporis partes, triplici constare substantia, spiritu, humore, & parte solida) scire in præsenti cupit, in qua nam dictarum partium calor febrilis residet. Cui obtemperans dico, in ea parte residere, quæ magis fuerit disposita, & apta ad accensionem; Quòd si spiritibus hoc acciderit, febrem excitabunt, quam Ephymeram appellãt: si humoribus humoralem

ralem seu putridam: & hecticam si partibus solidis. Non igno- randum tamen est, in hoc casu omnes partes simul incalescere; alioquin febris morbus non esset vniuersalis: sed vna tantùm supponit incendium iam factum, cęterę verò in fieri; Adde his, quòd pars accensa in corde correspondebit partibus accendendis per vniuersum corpus. *No[illegible]*

Quartò subiectum adæquatum instituit, & est totum corpus; nam sicut natiuus calor totum corpus regit: ita ab eius iniurijs vniuersum corpus afficitur. *Febris subiectū adæquatū statuitur vniuersum corpus.*

Quintò, ponuntur viæ, quibus mediantibus cor febrem transmittit;& sunt arteriæ, & venæ. Arteriæ quidem, quæ a corde initium ducunt: Et venæ; quia tam per venam coronalem, quàm per arteriosam afficit hepar. a quo omnes venæ oriuntur.

Verùm hìc taxandi Antiquiores veniunt Medici, qui mille in locis fortasse ob penuriam vocabulorum, venas pro arterijs vsurpant, vt in Celso videre est; qui cum de arterijs loqui deberet; *Venis* (dixit) *maximè credimus fallacissimæ rei, quia sæpè istæ lentiores, celerioresve sunt, & ætate, & sexu, & corporum natura, sæpè eas concitat, & resoluit Sol, Balneum, metus, ira, & quilibet alius animi affectus*; *adeò vt cum primum Medicus venit, sollicitudo ægri dubitantis, quomodo illi se habere videatur, eas moueat*. Et paulò infra; *Non protinus sub calore, pulsuq; febrē sese concipere; sed si summa quoque arida inæqualiter cutis est, si calor ex intimis præcordijs oritur, si vena non æquè interuallis mouetur, &c.* Differunt inter se venæ, & arteriæ, origine, officio, & constructione. Origine, quia venæ ab hepate, arteriæ verò a corde originem habent: officio, quia venæ crassiorem sanguinem ad nutritionem destinatum continent: spirituosiorem arteriæ, ad viuificandum accommodatum, ideò duplici contextæ fuerunt tunica. simplicem verò a natura habuerunt venæ; eò quia crassiorem asseruare sanguinem debebant, & frigidiorem, vt diximus; *Medici antiqui taxātur, qui cōfundūt venas cū arterijs. Lib.1.c.13. Arteriæ in quo differāt a venis. Arteriæ vnde originem habeant, vnde venæ. Cur Arteriæ duplici vestiantur tunica simplici verò venæ.*

Teneri hoc in loco videremur, controuersiam de venarum origine, & generatione sanguinis inter Philosophum, & Galenum, componere: sed quia Anatomicorum disputatio est *Componitur differentia inter Philosophum, & Medicum de origine venarū, & generatione sanguinis.*

propria

propria; breuibus pro præsenti necessitate dicamus: hepar esse principium venarum, quoad productionem sanguinis: cor verò quoad perfectionem, & conseruationem; sic namq; conciliantur hæc duo lumina Philosophiæ, & Medicinæ, vt ex eodem Philosopho deducitur;

2. de par. animalium.

Sextò, ponit instrumenta, *& sunt spiritus, & sanguis.*

Vltimo, symptoma, & est *læsio naturalium operationum*: & per operationes naturales intelliguntur omnes, siue sint naturales, siue animales, siue vitales, quia sicut omnium operationum concausa, & instrumentum est natiuus calor; ita, eo per febrem affecto, necesse est omnes vitiari. Verùm hoc sano modo intelligendum est; nam non affirmamus in vno corde omnes facultates residere: sed ad læsionem facultatis vitalis (ob rationem assignatam) lædi alias duas, & non contra. quod fortasse voluit Aristoteles, cum de principalitate membrorum; quem iniustè carpit Galenus. sit, pace tanti viri, dictum.

Natiuus calor operationum omnium instrumentum.

3. de Hippoc. & Plat. decretis c. 7.

Conclusum fuit, per belle definitionem hanc Auicennæ febris essentiam explicare. & meritò profectò; cum includat in se omnium causarum genera. Quatuor namque causarum genera ab Aristotele enumerantur, Materialis, Formalis, Efficiens, & Finalis. quæ omnia si quis diligenter obseruare voluerit, in iam prolata definitione artificiosè quidem inueniet. Ponitur efficiens, & est *Calor extraneus accensus in Corde.* Neque mirandum est, si diximus, calorem extraneum accensum in corde esse causam efficientem febris; cum certè id, quod aliquid efficit, eius, quod efficitur efficiens causa dici possit, & debeat. Designatur causa materialis, & est *Cor:* Formalis, & est *calor ipsemet cordis, diffusus per vniuersum corpus:* Finalis, & est *læsio naturalium operationum.*

Definitio Auicēnæ includit omnium causarum genera.

2. Phys. t. 31.

Obiect. 1.

Sed obijciet aliquis (vt nostra doctrina magis innotescat) si calor extraneus accensus in corde est causa efficiens febris, non ergo erit febris. Obiectioni respondetur, quòd calor extraneus cordis, vt est in corde, non lædit actiones; vt deinde diffunditur per vniuersum corpus, actiones lædit. quare sub diuersa ratione consideratus, non derogat, quin idem calor, & sit morbus, & causa efficiens morbi.

Respondetur obiectioni.

Secun-

Secundò obijciet, si cor esset causa materialis caloris extranei, ex materia profectò generaretur Accidens. quod est absurdissimum. Huic obiectioni satisfacit Auerroes; cum inquit, duplicem esse materiam, in qua, & ex qua: Cor ergo dicitur causa materialis caloris extranei, in qua: non autem ex qua.

Obiectio secunda.

Respondetur obiectioni in Paraphras. Metaph. tract. 2.

Cęterùm ex consensu omnium Medicorum nullum est symptoma, quod ab immani hoc morbo (de febre loquimur) corpori non inferatur. Quid est causæ, igitur, quòd in præsenti definitione, quam numeris omnibus absolutam decantauimus, de operationibus tantùm naturalibus mentio fiat: reliqua autem symptomatum genera silentio obuoluantur.

Dubitatur.

Cur in definitione febr. de operationib. tantum naturalibus mentio fiat reliqua aũ symptomatũ genera silentio obuoluantur.

Dubitatio ista, & si aliquam præseferre difficultatem videatur, soluta tamen sic facilis omnino redditur a Galeno; vbi symptomata duorum esse generum docet: primaria nimirum, & secundaria. Primaria quidem sunt quæ immediatè morbum sequuntur: Secundaria verò, quæ a primarijs proficiscuntur. Quare cum læsæ actiones, primaria symptomata, ac cęterorum causæ censeantur; iure meritò sola hæc in definitione erant situanda: cætera autem, tanquam ab ijs procedentia silentio omninò prætermittenda. siquidem Aristoteles, Philosophorum omnium facilè Princeps, prudentissimè admonuit, ***particulas inutiles a definitionibus esse arcendas***. nam quò definitiones breuiores, eò pulchriores habentur.

Soluitur difficultas.

3. De sympt. caus. c. 2.

Symptomata primaria, q dicãtur, quæ secundaria.

2. poster. t. 23 & 79.

A definitionibus particulas inutiles esse arcendas docet Aristot.

Sed ijs iam finem imponeremus; nisi noua nobis scitu dignissima sese offerret explicanda Difficultas; Vndè est, quòd Auicennas, operationum naturalium in definitione mentionẽ faciat: non verò facultatum, ad quarum læsionem, operationes læduntur?

Dubium.

Huius hæsitationis Responsio talis esse poterit, quòd cum facultates incorporeæ sint, verè a febrili calore lædi non possunt: quòd si aliquando, eas esse læsas dicamus; illarum proprię substantiæ haud esse adscribendum, sed instrumentis, quibus vtuntur, vel obiectis, circa quę versantur. Hanc doctrinam perbellè Aristoteles explicat, quando ait, ***si senex acciperet oculũ iuuenis, videret vt iuuenis***. vbi clarissimè patet, facultates ex se

Respon.

1. de Anima tex. 65.

se nequaquàm damnum sustinere; sed ratione, vel instrumentorum, vel obiectorum; ac propterea haud Auctoris vitio esse vertendum, si non facultatum, sed operationum in relata definitione meminerit.

Facultates ex se nequaquā damnū sustinēt, sed ratione instrumentorū, & obiectorum.

Tandem duo etiamnum supersunt non spernenda quæsita, ad operationum læsionem attinentia. Primum quidem est, nū Febris ipsa suapte natura semper lædat actiones: Alterū quanam ratione contingat, vt hæc easdem lædere dicatur.

Febris num semper actiones lædat.

Et quanā ratione contingat, vt hæc easdem lædere dicatur.

Causa primi motiui fuit Hippocrates, qui varijs in locis docet, multis præsidio esse ipsam febrē; præsertim 2. Aphoris. 26. vbi contestata profert. *Febrem conuulsioni superuenire melius est, quàm febri conuulsionem.* Item 5. aphoris. tex 5. *Si ebrius quisquam repentè obmutuerit, conuulsus moritur, nisi febre corripiatur.* Præterea 6. aphoris. 40. *Quibus dolor circa Ilium fit absque inflammatione, His febris superueniens morbum soluit.* Tandem 6 eiusdem libri tex. 73. *Quicunque hepar circumdolent, his febris superueniens dolorem soluit.* Quare ex ijs colligi apertè potest, febrem non semper nocere, sed multoties opē ferre, ita vt liberè dici possit, malum malo quandoque curari.

Quibus tñ nō obstantibus firma remanet conclusio nostra; Febrem videlicet primò, & per se lædere actiones; licèt aliquādo, suo calore humores crassos, ac viscidos dissipādo opem ferre possit; id tamen ex accidenti fieri, vt in conuulsionibus, quæ a repletione eueniunt, obseruatur. Diximus, quæ a repletione eueniūt; nam ex siccitate, vel a vulnere prodeūtes conuulsiones, a calore febrili noxam inemendabilem reciperent.

Febris primò & per se semper actiones lædit, ex accidenti tamen opē ferre quādoq. valet.

Febres conuul sionibus a repletione euenientibus prosunt nō a siccitate, & a vulnere.

Qua ratione autem fiat hæc functionum læsio, quod erat secundum quæsitum, dicimus, hoc non aliunde prouenire, nisi quia febrilis calor acer, & mordax, distemperans nostri corporis partes, quo minus naturali officio fungantur impedimento est. Promanant enim (vt Galenus asserit) actiones a temperie corporis, tanquam a proprio facultatis instrumēto: licèt etiam aliquando contingat, vt inter actiones quædam extent, quæ magis, & minùs ab quali immoderata caliditate gaudere dignoscuntur vndè maiorem etiam, minorem ve a febrili caliditate sustinent iniuriam. Præterea sunt aliquę actiones, quæ a sola

2 De nat. facult. c. 8.

rem-

temperie eduntur (nulla interueniente partis instrumentalis proba compositione) hæ manifestè, & facillimè læsionẽ patiuntur; vt sunt coctio, & alia quæuis naturalis actio; Visio autem, & consimilis non ita compertam, & expeditam offensionem recipit; illæ enim sola temperatura perficiuntur: hæc verò, & si temperiem non respuat, instrumentariam tamen partis compositionem maximè requirere videtur.

Quoad definitionem Auerrois, Primò proponitur Genus, & est, *duplex calor*, naturalis scilicet, & extraneus. Vbi aduertatur, quòd præsens definitio non est data de febre formaliter sũpta, cuius naturã diximus cõsistere in calore igneo; Sed est materialiter intelligenda; vt febrem esse calorem compositum, hoc est in febriente esse duplicem calorem, naturalem scilicet, & extraneũ; Est enim naturalis, quo viuit, extraneus verò, quo febricitat. Vel dicamus voce compositi mediũ intellexisse, didicerat enim a suo præceptore Aristotelẽ, Medium vtriusq; extremi naturã tenere. *Explicantur particulæ definitionis ex Auerroe deductæ.* *Nota.* *5. Methaph. t.6.*

Secundò calorem extraneũ appellat *putredinalem*, non quòd febrem putridam tantùm definire voluerit: sed quoniam, cum omnis calor febrilis extraneus sit, ex sui natura putredinis causa esse potest.

Tertiò docet, *primò lędere*; vt ostenderet, cum Galeno, febrẽ esse morbum; affirmabimus namque cum eodem, morbum esse affectum præter naturam primò lędentem actiones. *Lib. de diff. morborũ c.5.*

Vltimò ait *lędere actiones, & passiones*; quia (licet eadem operatio simul sit actio, & passio, vt probat Philosophus) sunt tamen in nostro corpore operationes quædam, quæ meliùs dicuntur Passiones: quædam melius actiones. voluit ergo significare in febre omnes lędi. & hæc quoad definitiones. *3. Physicor. t.18.*

QVAESTIO I.

An febris in genere caloris ponenda sit?

PArtem affirmatiuam tenet Galenus vbique, & præsertim lib. de diff. morborum cap. 5. primo de diff. febr. cap. 1. & 2.

In oppositum tamen multa sunt. *Aduersariorum argum.*

Primò. Primò si febris esset calor essentialiter, profectò in omni eius tempore calor esset: at non semper est, cum in principijs accessionum febriũ intermittētiũ frigus extremas partes occupet; ergo.

Secundò. *3. Aph. cō. 1. 4. Aph. cō. 48* Secundò probatur de febribus lypirijs, hoc est malignis, in quibus (vt legitur apud Galenum,) exteriora frigent. non ergo absolutè omnis febris calor est.

Tertiò. Tertiò multæ febres fiunt ex causa frigida, vtpotè ex melancholia, & Pituita. debet ergo Intemperies ex his nata frigida esse. ergo.

Quartò. *1. ad Glauc.* Quartò præcipua signa intemperiei calidæ (ex Galeno) sunt celeres & frequentes pulsus: Sed dantur febres, vt est quartana, & quotidiana, in quibus pulsus tardissimi sunt, & rari de mente eiusdem Galeni. Ergo.

Quintò. *Cit. 1. cap. 14.* Quintò datur febris syncopalis, quæ (auctore eodem Galeno) frigus habet in corde: vt deduci etiam poterit ex frigiditate anhelitus, & ex abolitione pulsus, & totius corporis intemperie frigida. ergo.

Sextò. Sextò difficillimum est illud argumentum de morientibus ex febre, in illis profectò tantum abest, vt calida obseruetur intemperies, vt potius vniuersum corpus, examinatis internis, & externis pàrtibus eiusdem, frigidum nemo non dixerit; ergo.

Septimò. *2. de diff. feb. cap. 6.* *Libro de inæqual. intemp. cap. 8.* Septimò, Galeno præceptore, in febre ephyala, quæ est de genere pituitosarum, duplex datur intemperies calida, & frigida, non ergo solum calor est de essentia febris.

Notãdum 1. *Calor tripliciter dicitur naturalis, & tripliciter pternaturam.* *8. Methodi c. 2.* Pro solutione notandum primò, quòd sicut calor dicitur naturalis tripliciter: sic etiam tripliciter dicitur præter naturam. Naturalis appellatur primò ratione moderantię quoad gradus; sicut ècontra præternaturalis cum immoderatus est; quod ostendit Galenus (dicens) *Vnumquemque putare se febrire, cum in toto corpore calida intemperies adeo aucta fuerit, vt ratione illius operationes lędantur:* Et Auicennas dum ait, *non sicut calor irascentium, & ebriorum*. Secundò dicitur naturalis quoad originem; docet enim Galenus, principia natiui caloris esse menstruum, & semen, illumq. foueri a laudabilibus alimentis:

Quæ sint principia natiui caloris, quæ præternaturalis. Et contrà præternaturalis appellatur, cum eius origo ab externis causis (puta a vicinitate corporis calidi, a motu, Sole, &

similibus

similibus) fuerit. Tertiò naturalis est, quoad proprietatem iuuandi; iam enim diximus, ipsum esse præcipuum animæ instrumentum ad salubres operationes exercendas; de quo Galenus. *Neque enim aliud quicquam animal ab initio efformauit, neque rursus adauxit, aut vsq; ad mortem enutriuit, præterquam calor iste, hic igitur omnium operum naturalium est causa, cibi appetentiam intendit, coctiones auget, plus sanguinis cumulat, crassius efficit corpus, & vt superfluitates expurgentur prouidentiam habet.* Contra verò præternaturalis est, qui proprietatem maleficam habet; Est autem proprietas hæc naturalis quædam facultas, & potentia in calore contracta, ob quam tanta contrahitur cum nostra vita inimicitia; vt cum ea consistere amplius non possit; Inde cit. Galenus loc. cit. *Calor* (loquens de præternaturali calore) *concoctionem prohibet, somnum aufert, sudorem digerit, & morbis omnibus paratum corpus reddit.*

Cit. 1. aphor. c. 14.

Calor naturalis in quo p̄certim differat a calore præternaturali.

Notandum secundò, proprietatem hanc contrahi in humoribus dupliciter ab extrinseco, & ab intrinseco; Ab extrinseco dicemus contrahi cachoctiam, seu malignitatem ab occulto influxu cœlestium corporum, necnon ab assumptis venenis. Ab intrinseco verò contrahitur, cum humores adeo vruntur, & putrescunt, vt venenis æquipolleant. æquipollent autem, cum formam acquisiuerint, toto genere aduersam formæ spirituum, & membrorum.

Notandū 2. *Proprietas malefica quot modis contrahitur in humoribus & quid sit.*

Notandum tertiò cum Galeno, quòd ita essentialiter calor febrem consequitur, vt quantamcumque copiam humorum in corde præsentem esse constituamus, nisi tamen eam accensam præternaturaliter ponamus, febrem adhuc genitam esse non dicemus. Et hoc aduertatur propter febres syncopales; ita appellatas, vel quia præcedunt, vel subsequuntur syncopem: in quibus quousque humores accensi non sunt, nulla febris adesse dicitur.

Notandū 3. *Lib. de Tabe c. 5.*

Notandum quartò, quod hæ duæ propositiones simul stare possunt: calorem scilicet nostrum fieri igneum, & quoad gradus esse diminutum; Supposito enim quòd calor febrilis commensuretur calori natiuo, ex hoc sequitur, vt calore natiuo imminuto, proportionaliter quoque imminuatur febris; sicut in mo-

Notandū 4.

rientibus obseruare licet: est tamen calor igneus denominatiuè maior, quàm esset prius; quoniam quotidie magis ignis operationes exercet vrendo, incinerando, & natiuum calorem absumendo; Itaque quoad gradus dicitur imminutus, quoad vires verò igneus magis; non enim amplius animæ obedit; sed operatur elementaliter a forma ignis prædominantis.

Notandū 5. Notandum quintò, quòd licèt in morientibus febris præcesserit, & consequatur intemperies calida, paulò tamen post frigida intemperies subsequetur; quam tamquam proximam causam subsequitur mors. sicut non solum succedit naturaliter, trāsactis omnibus ætatibus, sed etiā in morbis, in quibus post excessum caloris cōsequitur intemperies frigida; vt cit. libello de tabe exemplificat Galenus de Hectica senectutis, quæ cum antea esset intemperies calida, mutatur in frigidam. & quoniam languens multò magis affligitur a frigida, quàm a calida intemperie, non dicitur sanus, sed in deteriorem morbum lapsum fecisse. His præmissis

1. Conclusio. Sit prima conclusio. *Calor essentialiter febrem constituit.*

Probatur 1. Conclusio. Et omissis Auctoritatibus. Probatur primò; Est genus ipsius febris, ergo. Sequela nota est, & antecedens probatur. *Febris genus calor est, & ideo calor essentialiter febrē cōstituit.* Febris intemperies est ex communi omnium consensu; aut ergo est calida, aut frigida (non frigida; vt attestantur sympomata communia) & propria ipsiusmet febris, ergo calida. Secundò febris est mutatio natiui caloris ad igneum, calor ergo essentialiter est. *Motus a suo termino non distinguitur.* Sequela est Philosophi asserentis, *motum a suo termino non distingui.*

Secunda conclusio. *Febris morbus est, qui calor dicitur, non autem symptoma in mutata qualitate:* Hanc conclusionē, quam *Lib. de diff. morbor.* antiquorū quorumdam fuisse testatur Galenus, vt infra probabimus; in præsenti tamen satis sit dicere, quòd (siue calor sit morbus, siue mutata qualitas) consequatur febrem, vel vt prædicatum quidditatiuum, vel vt propria passio. Sed hic secum *Contradictio Galeni detegitur.* ipsum pugnantē Galenum video, qui 1. de diff. febr. c. 1. Caliditatem prẹter naturam genus esse febris, docet; Contrà cit. 1. aphor sect. 4. in 6. Epydemiorum com. 25. & 2. de ratione vict. in acut. com. 22. non caliditatem, sed calidum præter naturam genus

genus esse febris enixissimè contendit. Pro hac euacuanda difficultate, & vt Galenum a contradictione tàm euidenti vindicemus; Dicendũ est (Domini) in omni actione duo reperiri, id scilicet, quod agit, & id, quo agit: id quod agit, suppositum est ex Aristotele, qui *suppositorum esse actiones*, asserit; Verum quia suppositum constat ex materia, & forma, & materia ad passionem est destinata; concludendum est actionis actiuitatem formæ referendam esse; Quando ergo Galenus dicit, genus febris esse calidum, sumens calidum, vt quid constans ex materia, & forma, & vt suppositum, bene loquitur: sicuti etiam non male loquitur, quotiescumque calori, vt formæ, actiuitatem tribuit. *1. Metaph. t. 1. Suppositorũ sunt actiones; actio prouenit a forma.*

Ad argumenta in oppositum, & ad primum dicemus infra cum Hypocrate, quòd tempore rigoris febris non adest; sed symptoma est consequens motum humorum. *Resp. ad arg. aduersariorũ & ad primũ.*

Ad secundum respondetur, febrem lypiriam, seu malignam simplicem intemperiem non esse. nam constant intemperie calida viscerum, & frigida partium extremarum. vt enim Galenus doctè explicat in febribus lypireis contrahitur inflammatio in partibus internis, cui vt natura succurrat, conuocat calorem a partibus externis, & sic extrema refrigerantur. *Ad secundũ. 7. Aphor. Cur extrema in febribus multoties refrigerentur.*

Ad tertium dicitur, quòd febres, quę fiunt ex causa frigida non producuntur, nisi frigida causa putredine, vel adustione calefacta fuerit. *Ad tertiũ.*

Ad quartum respondetur, quod pulsus febris quartanæ, & quotidianæ possunt comparari ad duo; ad statum videlicet naturalē, & ita sunt celeres, & frequentes; vel ad febres biliosas, & ad sanguineas, & ita tardi, ac rari. *Ad quartũ.*

Ad quintum de febre syncopali dicimus; quòd quousque frigus in corde est, febris non dicitur; dicitur tamen deinde, cum cor calidam intemperiem conceperit. Vel dicamus, in febre syncopali non percipi calorem sensu, grauatum, & suffocatum a copia materiæ crudæ, quæ plus valet ad refrigerandum, quàm ad calefaciendum calor; licèt sit accensus, & febrem constituat in esse febris. *Ad quintũ.*

Ad sextum de morientibus; illis post febrem aliquam, Erisipelas, & intemperiem calidam subsequitur frigida, ac propterea licèt *Ad sextum.*

licèt remotè moriantur ex febre, proximè tamen pereunt ex intemperie frigida.

Ad vltimū. Ad vltimum de Ephyala, eam non esse simplicem intemperiem, sed mixtam ex calida, & frigida. Constituitur ergo, essentialiter febrem in calore consistere.

QVAESTIO II.

An siccitas sit de essentia febris?

Proba'ur siccita'ē esse de es'ētia febris

HÆc quæstio celeberrima est, & ex vtraque parte viri sunt summi nominis; & quòd siccitas de essentia febris sit.

Primò. Probatur primò ex allatis locis; ex quibus affirmauimus, febrem esse calorem igneum, & intemperiem calidam, & siccam, vrere, eliquare, &c.

Secundò. Secundò ex Hypocrate, qui victum humidum febricitantibus omnibus commodum esse testatur. quod verum non esset, nisi siccitas essentialiter febrem consequeretur; immo cum solùm de victu humido mentionem fecisset, significare voluit, potiùs siccitatem, quam calorem esse de essentia febris.

Tertiò. Tertiò sunt quam plurima loca Galeni, in quibus ait, *omnis* *9. Methodi. c. 14. quos quomodo & qua do.* *febris quatenus febris est; humectatio, & refrigeratio remedia sunt*: verùm cum omnia purgantia calida facultatibus existant, febris (qua febris est) sui ratione non solum non exiccantibus, & *1. Aphor. ca. vltimo.* calidis; sed maximè ipsis contrarijs, nempè refrigerantibus, & hu- *1. Methodi. c. 10.* mectantibus indiget; vt ex verbis eiusdem Galeni deducitur (cum doceat,) *Non enim ob igneam febris caliditatem purgationem* *Cit. 1. Aphor.* *adhibemus, hanc scimus sui ratione nocituram; sed propter humores illam facientes.*

Nota 1. In hoc quæsito pro rei veritate, & ad Galeni mentem expli- *Duplex siccitas actualis & potētialis.* candam; Dicatur primò, quòd siccitas duplex est, Actualis scilicet, & potentialis, quid vtraque sit ex professo infra (Deo duce) Restringēda in præsenti est quæstio ad siccitatem actualem: tùm quia morbus omnis actualem formam, & permanentem qualitatem connotat; tùm etiam quia certum est, in calore febrili adiunctam

iunctam esse siccitatem potentialem, quæ progressu temporis fit actualis.

Secundò non omnis siccitas actualis morbosa est, sicut nō omnis calor,& propterea subiūgit Auicennas, quòd *febris est calor; & non sicut calor ebrij, & irati;* & Celsus. *Non protinus sub calore, pulsuq́; febrem sese concipere; sed si summa quoq; arida inæqualiter cutis est, si calor ex intimis præcordijs oritur, si vena non æquè interuallis mouetur, &c.* Vnde & si concedatur calori febrili adiunctam esse siccitatem, non tamen concessum propterea fuerit, siccitatem illam esse morbosam,& essentialiter constituere febrem. *Secundò. Sicut non omnis calor ita non qualibet siccitas potēst excitare febrem.*

Tertiò non omne, quod indicat aliquid essentialiter rem indicantem consequitur, quoniam (vt docet Hypocrates) Indicatio sumitur à quacumque, siue sit indicatio essentialis, siue accidentalis. *Tertiò.*

Quartò, quia duplicem indicationem esse asserit Galenus, curatricem scilicet,& vitalem:& alteram requirere contraria, & alteram similia, ac mediam esse præseruatricem, quæ ad medelam non parum confert, multa remedia adhibentur ad curandum, multa ad conseruandum, & multa tandem ad præseruandum. Nam (vt docet Hypocrates.) *Quæ præterita morbos sanant, antegressa prohibent.* *Quartò. Li. de optim. sect. cap. 11. 6. Epydem. t. 3. & 4.*

Ex his deducenda est conclusio. *Siccitatem non esse de essentia febris.* *Conclusio.*

Et probatur primò ex Galeno, qui simplices intēperies enarrans (ait) calidam in totum febrem construere. *Probatur. 1. 3. de dif. mor. cap. 5.*

Secundò ex eodem, qui plebeum esse (ait) qui febris vt febris, refrigerantibus curetur, ignoret. *10. Methodi c. 10. Secundò.*

Tertiò, eodem Galeno teste, dantur febres Tiphodes, & Helodes, in quibus ęgri perpetuò sudant, quod genus febrium refert Fracastorius familiare esse in Britannia; in quibus certum quoque est, siccitatem a principio in membris nullam esse contractam. *Tertiò. Aduersus Lycum.*

Quartò Hydropici febricitant sine vlla siccitate, vtpotè quod illorum carnes sero perfusæ sunt. *Quartò.*

Vltimò, quod est de essentia alicuius speciei, non est de essen- *Vltimò.*

tia

3. Method. c. 2. tia generis ex Philosopho; At siccitas est de essentia talis, seu febris hecticæ, quam definit Galenus, quod sit *interitus viuentis*
Lib. de Tabe in principio. *ob siccitatem*. non est ergo de essentia febris, quod est genus.

Ad Arg. in oppositum respondetur. Ad argumenta allata responsio facilis est, nam quod febris appelletur calor igneus parum refert, vtpotè quòd dicitur igneus, vel propter excessum gradualem, vel propter potestatem vrendi, incinerandi, &c. & esto quòd igneus constituatur, an non ignem
2. de ortu & interitu cap. 23. Aristoteles calidũ potiùs, quàm siccus dici debere, asserit? Quod appelletur intemperies calida, & sicca a Galeno medicinam profitente, mirum non est, debebat enim more boni Medici in curãda febre, non solum spectare, quæ in ea actu sunt, sed etiam, quæ sunt in potentia. Quod victus humidus commendetur ab Hypocrate nec mirum est, ibi etenim præseruatricẽ indicationem proponit. Et quod tandem Galenus sæpè repetat, febrem indigere refrigerantibus, & humectantibus, voluit completas indicationes accipere, tàm ab actualibus, quàm a potentialibus conditionibus ipsius febris.

QVAESTIO III.

An calor febrilis, & naturalis subiecto conueniant?

Probatur calorem naturalem, & febrilẽ subiecto distingui. Confert præsens quæsitum communiter ad curandas febres; nam si compertum fuerit, hos calores subiecto distingui; compertum etiam habebimus, diuersas partes esse conseruandas ab illis, quæ curari debent. Quod ergo non sint in eodem subiecto.

Primò. Probatur primò, sunt calores inter se omninò oppositi, ergo in eodem subiectò consistere non possunt.

Secundò. Secundò, si in eodem subiecto essent; sequeretur Medicum in curanda febre teneri vtrumque calorem tollere: atque ita tollendo febrem, tolleret etiam & vitam.

Tertiò. Tertiò, videtur saltem calorem febrilem ephymeræ non esse in eodem subiectò cum naturali calore; nam calor naturalis (vt supra probauimus de mente Auicennæ) subiectiuè est in mem-
Loco citato. bris, Ephymeræ verò calor in spiritibus.

Quartò

Quartò, si hi calores essent in eodem subiecto, non daretur in membris sanabilitas ab intrinseco; & consequenter falsum docuisset Hypocrates (dum asserit) multorum morborum naturam esse curatricem; & Mesues *Multos morbos sanat sola natura absq; consilio, & ope Medici. tales autem leuissimi sunt, nam reducere ossa laxata solis suis viribus facere non potest.* Sequela probatur; quia cum subiectum, nempè membrum, esset intrinsecè alteratum, non haberet formam intrinsecam, seu principium vt quo ad sanitatem se restitueret. *Lib.1.sua medicina.*

Pro resolutione difficultatis, & pro veritate sit. Prima conclusio.

Omnis febrilis calor subiectiuè est in membris. *1. Concl.*

Et sensus conclusionis est, quòd febricitare, & morbo laborare nec ad spiritus, nec ad humores pertinet; sed tantùm ad membra.

Probatur cõclusio. in ea parte est subiectiuè morbus, in qua subiectiuè est actio, ex Galeno: At actio subiectiuè est in membris; ergo in illis subiectiuè est morbus. Minor certa est, siquidem actio est in eo, in quo est forma vitæ; hinc spiritus, & humores excluduntur, in quibus vitę operationes non deprehenduntur, & consequenter animata non sunt. *Prob. Concl 1.Metaph.c. 6.*

Secundò, *nisi esset febris subiectiuè in membris sequeretur eam non esse morbum, sed causam morbi.* Probatur sequela; quoniam non immediatè, & primò lęderet actiones; sed mediatè, quòd verò morbus primò, causa item mediatè actiones lædat, omnibus inconfesso est; Quibus rationibus motus Fernelius communem dicendi modum refellit; quo dicitur, Ephymeram esse in spiritibus, & putridam in humoribus: sed dicendum potiùs asserit ex accensione spirituum ephymeram; putridam verò ex humoribus putridis generari. *Morbus primò; cã morbi mediatè actiones lędit.*

Tertiò, *calor febrilis, & naturalis in eodem subiecto sunt.* Et sensus est, quòd idem calor, qui in membris reperitur immutatur a febrili, & sic in eodem subiecto sunt, & subiecto conuenire dicuntur. *Tertiò. Calor febrilis, & naturalis in eodem subiecto sunt.*

Et probatur primò ex definitione febris, qua dictum est, esse mutationem natiui caloris. Idem ergo calor naturalis acce- *Probatur. 1.*

dente febre denominatur febrilis, & sic in eodem subiecto febrilis, & naturalis conueniunt: non secus ac in dealbatione parietis albedo, & paries simul stant.

Secundò. *1. phys. t. 69.* Secundò, subiecto conueniunt materia, & priuatio, quæ (vt ait Phylosophus) multò magis differunt, quàm calor natiuus, & febrilis; ergo.

Tertiò. Tertiò magis differunt calor, & humiditas, quàm calor naturalis, & febrilis; sed calor, & humiditas in eodem subiecto sunt, nempè in membro: ergo in eodem membro stare poterũt calor febrilis, & naturalis.

Quartò. Quartò, febris transmittitur a corde per totum corpus, at totum corpus subiectum est natiui caloris; ergo.

Quintò, nisi essent in eodem subiecto, idem membrum febriret, & non febriret: febriret ratione febris existentis in toto, non febriret verò; quia in esse subiectiuè febris non esset.

Respondetur ad argumẽta in oppositum & ad primũ. Ad argumenta in oppositum respondetur, & ad primum, quòd etiam si concedatur, hos calores inter se esse oppositos, & contrarios, adhuc concedere poterimus, eos esse in eodem subiecto; nam non implicat (teste Aristotele & Galeno) contraria simul esse in eodem subiecto cum pugna.

Ad secundũ. Ad secundum dicitur, non teneri Medicum tollere vtrumq; calorem; quoniam non vterque, sed vnus tantum est præter naturam.

Ad tertium. Ad tertium diximus, calorem febrilem subiectiuè esse in mẽbris, causaliter verò dependere ab accensis spiritibus, sicuti in febre hectica, & subiectiuè, & causaliter est in membris.

Ad quartũ. Ad quartum neganda est sequela, quoniam principium sanabilitatis intrinsecùs est forma membri cum suo temperamento; quæ, cum non sint corrupta, sanabilitatem inducere possunt, remoto impedimento: remouetur autem impedimentum, quotiescumque causa morbifica cessabit a sua operatione, & desinet fouere morbum.

QVÆ-

QVAESTIO IV.

An Primarium febris subiectum debeat constitui cor?

Communis sententia est Galeni, & Auicennæ; febris primarium subiectum esse cor, nec febrem dici debere, nisi cor præter naturaliter calefactum fuerit. Et quoniam de hac re frequens est inter Medicos controuersia; Proponemus primò rationes eorum, qui ab hac opinione discordant, deinde causam afferemus præsentis propositionis; Tamdem obiectionibus propositis satisfaciemus. Qui asserunt, citrà primarium cordis affectum posse constitui febrem, sic argumentantur. *Cor nisi præter naturā calefactum fuerit, haud febrem dici debere, suadent Auic. et Gal.* *Posse cōstitui febrem citra primariū cordis affectum.*

Primò, eędem rationes, quæ pro corde afferuntur, possunt etiam afferri de Hepate; est namque hepar membrum omnibus commune, vtì est cor; per venas sanguinem ad nutriēdum corpus, non secus ac cor per arterias, vitalem spiritum ad viuificandum distribuit; ergo. *Probatur. 1.*

Secundò. Hepar est principium intemperiei frigidæ in totū; ergo, & intemperiei calidæ, quæ est febris. Sequela nota est, Et antecedens probatur à Galeno, qui Hydropem, quæ est intemperies frigida totiùs, generari posse negat, nisi hepar pręter naturam refrigeratum fuerit. *Secundò.* *5. De loc. aff. c. 1.* *1 de diff. sympt. c. 2.*

Tertiò. videtur saltem sententia Galeni, & Auicennæ fallax in febribus symptomaticis, quæ morbos consequuntur; vt inflammationem, Erysipelas, Phrenitim, Pleuritim, & alios; in quibus, sicuti certum est, primarium fomitem nō esse in corde, sed alibi; sic concludendum suadet rei ratio, primarium subiectum febris non esse cor. *Tertiò.*

Quartò in Febribus putridis videtur quoque præsens sententia locum non habere; non enim semper putredo in corde est, quòd si hoc esset, omnis febris putrida pestilens, & insanabilis diceretur ex Galeno. *Quartò.* *3. De præsag. ex pulsibus c. 6.*

Quintò, sequeretur ex hoc, omnem febrē esse acutam; namq; ex putredine nata febris omnis acuta est, & multò magis si in *Quintò.*

3. Epidem. c. 1. corde putredo coaceruata eſſet (eodem Galeno præceptore.)

Sextò. Sextò. ex hoc ſequeretur etiam; omnes febres dici magnas; cum multæ febres ſint nullius momenti. Sequela probatur a 6. Methodi c. 4. Galeno, qui docet, morbos dici magnos ratione partis affectæ.

Notandũ 1. Pro ſolutione huius difficultatis præmittendi ſunt aliqui Febris duplex per eſſentiam & per conſenſum. termini. Et primò, febris duplex eſt, quædam dicitur per eſſentiam, Grecè per Hydiopatyam; quædam per conſenſum, & ſymptomatica, & grecè per ſympathiam; Quę non recognoQuæ ſit febris per eſſentiam, quæ per conſenſum. ſcit ſuam originem ab alio morbo; ſed tantùm à ſua cauſa interna, vel externa fouetur; febris per eſſentiam nominatur; quæ verò ab alio morbo dependet, vtpotè ab inflammatione Bubonũ, ab obſtructione lienis, a deſtillatione capitis, & ſimilium, per conſenſum dicitur.

Notandũ 2. Notandum ſecundò, ad febrem putridam conſtituendam non neceſſariò requiritur humor putris in corde exiſtens; ſed ſatis eſt, ſi ex aliqua alia corporis parte vapor putridus exhalet; qui deinde accenſus in corde, & diſtributus per ſentientes noſtri corporis partes, febrem conſtituere habet; In Febribus intermittentibus hoc obſeruare licèt, quarum principium ſemper eſt cum refrigeratione; ſignum euidentiſſimum, humorem putrem non eſſe in corde, ſed diffundi per glandulas, membra-2. de diff. feb. c. vlt. nas, ac muſculos; vnde deducit Galenus, febres intermittentes 1. Epidem. c. 2. comm. 29. eſſe tutas: *quocumque enim modo intermiſerit, periculum abeſſe ſignificatur*. Et in expoſitione textus 1. Aphor. vbi habet 1. Aphor. Hypocrates; *Febris tertiana exquiſita eſt tuta, & breuis*. Sequentia profert: *Solæ enim illæ, quæ in quietem febre vacantes deſinunt, periculo vacant; & ſi vehementiſsimam, & valdè longam habuerint acceſſionem. ſi enim adeò breuis fuerit, vt duodenis horis tempore circumſcripta, non modò ſine periculo talis eſt febris; ſed etiam quàm citò terminatur*.

Notandũ 3. Differẽtia inter has propoſitiones febris eſt affectus cordis, et febris conſequitur affectionẽ cordis. Notandum tertiò, magnam intercedere differentiam inter has propoſitiones, *febris eſt affectus cordis*, & *febris conſequitur affectionem cordis*; nam cum dicitur, febrem eſse affectionem cordis; ita cor conſtituitur febris primarium ſubiectum, vt oculus in cęcitate, auris in ſurditate, & ſic de ſingulis. Cum verò febrem conſequi affectionem cordis dicimus, ſi ſenſus

primæ

primæ propositionis attendatur, falsum asseritur; nam febres symptomaticæ consequuntur affectionem cordis, & tamen cor in illis primariò non afficitur; sed secundariò, & consequutiuè.

Notandum quartò, quòd ad hoc vt dicatur *febris*, multa requiruntur. primò *intemperies calida*; ex frigidis namque humoribus, Pituita scilicet, vel melancholia, nunquam febris excitabitur, nisi putrescant, & accendantur. Secundò vt tanta sit hæc intemperies, vt ratione ipsius *non solum cordis; sed etiam aliarum partium functiones lædantur*. Tertiò debet esse *vniuersalis*. Et ex his pendent aliæ regulæ, ex parte *subiecti* primarij; vt videlicet subiectum hoc sit vniuersale toti corpori, vt habeat instrumenta, & vias communes. Et quoniam probatum est, febrem esse affectionem natiui caloris, debet tale subiectum constitui, cuius natiuus calor toti corpori sit communis. *No. ādam 4.*

Ex his patet, quomodo satisfaciendum sit quæstioni propositæ. asseritur enim, febrem dici non posse nisi cor præter naturaliter calefactum fuerit. Ratio est, quia soli cordi competunt conditiones requisitæ ad primarium febris subiectum; nam ex eo quòd febris subiectum principale debet illud esse, quòd toti corpori commune sit, excluditur membrum non commune. & ex eo quòd requirit communes vias, excluditur cerebrum; nerui enim a cerebro prodeuntes toti corpori communes non sunt. Non admittitur Hepar; cum sanguis integer per venas tantùm progreditur, quousque ad tertias humiditates transmutatur: At calor naturalis, qui in febre primò permutatur a corde, progrediens integer in omnibus membris, talis conseruatur. Et hinc meritò totum corpus cōmune subiectum febris, & adæquatum: principale verò constituitur cor. *Nerui a cerebro prodeuntes toti corpori communes non sunt. Demōstratur vniuersum corpus debere cōstitui adæquatū febris subiectū principale autem cor; non cerebrū, non Hepar.*

Ad argumenta in oppositum respondetur. & ad primum iam diximus quid prohibet, ne hepar febris primarium subiectum constituatur. *Respondetur ad argumēta aduersariorū Ad primum.*

Ad secundum dicitur, quòd intēperies calida, quæ transmittitur ab hepate in totū corpus, febris nō dicitur: sed gaudet nomine sui generis. Et ratio assignatur; nam non omnis intemperies febrem excitat; sed illa tantùm, quæ lædere habet cordis primò, deinde totius corporis operationes. *Ad secundū.*

Ad

Ad tertium. Ad tertium reſpondetur, quòd febres ſymptomaticæ, quatenus ſymptomaticæ ſunt, vt plurimum ſequuntur affectiones aliarum partium: quatenus verò febres ſunt, primò affectiones ipſius cordis. Sic vertigo; exempli gratia, eſt propria affectio cerebri; licèt multoties ſit ſymptomatica vtero, vel ventriculo.

Ad quartũ. Ad quartum reſpondetur, denominari febres putridas non ſolùm ab humore; ſed etiam a vapore putri.

Ad quintum. Ad quintum dicimus, non omnem febrem putridam eſſe acutam; ſed illam tantùm, quæ intenſam putredinem ſupponit in viſceribus.

Ad ſextum. Ad ſextum, & vltimum cum Galenus aſſerit, morbum dici magnum ratione partis affectæ; intelligi debet facta collatione ad partes ignobiles.

PARS SECVNDA.

In qua agitur de differentijs febrium.

Omnes differentiæ febriũ a motu, ab eo quòd magis & minùs, & a materia deſumuntur.

Galenus 1. de diff. febrium c. 1. differentias omnes febris a triplici capite deduci docet; a motu; ab eo quod magis, & minùs; & a materia. Et non ſine ratione; febris enim, vt febris, tripliciter conſiderari poteſt: vel vt qualitas; & ſic a motu deducitur: vel vt forma intenſibilis, & remiſſibilis: & ſic ab eo, quòd magis & minùs; vel tandem vt accidens; & ſic diſtribuitur ad diſtributionem materiæ, ad quam intrinſecum ordinem habet. Prima itaque diuiſio eſt, quam Galenus recipit ex Hypocrate dicente, quòd *febres aliæ mordaces ſunt manui, aliæ mites: aliæ non mordaces quidem: ſed poſt inſurgentes: aliæ verò acutæ, ſed quæ a manu vincuntur: aliæ ſtatim valdè ardentes: aliæ in totum debiles: aridæ aliæ, ſalſuginoſæ: aliæ aſpectu terribiles: aliæ tactui humidæ: aliæ valdè rubræ: aliæ valdè pallidæ; aliæ liuidæ: & id genus aliæ,* Et hę, quoniam extrinſecæ valdè ſunt, derelinquuntur. Ab eo quòd magis & minùs, ſumuntur differentiæ pertinentes ad magnitudinem, & paruitatem; vndè aliæ paruæ, aliæ magnæ appellantur: ſed quoniam

6. Epydẽ ſect. 1. tex. 29.

niam relatiua sunt,& in infinitum variabilia,& istæ similiter derelinquuntur.

Spiritus, humores & mēbra tris precipuè constituunt differētias, Ephymerā, putridā, & hecticam.

A materia verò, sicuti triplex est nostri corporis materia spiritus, Humores, & membra: ita tres præcipuè constituunt differentias, Ephymeram, putridam, & hecticam. Ephymera spirituum accensionem sequitur, putrida humores putres,& hectica partes solidas.

Ephymera quotuplex sit declaratur.

Quæ sit Ephymera exquisita.

Quæ non exquisita.

Ephymera duplex est, per essentiam scilicet, & per consensum. Vtraque quid sit,infra Deo Duce. Diuiditur secundò in exquisitam, & non exquisitam. exquisita est, quæ spatium viginti quatuor horarũ non pertransit: non exquisita verò,quę producitur vsq; ad tertiũ diem;atq; hæc a græcis Dyatriton appellatur.

Putridarum differentiæ sumuntur a Periodo, a materia, a motu, a sta u, a natura, seu origine, & a conditione.

Putrida multas habet diuisiones. & prima sumitur a periodo; vnde quæ tertiò quoque die repetit,dicitur tertiana: quæ quartò, quartana: quæ de die in diem,quotidiana. Eædem differentiæ,propter penuriam vocabulorum,sumuntur a materia, hoc est ab humore putri. Ex bile igitur tertiana: ex melancholia quartana: ex pituita quotidiana excitatur.

Quæ sint febres intermittentes.

Quæ cõtinuę.

Quæ continentes.

Secunda differentia sumitur a motu, penes quem aliæ febres sunt continuæ, aliæ intermittentes, & aliæ continentes. Intermittentes sunt, quæ veniunt in singulis accessionibus ad veram infebricitationem; ita vt detur aliquod tempus, in quo verum sit dicere,nullam prorsus adesse febrem: Cõtinuæ sunt, quæ licèt perueniant ad sensibilem declinationem, non tamen ad veram infebricitationem. Continens, quæ a grecis appellatur synoca a, principio vsque ad finem vnam tantum habet accessionem. Intermittentium,& continuarum par est numerus; vt enim datur tertiana intermittens, sic continua,& ita de alijs.

Synoca triplex Agmastica, Paragmastica, & Omothona.

Synoca verò tres habet differentias, Agmasticam, Paragmasticam, & Homotonam. Agmastica est, quæ semper crescit,& nisi critica aliqua euacuatio successerit, hominem iugulat potiùs, quàm intermittat. Paragmastica semper decrescit, & ad certam salutem terminatur, nisi ob inediam, aut euacuationem aliquam vires dissolutæ concidant. Homothona eumdem tenorem semper obseruat, & indifferenter, modò ad salutem, modò ad mortem terminatur.

Tertia

Febres simplices quę dicantur. Quę compositę. Complicatę unde originē habeāt unde confusę.

Tertia a statu sumitur; & hinc quædam simplices, quædam compositæ sunt. Febres simplices dicuntur, cum ex simplici humore constant: compositæ verò, quando multos fomites habēt. Et rursus compositæ subdiuiduntur in complicatas, & confusas; complicatæ sunt, cum febres eiusdem generis permiscentur; ex quibus singulæ suum typum seruant. Confusæ verò, cum febres diuersi generis permiscentur, & propriam formam conseruant: sed sępè, vna inuadente, altera est in augmento, vel in statu, & contrà. Quæ autem eiusdem generis sunt, vocantur plures; vt duæ tertianæ, duæ, aut tres quartanæ, &c.

Quæ sint febres legitimę quæ spuriæ.

Quarta ex natura sumitur, seu origine; quædam enim legitimæ, siue veræ, aut exquisitæ appellantur: & quædam spuriæ, siue nothę. Legitimæ vocantur, quę suas conditiones adimplent, & alieni nihil habent admixtum: spuria verò febris est, cui aliquid deest de proprio, & admixtum habet aliquid alieni.

Quæ sint febres ordinariæ, quę malignę. Quę pestilentes. Pestilēs quot cōditiones habeat. & in quo differat a quasi pestilenti. Pestilentis febris subdiuisio. Epydemica quę sit. Quę Pandemica & Endemicæ.

Quinta deducitur a conditione, vndè multæ dicuntur malignæ, & aliæ ordinariæ. Ordinariæ sunt; quæ nihil habent fraudulenti; malignæ verò, quę admixtam habent proprietatem occultam; de qua infra. Maligna autem subdistinguitur in pestilentem, & quasi pestilentem. Pestilens est, quæ tres habet conditiones, malignitatem, vulgaritatem, & contagium: Quasi pestilens verò, cui aliqua ex his conditionibus deest. Pestilens rursus subdiuiditur in Epydemicam, Pandemicam, & Endemicam. Epydemica non solum inuadit homines, sed etiam bruta, & plantas; & non vnam tantùm prouinciam, aut regnum, sexum, vel ætatem: sed omnia indifferenter. Pandemica homines tantùm inuadit: sed in vna regione cuiuscumque sint ætatis, temperamenti. Endemica tantùm corripit vnam tantùm Regionem, & in ea vnum sexum, vnam ætatem, & temperamentum.

Febris hectica vnde nomen habeat. Hectica duplex constituitur. Quid sit hectica essentialis. Quę symptomatica.

Hectica (quæ dicitur ab exi, quod significat habitum) idem sonat, quod febris habitualis; nam instar veri habitus est difficilè mobilis. Hæc autem distinguitur primò in essentialem, & symptomaticam. Essentialis est, quæ nullum alium morbum sequitur, & simpliciter hectica appellatur; Symptomatica verò, quæ sequitur vlcus pulmonis, & dicitur Phitysis, seu tabes; & tot

tot habet differentias, quot causas, seu morbos antecedentes. Vnde dicitur hectica ex vlcere pulmonis, ex siccitate ventriculi, Dysenteria, fluxu vterino, & alijs. Essentialis subdiuiditur in tres gradus, qui impropriè appellantur species; prout tria sunt in parte solida, quæ a Tabifico calore consummi possunt. Est enim in membris primò humiditas adiposa, siue vntuosa; & hac consumpta fit primus gradus. Secundò humiditas carnosa, quæ est paulò solidior, & hac consumpta fit secundus gradus. Tertiò spermatica fibrosa, & omnibus solidior, & ista cum tandem consumitur fit tertius gradus, qui dicitur hectica senectutis.

Hectica tres gradus siue species, iuxta tres humores in nostro corpore prædominantes.

PARS TERTIA.

De causis febrium.

ANtequam de causis febrium in particulari agamus, opere pretiũ existimauimus pro absoluta tractatione earumdem, cum Auicenna verba facere de corporibus ad febrem dispositis; vt ea, quę non sunt talia facili negotio innotescãt. Est enim vtilis hæc tractatio tum ad curationem: tum ad præseruationem instituendam; hinc solitus erat dicere Galenus in eum morbum, vnumquemque faciliùs incidere, ad quem natura paratus est; multòque magis si erranti victu, tamquam per manus, in eum perducatur. Vt ergo de corporibus paratis ad febres consultiù agamus; scire licet, præparationem corporum ad febres posse esse, vel ab interno, vel ab externo. Fiunt corpora paratiora ad febres, quando a causis externis capiuntur, de quibus infra; nam tunc *Idem est agens, & disponens materiam ad formam recipiendam*. Quæ autem ab interno principio fit, a duobus solet oriri, vel a similitudine qualitatum, vel a rara textura corporis: a similitudine quidem, quia certissimum est, & a doctrina Philosophorum decerptum *in habentibus symbolum facilem esse transitum*: A raritate verò, quia corpora rara, & cauernosa sunt magis disposita ad suscipiendos humores.

1. de diff. feb. c. 1.

8. Methodi c. 8.

Notãdum 1.

Corpora, quæ dicuntur disposita & p̃parata ad febres.

Notandũ 2.

Sciendum prætereà est, præparationem ad febres dupliciter intelligi: vel ad febrem in vniuersum: vel speciatim ad hanc, vel ad illam febrem. Hoc posito, Auicennas eos esse paratos ad febres statuit, qui temperamento calido, & humido gaudent: secundò loco qui calido, & sicco. Impræparatos verò, qui frigidũ, & humidum temperamentum a natura sortiti sunt. & in hoc videtur contrarius esse Galeno; qui proponens, quæ sint corpora parata ad febres, primò loco statuit calida, & sicca: secundò loco calida, & humida: post hæc (inquit) esse corpora temperata; quasi hæc media sint inter corpora parata, & imparata. Vos Domini, vt rem definitam habeatis, recurrere ne pigeat ad ea, quæ paulò ante diximus; præparationem scilicet ad febres oriri intrinsecus a similitudine qualitatum, & raritate meatuum; quare cum febris, in vniuersum sumpta, sit affectus calidus & siccus, consequentia necessaria deducetur, *corpora calida, & sicca omnium paratissima ad febrem esse*, vt supponebat Galenus, cui adstipulari videtur Aristoteles; cum dicit, corpora vstibilia ea esse, quæ calida & sicca sunt, & quæ meatus patentes habent. huiusmodi sunt stuppa, lignum siccum, & palea. qua etiam ratione defendi potest sententia antiquorum, qui teste Archelao, existimant, capras perpetuò febrire, ob calidam, & siccam, qua gaudent naturam. Secundò loco dicimus febribus calida, & humida corpora paratiora esse, humiditate tamen inflammabili; de qua Aristoteles loco sup. cit. huiusmodi corpora esse inflammabilia, quale est oleum, mel, pix, & similia.

Quæ prepa rata ad febres corpora censentur. *8. Method. c.8.* *4. Metheororum.* *Cur capra perpetuò febricitat de mente antiquorum.*

Ex aduerso inepta corpora illa dicuntur, quæ meatus habent adstrictiores, & qualitates frigidas, & humidas sortita fuerint, de directò contrarias qualitatibus ignis. sic salamandram dicimus, haud affici ab igne posse, quia qualitatibus naturæ ignis aduersatur. qua via saluare etiam poterimus Plinium; qui cum de natura animalium de ceruis edisserit, ceruos testatur nunquam febrire; nec eos molestari, qui carne ceruina vescuntur.

Quæ corpora impræparata ad febres censentur. *Cur salamandra ab igne affici non valeat.* *Lib. 8.* *Vnde est quòd febre non tẽtẽtur illi qui carne ceruina vescũtur*

Et notate, quòd corpora illa, quæ sunt omnium minimè præparata ad febres in genere, hæc eadem esse aliquando disposita ad febres in specie, vt sunt frigida. & sicca. de quibus verba faciens Galenus profert, exposita esse illi febri hecticę speciei, quã hecti-

Nota. *7. Method.*

hecticam senectutis vocant. Hæc igitur sunt corpora, quæ intrinseca ratione parata, & disparata ad febres sunt. Inter quæ (vt audistis ex Galeno) media sunt temperata; Verùm quia alibi idem contrariam huic sententiam tuetur, præsertim libro de optim. corporis constitutione, vbi ex professo, corpora temperata omnium maximè resistere morbis docet; Vt nobis veritas facti innotescat, proferēdum est, Domini, esse paratum ad morbos, intelligi posse duobus modis: vel in genere ad omnes morbos, vel in specie ad aliquem morbum. corpora temperata paratiora dicuntur ad morbos, & ad febrem in specie, facta collatione ad corpora intemperata; eo quia ista nullam habent qualitatem conformem qualitatibus febris. In genere verò corpora temperata, quia omnium corporum robustissima sunt, maximè morbis resistere habent. quo posito conciliatur Galenus secum ipso. Restat vt videamus, cur Auicennas dixerit, corpora calida & humida esse omnium paratissima ad febres. Non desunt ex Auctoribus, qui asserant, Auicennam loquutum ibi fuisse de febribus tantùm putridis, ad mentē Athenei; qui mordicus defendit; omnes febres esse putridas. cui adhærere videtur Aristoteles, cum doceat febrem fieri ex humidi, & calidi exuberantia. Et hæc dicta sint satìs de corporum præparatione vniuersali ad febres.

Speciatim verò ad febrem Ephymeram, & hecticam; omniū corporum calida & sicca paratissima videntur; quod desumitur ex auctoritate Auicennæ, nec non ex Paulò. Ad putridas, ex communi consensu, calida, & humida primariò: secundariò calida, & sicca. quod similiter testantur Galenus, & Aristoteles; qui dum inquirunt causam, cur homo febribus putridis supra omnia animalia obnoxius sit; An quia respondēt, omnium calidissimus, & humidissimus est; ob quàm etiam rationem, excrementa humana fętida supra cętera excrementa sentiuntur: vt idem Aristoteles docet, & Alex. 1.probl. probl. 29. Post hæc sunt corpora calida, & sicca, postremò frigida sicca.

Sed hìc dicet aliquis, senectus est quædam putredo, seu via ad putredinem (vt Aristoteles auctor est) sed senilia corpora sunt frigida, & sicca: ergo non omnium minimè, sed omnium

Pugnantia Galenus loquitur.

Athenæus mordicus defendit, omnes febres esse putridas.

1. Sect. probl. 23.

Corpora calida, & sicca ad febrē hecticam, & Ephymeram paratissima.

Fen. 1 4. c. 5.

lib. 2. c. 26.

Calida, et humida ad putridas febres obnoxia rei ratio suadet, & ex prima monstrat.

8. Metho. c. 7.

4. Sect. probl. 4.

Cur homo supra oīa animalia febribus putridis obnoxius sit.

Vnde est, qđ excrementa humana fetida supra alia excrementa sentiantur.

4. probl. probl. 15.

Obiect.

Lib. de iuuēt. & senect.

Lib. de vita & morte.

maximè sunt disposita ad putredinem.

Respon. obiectionem. Quotuplex sit putredo. Corpora senilia putredini naturali esse obnoxia docet Arist.

Pro solutione difficultatis dicendum est; putredinem duplicem esse, naturalem scilicet, quæ generationi naturali contrariatur, & morbosam. Corpora frigida, & sicca omnium maximè esse disposita putredini naturali concedimus; negamus tamen illa putredini morbosæ esse obnoxia, de qua in præsenti.

Difficultas proponitur. 4. Meteo. 11. 5. Quid sit putrefactio dementè Arist. An in plaga orientali Ethyopũ corpora putrescãt, mortua.

Secunda difficultas insurgit, qua de causa posuerint corpora calida, & sicca putredini exposita in secundò loco; cùm tamen rationi repugnet, experientiæ, atque auctoritati; Rationi, quando doceat Aristoteles, putrefactionem esse corruptionem caloris natiui in vnoquoque humido, factã a calore extraneo. Quod si verùm est vt verissimum, corpora calida, & sicca minùs debẽt esse putredini exposita. Tãdem experientia demonstratur: nam in Plaga orientali, corpora ibi non putrescere, quia calida, & sicca sunt.

An necessario ad putredinẽ requiratur humiditas; hoc est, humida debeant esse corpora putrescibilia.

Vnde est qđ Ethyopũ corpora minùs putrescant quã quod nostra faciant.

Ad difficultatem hanc possumus respondere dupliciter. Primò quia Galenus diuersimodè ab Aristotele putredinem definit, hanc esse scilicet mutationem substantiæ totiùs corporis putrescentis ad corruptionẽ a calore extraneo factam. Ex quibus colligere poterimus, hanc putrefactionem principaliter non requirere humiditatem, quia eius non facit mentionem, sicut fecit Aristoteles. Secundò dicamus, corpora calida, & sicca non prorsus humiditate esse priuata; sed dici sicca in ordine ad humida. Et hanc esse mentem Aristotelis, & Alexandri vnusquisque, qui eorum scripta perlegerit, iudicare potuerit. De Ethyopum corporibus non negamus, illa minùs putrescere, quàm quòd nostra faciant; quia calida, & sicca sunt: verùm asseueranter affirmamus, & illa etiam putrescere; quapropter Aromatibus, & sale condiuntur, vt Herodotus in Melpemone tradit. Atq; hęc dicta sint de præparatione corporum ad febres a principio intrinseco, ratione temperamenti.

Aetas, sexus, & corporis habitus disponunt corpora ad febres, sed non immediatè.

Sunt etiam multæ aliæ res, quę disponunt corpora ad febres: sed non immediatè; atque in hoc numero sunt ætas, sexus, & corporis habitus.

Quoad ætatem attinet; in vniuersum iuuenes, & pueri magis dispositi sunt ad febriles affectus, & maximè acutas, quàm senes,

nes; cuius rationem reddens Hypocrates, contestata protulit. *Qui crescunt plurimum habent calidi innati, plurimò igitur egent alimento: senibus autem parum calidi innati inest; paucis propterea fomitibus egent. hanc etiam ob causam febres peracutæ senibus non insunt; Frigidum enim eorum corpus;* quia ergo senes natura sunt frigidi, & Ieiunium facilè ferunt; & febribus peracutæ dispositi haud videntur; Quòd si ratenter talis his accidat febris, qualis Iuuenibus, teste Galeno in expositione præcit. tex. Hypocratis, omninò ad interitum ægrotantis terminatur; indicat enim, magnam esse causam morbi facientis magnitudinem.

1. Aphor. 1. 14.

Quæ causa est, cur pueri, et iuuenes ad febres acutas magis dispositi sint, quā senes.

Senes Ieiuniū maximè ferunt.

Quòd spectat ad sexum, & ad propriam naturam febris; Viri in vniuersum magis expositi sunt febribus, quàm mulieres; propter calorem: ad putridas verò magis mulieres, quàm viri, ob humiditatem. Est enim humiditas (si Galeno fides danda est) mater putredinis.

Vnde est q̄d viri in vniuersum magis expositi sunt febribus quàm mulieres. Contrà mulieres magis febribus putridis, quā viri.

Sed hoc in loco quadrare videtur disputatio; adeò ventilata inter Philosophos, & Medicos.

Humiditas mater putredinis.

QVAESTIO V.

Num fœmina sit calidior masculo.

NOn desunt ex Auctoribus, qui afferant, fœminas esse masculis calidiores, quod probant multis argumētis. Et primò, ex velocitate motus abundantia caloris deducitur, sed in omni brutorum genere feminæ velociùs mouentur, quàm masculi: vt Leena Leone, Vrsa Vrso, Tigra Tigro, Equa equo, Pantera suo marito; & sic de volatilibus: ergo fœminæ calidiores sunt masculis. Minor experientia constat. Et maior probatur a Celso, qui *ex frigore segnitiem oriri, ex calore immodicum motum,* testatur lib. 1. suæ medicinæ, c. 3. Præterea Aristoteles de Vipera loquens; *Est Vipera* (ait) *natura frigida*: quia etiam ardente Sirio vix loco mouetur: & si aliquando calidam appellent; intelligenda est, non secundùm sui propriam substantiam, sed secundùm venenum. Eamdem doctri-

Probatur fęminas esse masculis calidiores.

Primò.

De Hist. animaliū c. 31.

Vipera est frigida quoad carnē calidā verò quoad venenum.

1. Aphor. doctrinam docet Galenus: qui ad rem nostram sequentia profert. Sectilibus alludens; *Sic animalium quæcumque sunt natura frigidiora, ijs calor innatus a frigore hiberno superatur; quare absq; sensu, & motu simillima mortuis in latibulis iacent.*

Secundò. Secundò, quæ citiùs augentur, & citiùs adolescunt plus caloris habent: sed fœminæ citiùs augentur, & citiùs adolescunt masculis: ergo plus caloris habent, quàm quòd habeant masculi. Minorem experientia probat: & maior defenditur ab Hypocrate.

Fœmina citiùs adolescunt masculis. 6. Epydem. t. 45.

Tertiò. Tertiò, ex vbertate sanguinis, abundantia caloris colligitur (ex communi omnium consensu), sed fœminæ adeò sanguine abundant, q; singulis mensibus, ne suffocentur copiosè fundunt; qua vbertate viri carent; ergo viris calidiores censendæ sunt.

1. De morbis in principio. Adde his, quod Hypocrates ad rem nostram. *Habet enim mulier sanguinem calidiorē, & propterea calidior est, quàm vir.*

Notandū 1. Pro explicatione huius difficultatis notandum est, Domini; Viros maiorem copiam sanguinis generare, quàm mulieres: verùm quia illum postquam genuerint conterunt, ac consumunt ob efficaciam caloris; calidiores ideo existimantur mulieribus; quæ ex decreto naturæ frigidæ, ex frigido semine matris, in frigidiori parte vteri procreatæ sunt, vt multum sanguinis, & sibi, & fœtui asseruare possent tempore grauidationis. Itaque copia sanguinis, quæ singulo quoque mense excernitur, quando scilicet vtero non gerit mulier, non solùm argumentum non est caloris (vt supponitur) sed frigiditatis. Quòd si fœminæ frigidiores sint, non illis imperfectioni est tribuendum; nam ratione finis consignat natura ad ipsum media; ea etenim est earum cōgenea, & genuina temperies, qua sanguinis sunt abūdantiores, & sic fœminarum generationi minor calor efficacior existit; & humidior materia, minusque cocta & elaborata vtilior. Decuit ergo mulieres esse frigidas: alioquin si calidæ essent, non secùs, ac viri sanguinem consumerent, & steriles euaderent, ac generationi inutiles; vt de Viraginibus Hirsutis, ac nimium calidis exprimento comperimus. Doctrina hæc est Galeni, & Aristotelis de longitudine, & breuitate vitæ; necnon in mille locis problematum.

Qua de causa viri calidiores censendi veniant mulieribus. *Cur mulieres ex decreto naturæ frigidæ nascantur.* *Fœminæ viragines plurimū steriles quia ob caliditatem quā possēt sanguinē fœtui destinatum cōsumunt.* 2. De temperamentis c. vlt. 2. De sem. c. 1. 8. De vsu p. c. vlt. 6. de generat. animal. c. 6. 4. De Histor. anima. c. vlt.

Notan-

Notandum secundò, fœminas molliori carne constare, vt minori calori faciliùs cederēt, neq; hoc imperfectioni tribuendum est, ob rationes iam supra allatas. sicuti nec imperfectas quis eas existimare debet, eò quia testes intùs reconditos habeant; nam id ad formatricem facultatem, non ad calorem referendum arbitror; quippè si calori tribuendum esset, fœminæ viragiæ, quæ plerumque sunt quibusdam viris calidiores, extrà obtinuissent genitalia, & frigidi, ac pituitosi viri intrò reclusa: quorum contrarium monstrat euentus. Quo fit, vt æqualem perfectionem cum viris sortiantur, siquidem omnis rerum naturalium perfectio ex forma & naturæ intento quærenda est; Atque cùm constet ex D. Thoma, feminam viro esse coniunctā, generationis, & propagationis speciei gratia; sequitur proculdubio propter dictas rationes, feminam viro esse æquè perfectam. Neque obstat, Aristotelem dixisse, animi operationes in viris illustriores esse: cum Plato, & Platonici omnes existimauerint, ad eadem animæ studia, & easdem operationes æquè mulieres, ac viros natos esse. Concludamus ergo, quòd si viro accedit perfectio ex calore, feminæ quidem ex frigore. His sic positis, ad argumenta proposita respondetur.

Notandū 2. Non benè determināt, qui docēt mulieres ideò esse imperfectas quia testes recōditos habēt & molliori carne cōstāt.

Feminā viro esse æquè perfectā D. Tho. 1 p. q. 92. art. 1. ad 2. [illegible] quia propagationis & generationis gratia procreata sunt. 7. De legibus. Vnde accedat viro perfectio; Vnde mulieri.

Ad primùm, brutorum feminas non velociori motu moueri, quo masculi mouentur: sed dicuntur velociter moueri respectu rationalium feminarum; quę quia vitam degūt sellulariam, plus cumulant humiditatis; indè lento motu mouentur; At illæ, quia pari exercitio cum masculis conueniunt, humiditatem superfluam non generant: quòd si generauerint, ipsam motu consumunt; & motui tantò magìs aptæ redduntur; vt in ruralibus mulieribus obseruare licèt.

Resp. ad arg. & ad primū.

Ad secundùm, verùm esse feminas citiùs adolescere: cæterùm id non esse tribuendum calori; sed facilitati substantiæ; quippè molliores, & humidiores sunt carne; & ideo faciliùs quàm viri cedunt augumento, & extentioni materiæ. Exemplo, huius doctrinæ veritas manifestatur; Olera ferè omnia frigidiora sunt arboribus: sed quia humidiora citiùs adolescunt, quàm arbores.

Ad secundū. Qua de causa mulieres citiùs adolescūt viris.

Ad tertiùm dicendum, fœminas abundare sanguine, non

Ad tertium.

con-

quòd plus generent, quia calidiores sint: sed quia minùs conterunt, quoniam frigidiores.

Cit. li. de morbis. *Ad auctoritatem Hypocratis.* Ad auctoritatem Hypocratis respondetur, loqui Hypocratē de muliere morbosa, & calore præter naturali, abundante in eodem vtero, ob sanguinem menstruum, ibidem præter naturaliter retentum, & accensum.

Actenus de pręparatione corporum ad febres a principio interno. Consequens est, vt de præparatione a principio externo verba faciamus. Et quia (vt diximus ex sententia Philosophorum) *idem est disponens materiam, & tribuens formam*; ideò causæ externæ, quæ disponunt corpora ad febres, illæ eædem sunt effectrices febrium. quæ quinque communiter a Galeno, quem sequitur Auicennas, numerantur. *Motus* videlicet, *Putredo, prohibita transpiratio, vicinitas corporis calidi, & alimenta.*

1. De caus. morb. cap. 1. 1. De diff. feb. c. 3. loc. cit.

De Motu.

Quomodo motus febrē excitet. *Nota.* HOc loco omittemus celebre illud quæsitum apud Philosophos, & Medicos; quo pacto scilicet motus calorem producat. & dicemus breuiter, quómodo motus febrem excitet.

Non omnis motus caloris causa est, respirationem difficilem reddit & febrē inducit. Supponatur igitur, non omnem motum caloris causam esse; sicut nec omnis motus prouocat sudorem, & respirationem difficilem reddit: sed ille tantùm, qui (quia laboriosus est) præter sudorem, & respirandi difficultatem, manifestam lassitudinem inducit.

Sed ille tātū grassitudinē parit. *Quotuplex sit motus.* *Motus animi qui.* Supponatur etiam, duplicem esse motum; animi scilicet, & corporis. Sunt autem motus animi omnes sollicitudines, omnesque vehementes curæ; vnde Hypocrates ait, *Animæ deambulatio cura est hominibus.* Motus corporis qui nam sint clarissimum est.

6. Epidem. sect. 5. *Motus animi quo pacto febrem excitare habeant, quomodo motus corporis.* Animi motus igitur febrem excitant; quoniam nullus est vehemens animi affectus, in quo magna non fiat spiritus, & sanguinis agitatio, & ebullitio circa cor. nam siue sanguis & spiritus ad cor confugiant, sicut in timore, & in mestitia: siuę a corde fugiant, vt in verecundia, & gaudio: siue circa ipsum versentur, vt in ira; constat, massam sanguineam vnà cum spiritibus agitatam

tim excalescere, quòd si tantus sit calor, vt ponat cor in præter naturali calefacto esse, profectò febrem excitabit.

Corporis motus febrem gignit hoc ordine; vehemēti enim motu confricantur Articuli, in Articulis verò sunt Tendones, in Tendonibus item (quia reperiuntur partes postremæ musculorum) sunt venæ, & arteriæ, atque hæ contracto calore alterant spiritus, & sanguinem in ipsis contentum. Verùm quoniam sanguis, & spiritus continuitatem habent vsque ad cor, facillimum est, vt ipsum, continuata alteratione, in febrem incidat. confert autem ad morbosam ex calescentiam articulorū consumptio humiditatis in cauitate articuli contentæ. dicemus infrà, si Deo placuerit, siccitatem esse limam caloris; vndè sępissimè visum est; Axes curruum, & molendinorum ignitos esse, quod vt prohibeant Aurigæ, & molitores herbam virentem, & humidam interponunt.

Siccitas est lima caloris.

Quare nimia quies excitare etiã febrē possit.

Nota.

Et notandum, quòd sicut nimius motus causa est febris; ita & nimia quies (ex Galeno). Sed differentia est, quia nimium otium non per se, sed per aliud febrem indūcit; siquidem nimia segnitie retinētur excremēta in corpore, quæ meatus obstruentia febrem excitant; Inde celsus, *motus vivificat, Otium tabefacit*; Loquitur hìc non de motu, qui disponit ad febrem, de quo supra; sed de eo, qui disponit ad salutem, de quo dicitur, *Prima curatio exercitatio est, quæ semper antecedere cibum debet, melior est sub diu, quàm in porticu, melior si caput patitur in Sole, quàm in vmbra: melior in vmbra, quam parietes, aut viridaria efficiunt, quàm quæ tecto subest: melior recta, quàm flexuosa. exercitationis autem plerumque finis debet esse sudor, qui citra faticationem fit.*

8. Methodi c. 2.

Lib. 1. c. 3.

Loc. cit.

Exercitatio quanti momēti sit.

Sed hoc loco duo nobis occurrunt consideratione, & examine digna.

Duo proponūtur dubia euacuanda.

Primùm est, cur Medici animi motus inter causas externas reposuerint, cum verè internæ sint?

Animi motus, cur inter causas externas reposuerint Medici, cum tamen interni sunt.

Secundum quòd occurrit, ex Galeno deducitur; si mętus, & męstitia refrigerare habent cor, quomodo ergo febrem excitabunt?

Quartò de caus. puls. c. 3.

Metus et męstitia cum refrigerare habeāt cor. non video quō id ipsum in calido esse ponas, & febrem excitet.

Ad primùm dubiū respondetur duobus modis. Primò quòd

Resp. ad primum dub. ū.

animi motus possunt considerari dupliciter, vel secundùm seipsos, vel secundùm obiecta, quibus concitantur, si secundùm se considerentur, certè sunt causæ omninò internæ: si secundùm obiecta, sunt merè externæ, & hoc modò considerantur a Medicis. Possumus secundò respondere; Aliquid dici posse causam externam, vel quia extrinseca sit, vel quia euidens: Primo modo animi motus non sunt causæ externæ, quia non sunt extrà nostra corpora. Secundo modo, quia euidentes sunt, inter externas causas numerari possunt.

Ad secundũ. Ad secundùm respondemus, metum, & mœstitiam, & alia eiusmodi in corporibus nostris fieri vel paulatim, vel citò, & confertim. Quando paulatim fiũt, refrigerant, quod noluit Galenus: Contrà in calido esse cor ponunt, cum confertim, & citò mouentur. Doctrina hæc est Aristotelis lib. de respirat. c. 19. & Galeni 1. de tuenda valetudine, cap. 2.

Metus et mœstitia quando in calido esse cor ponant.

De Alimentis.

NOmine alimentorum Galenus non solùm vera alimenta, sed etiam medicamenta compræhendit; nam indifferenter ab vtrisq; calor ita gradualiter accendi potest, vt tandem in igneam naturam mutetur, & febrem generet.

Notandũ 1. Notandum tamen primò, quòd licèt alimenta, & medicamenta calida per concoctionem substantialiter mutentur, & consequenter deponant antiquum temperamentum, adhuc tamen calorem augent; Agens siquidem naturale ex certa materia cogitur, certam formam, certamq; temperiem educere; atq; ita ex cibis calidis calidus chilus generatur, ex chilo calido calidus sanguis, qui si superat moderantiam naturalem profectò febrem excitabit.

Notandũ 2. Notandum secundò, quòd quia alimenta, & medicamenta non actu, sed potentia calida sunt, & vnumquodque agit prout in actu, secundum Galenum, actuari potentiam hanc a nostro calore; nam commune hoc habet naturalis calor cum elementari, vt possit Etherogenea separare. Cum igitur deuoratur medicamentum calidum, statim partes igneæ, & calidiores separantur

Vnũquodque agit prout in actu. 3. de temper. cap. 3.

rantur a frigidioribus, & quia calidiores sunt in prædominio medico, calefacit medicamen illud; non autem frigefacit. Hoc eo dixi (vt cauti sitis) nè vbi febris ferbuerit, in medicamina nimiùm calida incidatis, & ex omni leui occasione; nam quia calida sunt ex se, semper febrem intendent.

Vbi alterantibus febrem cõtemperare, & remouere nobis non licuerit, ad purgantia recurrendum.

Medicamẽta purgãtia semper magis febrẽ inicãnt, quãtũ ex se est; sed admittũtur ad causam materialem morbi remouendam.

Vbi igitur alterantibus ad benignum superabundantes humores reduci haud valeant, leuibus tunc medicaminibus vtimini, quæ benedicta a modernis practicantibus appellantur, vt sunt cassia, manna, mel rosaceum solutiuũ, mel violaceum, syr. violarum solutiuus, & similia. Doctrina hæc est Celsi, cui adhęrere videtur Galenus, cum ait, *Non enim ob igneam febris caliditatem purgationem adhibemus, hanc scimus sui ratione nocituram; sed propter humores illam facientes.*

Notãdum 3.

Notandum tertiò, ꝙ medicamenta, & alimenta calida inter cętera sunt scamoniata omnia, vinum antiquum, & generosum, vsus aromatum, apiorum omnium, cardorum, raphanorum, & similium.

Notãdum 4.

A copia ciborum excitatur febris.

3. Methodi c. 2.

Inedia febrẽ excitare quãdoq; valet.

Cur qui ieiunant biliosi euadant.

Notandum quartò, febrem non tantùm excitari a qualitatibus natiuis, vel ascititijs ciborum, sed etiam a copia; si namque excedant, cruditates generabunt; ex quibus (teste Galeno) Ilias omnium malorum, & præsertim febris. Idem Galenus, deficientes cibos febrem excitare docet, quãdo asserit Inedia Bilem confluere in ventriculum, & ex hoc confluxu incendi spiritus, & consequenter febres fieri. Alia causa assignatur a Philosopho in fine lib. de iuuent. & senect. nec non 4. sect. probl. problem. 7. quibus in locis scriptum reliquit; ieiunantium stomachos fieri æstuosos, & incensos; quoniam aer contentus in eiusmodi stomacho, cum non ventiletur ab ingressu ciborum, fieri vt hic immotus veluti incendatur, & caleat.

Obiectio.

Ex dictis inferre posset ingeniosus iuuenis, plures ergo, quàm quinq; enumeratæ, de mente Galeni sunt causæ febris.

Respondetur.

Cui occurrentes respondemus, non esse plures; cum aliæ vel per se febrem non inferant, vel ad quinque recensitas reduci possint.

De vicinitate corporis calidi.

Quia de cã, et quomodò homines in febrẽ incidunt.

NOmine corporis calidi intelligitur, vel ignis, vt Fornacum, Coquinarum, & officinarum fabrilium, vel aer a Sole actu calefactus. Prætereà & domus, quæ vel ratione anni temporis, situs, necnon vicinitate alicuius mineræ calidæ sunt. Ab his igitur nostra corpora, nõ secùs ac reliqua omnia alterabilia, calefieri certum est. Incidunt autem cũ febres potissimum homines, quia aer calidus, qui sensibiliter, vel insensibiliter inspiratur, natiuum calorem in corde existentem accendit. Et hac ratione fit, vt æstas sit feracissima febrium; quia calida, & sicca; & plagæ orientales disponant ad febrem, quia calidæ, & siccæ; Vnde Alexander Aphrodiseus in Problematibus asserit; Æthyopes facili negotio tentari febribus.

Cur æstas sit feracissima febriũ et plagæ orientalis maximè disponant ad febrem.

3. Aphor.

Neque tàm ad generandas febres in vniuersum maximè faciunt tempus anni, & Regio: Verùm etiam (vt testatur Hypocrates) aliqua anni tempora magìs vnam perferunt, quàm aliã febrem. Autunno, exempli gratia, fiunt quartanæ, Hieme quotidianæ, Verè synocha, Aestate ardentes, & tertianæ.

Autunno melancholia prædominatur, Bilis in æstate, pituita in hieme, & sanguis in verè; Rationabile ergo est si tertio quoq; die revetant febres ĩ æstate; quartò in Autunno, quotidie in hieme, & febres synochæ ex sanguine vigeãt in vere.

Cæterùm ex dictis duo occurrunt notatu digna. Primùm cur fiat, vt qui nimiùm sub sole degunt, frequentiùs febre molestentur quàm qui in fornacibus continuò laborant, ac cum febricitantibus conuersantur.

Secundùm, quod occurrit deducitur ex Hypocrate, qui in Aphor. asserit, æstate fieri febres ardentes: Contrà verò Aristoteles 1. sect. probl. 29. (in quo multos Aphorismos Hypocratis explicat) Hieme, & temporibus frigidis magĩs fieri febres ardẽtes. Et 14. sect. problem. Habitatores plagarum frigidarum maximè vexari febribus ardentibus docet.

Duo proponũtur dubia pulchra illa quidem.

Ad primùm respondere possumus cum Galeno, Inspiratione continua ab aere calido affici cor, & sic febrem excitari, quod vix fieri potest ex calore fornacum, & ex eo, qui communicatur ab ægrotantibus. Hic namque calor, & si superficiem corporis afficiat, non tamen potens est cordis temperiem euertere, & consequenter febrem generare.

Resp. dubijs propositis. ad primum.
1. de diff. feb.

Ad

Ad secundùm respondemus; Hypocratem asserere in Aphorismis, frequentiùs in æstate fieri febres ardentes, quia bilis tūc temporis maximè viget; *Tertiò quoque die æstate fiunt* (dicebat Hypocrates) *Quartò Autunno, singulis verò diebus, ac noctibus hieme*. Et Galenus in comento *Tertiana febris ab ea, quæ ardens nominatur humore faciente non differt, vtraq; enim a flauabile fit, quæ æstiuo tempore redundat*. Aristotelem verò intensiùs febrire in hieme eos, qui febre ardente molestantur, quod ipsemet Hypocrates, & Galenus non negant; imò vnanimiter, & concordes eamdem doctrinam docent. Hypocrates *senibus autem*, ad rem nostram, *parum calidi innati inest, paucis propterea fomitibus egent &c. Hanc etiam ob causam febres peracutæ senibus non insunt. frigidū enim eorum corpus*. Et Galen. in expositione huius textus, *Quòd si rarenter* (ait) *talis his accidat febris, qualis iuuenibus, omninò ad interitum ægrotantis terminatur; indicat enim, magnam esse causam morbi facientis magnitudinem*. Concludendum ergo, cùm Hypocrate, & Galeno magistris, minùs periclitari, quibus cōuenit morbus, quàm quibus non conuenit. quod est intelligendum, non solùm de ætate, sed etiam de tempore anni, & de Regionibus.

Ad secundū.

1. aphor. t. 14.

Minùs periclitantur, quibus conuenit morbus, quā quibus nō cōuenit, vel rōne tēperamenti, vel ratione ætatis, vel ratione Regionis & similium.

De prohibita transpiratione.

INter reliquos modos, quibus natiuus calor regitur, esse ventilationem omnes vno ore concludunt ex Auctoribus classicis. qui quidem asserunt, mediante ventilatione, feruorem imminui, & fuligines expelli. Corrumpitur ergo calor cum transpirare prohibetur. quod vt plurimùm contingit vel a proprijs excrementis, vel ab alienis. Et quoniam prohibita transpiratio symptoma est in excretis, consequens obstructionem, de hac breuiter differendum est.

Natiuus calor ventilatione regitur.

Quibus calor regatur, quibus verò corrumpitur.

Demonstrat scriptura.

Quid sit, quotuplex sit, & quas causas habeat obstructio.

QVoad primùm definiri potest obstructio, quòd sit excrementi præter naturalis interceptio a sensibili vel insensibili

Definitio obstructionis.

bili

bili cauitate. Quæ definitio recepta est ex similitudine; dicimus enim obstructum, siue obturatum dolij caulem, cum in eius cauitate intercipitur lignum, aut corpus aliquod, quod vini effluxionem prohibeat. Dicitur itaque primò, quòd sit *interceptio*, propter causam assignatam. Secundò *excrementi*, quoniam (siue sit excrementum siue alimentum) cum præter naturam in aliqua cauitate consistit, excrementi rationem habet; dicemus enim alibi, fauente Deo, excrementi rationem habere quicquid, quia superfluit, excretionem desiderat. Tertiò: interceptio illa est *præternaturalis*, ad differentiam interceptionis naturalis, quæ tempore salutis est inter humorem, & proprium vas. Quartò, obstructio est *morbus in cauitate*, quod certum est, & probatum a Galeno: Verùm quia cauitas duplex est, insensibilis scilicet, quę communiter dicitur porus, & sensibilis, qualis est in vtero, vesica, ventriculo, venis, arterijs, & similibus, in vtraque potest obstructio fieri.

Excrementũ quid propriè sit. *Libro de diff. morbor. c. 6.* *Cauitas quotuplex sit.* *Cauitas sensibilis quæ.*

Quoad secundùm obstructio (vt Auctor est Galenus) duplex est, vera, & non vera. Vera est, & propriè dicta, quæ fit in manifestis cauitatibus: Non vera autem habet quatuor species, constipationem videlicet, cohalitum, conniuentiam, & compressionem.

10. Methodi c. 1. Quotuplex sit obstructio. Vera obstructio vbi fiat.

Constipatio in cute est passio similis passioni, quam patiuntur coria ab igne, vel a gelu densata; & propterea ab Hypocrate, & a Galeno appellatur quoque densitas.

Quid est constipatio.

Cohalitus est, cum duo membra vel duæ partes eiusdem membri, quę diuisæ esse deberent, inter se coalescunt; vt si v.g. latera eiusdem venæ, vel duo digiti inter se vnirentur.

Quid sit cohalitus.

Conniuentia est Adhęsio difficulter separabilis inter duas partes, vt sæpè contingit in palpebris somnulentorum; aut in ventriculis cerebri in conuulsionibus, quæ fiunt per inanitionem.

Definitur cõniuentia.

Compressio est adhæsio vnius lateris altero lateri, propter proximum pondus, vt cum verbi gratia vterus comprimitur, vel ob flatuosam materiam in intestinis, aut secundum Hypocratem, propter pinguedinem omenti; sic etiam comprimitur ventriculus, vesica, & similia.

Definitur cõpressio.

Quoad

Quoad tertium, quoniam in præſenti ſermo eſt de vera obſtructione, huius tantùm cauſas perquiremus, quas Galenus reducit ad tertianes ad craſſitiem, viſciditatem, & multitudinem. Craſſities quid ſit in tractatu de vrinis ex profeſſo explicatur; in præſenti breuiter ſignificat corpulentiam. Viſciditas a Galeno appellatur lentor, & lentities, & eſt paſſio corporum liquidorum, quæ facilem tractationem patiuntur, ſicut eſt viſcus, pix eliquata, & inter humores pituita. Multitudo quid ſit neminem latere puto. Ex quacumque igitur iſtarum cauſarum obſtructio excitetur, ſiue humor ſit craſſus, qualis propria eſt melancolia: ſiue viſcidus vt pituita: ſiue copioſus, vt ſępè contingit in bile, & ſanguine, prohibet tranſpirationẽ; Prohibita autem tranſpiratio febrem concitat; eo prorſus modo, quo cubicula calidiora redduntur, ſi foramina obſtructa fuerint, Galeno auctore.

Veræ obſtructionis cauſæ perquiruntur. 11. Methodi c. 4. Libro de arte Medica c. penult. Obſtructionis cauſæ tres enumerantur. Viſciditas quid ſit de mẽte Galeni. Prohibita tranſpiratio quo modo febrẽ generat.

De Putredine.

OMmittamus hoc loco, tanquam nota, quæcumque de Putredine a Philoſopho pertractantur: & loquamur de ea more Medico; vnde paſſim audietur diſtinctio de Philoſophica, & medica putrefactione. Licèt ignorandum non ſit, errare illos, qui credunt, aliam putrefactionis cauſam aſſignari a Medicis, & aliam a Philoſophis. credũt enim hi, Galenum aduerſari Philoſophos, quòd ponat, putredinem fieri ſolùm per prohibitam tranſpirationem: Philoſophus verò propter ſummam tranſpirationem; nam in hac materia Medici, & pręſertim Galenus, vt patet, ne latum quidem vnguem ab Ariſtotele recedunt; Vnde vtrique Putredinem definiunt, eſſe mutationem totiùs putreſcentis ſubſtantiæ ad corruptelam a calore externo, vel ſimilibus verbis. Vnde conueniunt primò in cauſa efficiente; in calore externo videlicet, ſecundò in genere; nam ſiue Ariſtoteles dicat eſſe corruptionem, ſiue Galenus eſſe mutationem ad corruptelam, conſtat vtroſque in corruptione conuenire.

Putredo Philoſophica a putredine Medica non diſtinguitur quicquid dixerint aliqui. 11. Methodi c. 8. 2. de diff. feb. cap. 9.

Quid verò propriè putredo apud Medicos ſit pauci nouerunt; quidam enim, Medicam putredinem (aiunt) non

Quid ſit putredo Medica ſecundum aliquos.

esse aliud, quàm prauam conditionem in humoribus contrāctam, propter quàm inepti fiunt ad nutriēdum. Quæ sententia erronea est; Primò quia (vt dicemus) non minùs putrescunt membra, & spiritus, quàm ipsi humores; Secundò, quia ex hoc distingui non posset Putredo, a summa cruditate; Tertiò, nec Putredo ordinaria a Putredine maligna.

Quæ requirātur ad verā putredinē secundum Medicos.

Meliùs igitur dicendum est; ad Medicam putredinem multa requiri.

Primò *1. Prognosti. com. vlt.* *2. de diff. feb. cap 5.*

Primò, vt (siue sit humor, siue membrum, siue spiritus) a naturali proprioque calore destituatur. quòd de mente Galeni alibi est explicatum.

Secundò.

Secundò, vt res, quæ putrescit, primò, & per se mutetur ad corruptelam· ad differentiam alimenti dum concoquitur; non enim dum concoquitur mutatur primò ad corruptelam, sed ad perfectionem. quod optimè explicatur a Philosopho in definitione coctionis.

Tertiò. *4. Aphor. 47.* *3. Prognostic. 27.*

Tertiò, vt quod putrescit in verùm cinerem non mutetur, ad differētiam humorum, aliarumve rerum externarum combustione corruptarum. Quòd cum non posset Galenus vno nomine explicare, appellat quasi cinerem.

Quartò.

Quartò, vt contrahat flacciditatem, & marcorem, quem appellant Græci sepsin.

Quintò. *Putredo Medica est accōmodata putredini nō solū humorū, sed spirituum & mēbrorū.*

Quintò, vt contrahat fætorem, & humidum fimum. Putredo igitur Medica est, quæ conditiones has habet. & est Putredo accōmodata Putredini membrorum, spirituum, & humorum.

QVAESTIO VI.

An humores absq; putrefactione possint febrem excitare.

21. Methodi c. 4.

GAlenus quotiescumque sermonem habet de febre nata ex humoribus, semper supponit illos esse putres, vnde vulgariter apud Medicos putrida, & humoralis febris confunduntur. Et proponens Galenus indicationem febris putridæ (ait) *sanari non posse has febres, nisi putredo tollatur.*

Sed

Sed in oppositum multa sunt. Et primò synocã non putris, Auctore Galeno, fit ex sanguine non putri: at sanguis humor est: ergo.

Prob. humores absq; putrefactione posse febres excitare.

Secundò spiritus absque vlla putredine febrem ephymeram excitant: ergo, & humores.

9. Methodi c. 3.

Tertiò membra sola accensione, & siccitate febrem hecticam producunt: ergo, & humores.

Primò. Secundò. Tertiò.

Quartò ex Hipocrate, Dum Pus conficitur maiores febres efficiuntur, quàm iam confecto. At suppuratio coctio est, non putrefactio; ergo etiam si humores non putrescant febrem faciunt.

Quartò. 4. Aphor.

Quintò, vt legitur in Galeno; febris ardens fit ex bile in magnis venis accensa; non ergo requiritur putredo.

Quintò. 4. Auctor cõ. 1.

Sextò, potest bilis sola accensione febrem facere, cum a statu bilioso ad febrilem paruus sit recessus; ergo non requiritur putredo.

1. Epidimica com. 3. com. 23. Sextò.

Pro solutione notandum primò, quòd inter res quibus nostrum corpus constat, partes solidæ carissimæ sunt naturæ; nam præterquam quod membra sola sunt adæquata vitæ subiecta, spiritus, & humores in gratiam ipsorum membrorum ordinat. Secundum locum tenent spiritus, vtpotè quia sunt immediata instrumenta, & fomenta vitæ. Humores verò infimum locum habent, & præsertim excrementitij, quales vt plurimùm solent esse illi qui in febribus putrescunt.

Notandũ 1. Spiritus, & humores in gratiã membrorũ solidorum ordinat natura, & ideo membra solida deducitur, eidem natura carissima esse, vtpotè quia sunt immediata instrumenta vitæ.

Notandum secundò, quòd natura tàm in fabricando, quàm in conseruando summam diligentiam ipsis adhibet membris; non solùm quoad substãtiam, figuram, situm, sed etiam quoad defendendum illa a corruptione; vnde preter alias vias, quas instituit, adhunc finem dedit membris ipsis soliditatem. paulò minorem diligentiam adhibuit spiritibus, eos fluxiles, calidissimos, & transpirabiles faciens. Humoribus verò paucam, & præter sua vasa nihil aliud ad eorum tutelam instituit.

Notandũ 2.

Notandum tertiò, cum Auicenna; quòd putrefactio dupliciter contrahitur; quædam enim, in qua Agens primò agit in temperamentum, & deinde in substantiam: quædam in qua primò agit in substantiam, & consequutiuè in temperamentum. In

Notandũ 3. Cap. de septicis. Putrefactio quot modis contrahi possit.

primò genere continetur ea putrefactio, quæ contrahitur in humoribus, & in reliquis mixtis a calore externo; in qua primò tollitur, & extrahitur natiuus calor: Quo sublato, necesse est, vt rei substantia computrescat: In secundò genere continetur ea putrefactio, quæ fit a medicamentis septicis; Nam cum v.g. Puluis cantaridum, arsenici, sandaracæ superponitur carni, statim carnis substantiam *flaccefacit, emollit*; ad quàm flacciditatem statim consequitur corruptio temperiei.

Notandum 4. *Quid sit Gangrena.* *Quid sphyacelus.*

Notandum quartò, quòd quando membrum aliquod corrumpitur, actualis corruptio dicitur Gangrena; corruptio verò iam facta sphacelus.

Dubium proponitur. *5. simpl. c. 13.* *Lib. de humoribus cap. 8.* *Ex summo frigore putredo contrahitur.*

Sed dubium est hic non ommittendum; quomodo scilicet in quacumque putrefactione ponatur calor extraneus, cum summè frigefacientia recenseantur inter causas putrefactiuas a Galeno, quod etiam dictum fuerat ante ab Hipocrate. Et confirmatur experientia; illis enim, qui Adriaticum septentrionale hieme nauigant, oportet pedes rescindere; propter putredinem contractam ex summo frigore.

Ad difficultatem respond. *Ad putredinem quot actus concurrunt.*

Ad quod dicendum, quòd ad putredinem duo actus concurrunt; actio videlicet caloris extranei, & natiui caloris extractio. Requiritur igitur externus calor ad secundùm actum, ad calorem videlicet natiuum extrahendum; quoniam frigus huiusmodi abstractionem, densando, prohibet: Actio autem licèt proximè fit a calore, occasionaliter tamen a frigore esse potest; cum enim propter ambientis frigiditatem natiuus calor sese totum colligit intus, nec ventilare, nec transpirare valet; necesse est, vt vel corrumpatur, vel maximo impetu quasi expressus foras prorumpant; atque ita secum trahat naturalem humiditatem, ac putredinem inferat.

Notandum vltimo.

Notandum vltimò, quòd, vt alibi monuimus, causa coniuncta febrium putridarum aliquando est vapor, seu fuligo putris; aliquando verò est ipsamet humoris substantia. Diximus item inter causas febris præcipuam esse putredinem, quæ ex prohibita transpiratione fit.

Cur ex putredine intestinorũ nõ accẽdatur febris.

Sed hic curiosus intellectus percunctabitur, quid causæ est: quòd cum summæ putredines in intestinis coaceruentur, & generen-

nerentur, tamen ex eis non videmus febres factas.

Causa ista est, Domini, quoniam, & si hæc putredo fit interdum eximia, continetur tamen, & generatur in locis, ita inuolutis, & remotis a corde, vt eo minimè peruenire possint vapores putridi, qui febrem inducant. Prætereà sicuti elementa in proprio vase non grauitant, sic excrementa in proprio receptaculo haud noxam inferunt, & multò minùs cum claudantur a mille valuulis, & flexuosis giris, & hoc esse factum putat Plato a sagacissima Natura, quæ in superfluis non abundat, nec deficit in necessarijs, vt Aristoteles auctor est, ad euitandum prædictum inconueniens, & ne diuinæ mentis operationes perturbarentur.

1. de Cœlo t. 32.

Prætereà Galenus constipari docet meatus a frigidis astringentibus, & exiccantibus. Dubitandi hìc occasionem præbent exiccantia, quæ cum lumbricare (vt experientia docuit) habeāt corpora, obstruere quo modo ipsamet possint, non video.

9. Methodi c. 7.
3. de tuenda valet.

Exiccantia qua vis obstruere possint meatus, & febrem incendere.

Pro hac euacuanda difficultate, dicendum est, siccātia in nobis operari posse dupliciter: vel paulatim, vel repentè: Quæ paulatim operantur sunt, quæ rarefaciunt corpora desiccando humores obstruētes vascula vasorum: Quæ repentè verò constringendo, obstructionem pariunt, & consequenter febrē inducunt.

Siccātia dupliciter operantur in nobis paulatim & repentè.

Sed superest adhuc ex his, quæ de prohibito effluxu dicta sunt nouum dubium; qui fieri possit, quòd hieme rigidissimo ob eiusdem effluxus prohibitionem, vētres (vt inquit Hypocrates) calido naturali fiant calidiores, & ex quauis alia eius prohibitione febris succendatur; verbi gratia, vt si quis in pratis dormiat, in aqua frigida immergatur protinus febricitabit.

Cur ambiens nos aer in hiemecalefaciat corpus calori naturali. & febris succendatur ex causa quàm alta frigida.
Aphorism.

Ratio profectò huius rei triplex extat; Prima quidem, quia licèt in vtraque occasione fiat retrocessus caloris ad intima, ea tamen, quæ affatim, & subito fit aptior est ad succendendos, ac putrefaciendos humores, & consequenter ad febrem excitandam, quàm ea, quæ lentè, & paulatim fit; qualis hiberno tempore celebratur, quia non statim ab æstiuo calore ingruit: sed medio Autunno, & sensim. Secundò etiam fit, quia hiberno tempore non omninò constipantur pori: sed eorum id manet apertum, quod transpirationi est satis; ita vt simul cum fuliginibus effluat minimè substantia calidi innati; ex quo fit, vt calor

vegetior euadat ob retentionem eius, quod secundùm naturam est, & effluuium eius, quod præter naturam continebatur. Tertiò & vltimo, hieme calorem naturalem crescere ob id sanè arbitramur, quia ab intrinseco fit maius augumentum ob copiam ciborum, qui eo tempore ingeruntur. His præmissis

Non generatur febris ex humore nisi putrescat. Conclusio est. *Nullum humorem, excepto sanguine, febrem facere posse, nisi putrescat.*

Ex qua conclusione Galenus, præter indicationes dictas, docet, non dari quartum genus febrium. Ratio fundamentalis huius sententiæ est, quòd cùm solus sanguis inter omnes humores sit naturæ amicissimus, non destituitur ab eius regimine, nisi propter maximum eius vitium. Cæteri verò humores ex minimo vitio destituuntur & putrescunt.

Ad arg. in oppositum & ad primum. Ad argumenta in oppositum respondetur; & ad primùm concedimus, ex sanguine non putrescente synocam fieri ob rationem assignatam.

Ad secundũ. Ad secundùm dictum est, spiritus esse naturæ carissimos, ac propterea posse febrem facere absque putredine.

Ad tertium. Ad tertiùm eodem modo dicendum est.

Ad quartũ. Ad quartùm cum Galenus loquitur de accensione bilis, semper supponit illam putrem.

Ad quintum. Ad quintùm, quòd retulimus ex Hypocrate dicatur, quòd suppuratio est motus mixtus ex putrefactione, & coctione.

Ad sextum. Ad sextùm, negandum est assumptum. Et hæc de causis febrium.

PARS QVARTA.

De symptomatibus, & proprietatibus febrium.

Quæ sympto. in tractatu de febribus locũ habent. HIC Verba faciemus non de omnibus symptomatibus, ac proprietatibus febrium: sed de illis tantùm, quæ in hoc tractatu locum habent; De continuitate videlicet, & intermissione febrilis, de periodis, reliquisq; temporibus morborum, ac particularis accessionis.

De continuitate, & intermissione febrili.

ALiquas febres esse intermittentes, nonnullas continuas experientia docet. Quæ tamen causa sit, vt aliqua febris intermittat, aliqua verò sit continua non ab omnibus concorditer exprimitur.

Quæ cã est vt aliqua febris intermittat aliqua verò sit continua.

Trallianus refert horum causam ad crassitiem, & tenuitatem humorum, asserens, continuas esse febres, cum humor crassus est: Intermittentes verò cum tenuis; Quam sententiam damnat Altimarus; dicens, quòd ex hoc sequeretur, plures esse continuas febres melancholicas, & pituitosas, quam biliosas, cum oppositum doceat Hypocrates.

Opinio Trallianũ de intermissione, & continuitate febrili damnatur ab Altimaro.

Hypocrates 2. de natura hum. t. vlt.

Sed quoniam Trallianus non habebat animum contradicẽdi Galeno, saluanda est tanti viri Auctoritas; & dicẽdum, quòd quoties in eodem genere est humor crassus, & tenuis, probabilius est, ex crasso fieri continuam, & ex tenui intermittentem, quàm contrà, propter causam iam dicendam.

Tralliani auctoritas saluatur.

Galenus causam intermissionis, & continuitatis ad locum refert; dicens, quòd si humores sint intrà venas, parient febrem continuã: si verò extrà, intermittentem. Quæ sententia recepta fuit ab omnibus, præter quàm a Fernelio, de quo meliori occasione.

Opinio Galeni quã cõformat Auicennas circa continuitatẽ & intermissionẽ febrilem omnium probabilissima est.

Sententiam Galeni confirmat Auicennas multis modis. Et primò, cum Humores sunt intrà venas, fumũ, seu vaporem putrem continuata alteratione ad cor transmittunt; nã foras transmittere non possunt, propter obstructionem: at cum sunt extrà venas non necessariò petunt cor; sed infinitis vijs possunt insensibiliter transpirare; sicuti verbi gratia fumi intrà caminum existentes, necessitate quadam camini culmen ferire debent, extrà caminum verò positi nequaquam.

Et probatur primò.

Secundò, humores intrà venas existentes, inter se vel sunt continui, vel summa vicinitate coniuncti; ac propterea ex vnius corruptelas facilè putredinem concipit reliquus; atque ita continuatim vsque ad cor: At humores existentes extrà venas a reliquis sunt separati, ac propterea non subsequitur ex vno corruptio alterius.

Secundò.

Tertiò. Tertiò, humores intrà venas existentes multò sero perfunduntur; ratione cuius copiosum fumum ad cor emittere valent. quod satis patet exemplo lignorum aqua madefactorum: humores verò existentes in habitu corporis, vel pauco, vel nullo sero perfunduntur.

Quartò. Quartò, humores intrà venas existentes putridi, magna ex parte copiosi sunt, in ambitu verò corporis paucissimi. Ex his facilè patet, quid sit dicendum ad eos, qui (vt ait Philosophus) ad pauca respicientes de facili enuntiant.

Obiectio. Obijciunt primò, & dicunt, in febrium intermittentium cognitione, & curatione, vrinam nullum præstare fidissimum posse signum. Præterea ex eodem principio prodit, frustra humorem peccantem præparari ad purgationem; siquidem febris materia singulis accessionibus euacuatur; Item sequeretur, frustra esse sanguinem mittere, aut medicamentum purgans porrigere.

In quauis febre intermittenti duplex materia consideranda est quæ febrē cōcepit & quæ iam conceptura est.

Quarum dubitationum gratia, duplicem in his febribus tenemur considerare materiam: vnam quidem, quæ febrilem calorem iam concepit; cuius nulla habenda est ratio, Interest quidem Naturæ ipsam discutere, & euacuare: Alteram, quæ paulò post coceptura est febrem, cuius vniuersalis, & particularis prouidentia necessaria existit, & huius copiam, malam qualitatem considerare ex vrina oportet, vt deindè commodè per sanguinis missionem euentare eam possimus, alterare, ac si opus fuerit ex purganti pharmaco educere, vt minorata benignior adeò fiat materia, quo ampliùs natura non irritetur, nec febris concipiatur.

In febre intermittente via eventationis mittere sanguinem oportet quandoq; via verò euacuationis numquā.

Diximus euentare per sanguinis missionem; nam numquam via euacuationis educi debet sanguis in febribus intermittentibus; tùm quia repugnat talis euacuatio humori peccanti, & speciei ægritudinis; tum quia (Galeno præceptore) vires ægrotantis, & tempus anni æstiuale eam non admittunt. Hinc primò de art. cur. ad glauc. de tertiana intermittenti verba faciens Galenus ipsemet de sanguinis missione nec verbum quidem; qui lib. de curādi ratione per sanguinis missionem docuerat, sanguinem tunc esse mittendum, cum superabundauerit sanguis, flaua aut bile,

Multa notantur digna illa qu æ cōsideratione circa sanguinis missionē in febribus intermittentibus.

bile, vel atra, aut phlegmate infestate, abstinendum esse a sanguine, & humorem infestantem euacuandum; cuius rationem Auicennas reddit cum ait, *Caue ne ad vnam duarum rerum ægrum perducas, humorum cholericorum ebullitionem, & frigidorum cruditatem*; Est enim *sanguis* (vt communis opinio tenet) *frenum bilis*, & suo temperato calore cruditates concoquit. Dempto ergo sanguine, quòd bilis effrenis reddatur, & humores magis incrudescant rationabile erit. Pręterea sanguinis missio repugnat tertianæ intermittenti, non tantùm ratione humoris prædominantis, quem diximus esse biliosum, quàm ratione propriè essentiæ; Est enim tertiana febris omnium morborum, & febrium tutissima; si Hypocrati fides danda est 1. aphor. cum ait. *Est tuta tertiana, & breuis, tuta quia intermittit, febris quocumque modò intermiserit, periculum abesse significatur, & breuis, quia cum longissima est septenis circuitibus terminatur*; Cui opinioni assentiri videtur Galenus in commento his verbis; *Solæ enim illæ, quæ in quietem febre vacantes desinunt periculo vacant, & si vehementissimam, & valde longam habuerint accessionem, si enim adeo breuis fuerit, vt duodenis horis tempore circumscripta, non modò sine periculo talis est febris: sed etiam quàm citò terminatur*; Cùm ergo morbis magnis tantùm Phlebotomia competat, probatum quoque remanet tertianæ haud conuenire; Multò minùs conuenit ratione virium; cum æstiuo tempore, in quo tertianæ potissimùm vigent, vires adeò prostratæ obseruantur; vt vix corpus sustinere valeant. & hæc fortasse causa fuit, cur Galenus 3. Acutorum abstinendum esse a sanguinis missione per æstatem doceat; etiam si omnes conditiones adsint, vtputa morbus magnus, & ætas flores; hæc sunt contestata verba Galeni; *Vbi æstas calida, & sicca fuerit a sanguinis missione abstinendum est, etiam si morbus magnus fuerit, & ætas florens*; Et *paulo infra*. *Et qui omninò de temporum statu nihil cogitantes, sanguinem abstulerunt Medici, hos omnes interficerunt*; Anctoritati Galeni ratio annectitur; nam bilis, quam ambientis calor extraneus euocauerat a venis, per phlebotomiam ratione vacui in venas denuò includitur, in ruinam ægrotantis, vtpotè quia sępissimè febris, quę ante sanguinis missionē intermittebat,

Cum sanguis super abūdat tunc sanguis est euacuandus.

Fem. 4 primi capite de Phlebot.

Sanguis frenum bilis.

Sanguine cruditates coquuntur.

Tertiana exquisita est tuta & breuis ex Hypocrate et Galeno.

Morbis magnis Phlebotomia debetur.

Aestiuo tempore vires languent, adeo nō sustinē sanguinis missionem.

Qua de causa a Phlebotomia febris intermittēs continuatur sępissimè tempore æstatis.

mittebat, post euacuationem sanguinis incontinuam degenerat. Nec documentum Galeni, quo docet, saluberrimum esse in febribus omnibus venam incidere, non continentibus modo, verùm etiam alijs omnibus, quam putrescens humor concitat, leuata namque, &c. quicquam sententiam nostram afficit; nam loquitur Galenus ibi de febribus continuis, & documentum est limitatus, cum dicat Galenus, nisi aliquid obstiterit; firma ergo remanet conclusio, in febribus intermittentibus saltem via euacuationis, sanguinem haud esse mittendum.

11. Methodi c. 15. & 19.

Vniuersale documentum Galeni 11. Methodi, quo probat in omnibus febribus, venā esse secūdam, sano modò intelligendum esse.

Obijciunt secundò ex materia existente extrà venas, posse etiam excitari febres continuas; si verbi gratia humor sit copiosus, per cutim transpirare non possit, & cor versùs nullum impedimentum habeat; nam propositum casum non negamus, neque negamus, quòd positis his conditionibus fieri debeat febris continua. Dicemus tamen duo, primùm quòd probabile non est, humorem existentem iuxta cutem, per cutim non ventilari. Secundùm, quòd posita tanta humorum copia, vel impossibile est, venas affectas non esse, vel non subsequi febres continuas, virtute humorum existentium intrà venas.

Obijciunt secundò.

In quo casu materia extrà venas generare possit febrem continuam demonstratur.

Obijciunt alij, quòd non possit materia febris intermittentis esse extrà venas, & ab ea non excitari maximum dolorem, cū videmus ex modica bile, vel atra bile existente in carne, vel neruo maximum dolorem sentiri: sed ego eodem argumento possem referire illos, qui asserunt, materiam continuarum esse intrà venas, cum ex Galeno venæ, & arteriæ sint primæ in sentiendo dolorem; Deinde in ardentissimis febribus, quarum materia est intrà venas magnas, sentitur ardor, & cruciatus molestissimus. Non ergo requiritur ad dolorem hic, vel ille locus. Tertiò in febribus intermittentibus tempore rigoris, & reliquis temporibus excitatur dolor vehementissimus, veluti æger summum laborem, aut longum iter peragisset. Asserendum itaque est cum Galeno, materiam febrium cōtinuarum esse inter venas. & proptereà continuæ a sanguinis missione, vt plurimùm curam recipiunt; diximus vt plurimùm, nam non solùm continuitas febrium mittendi sanguinem causa est; sed si robur adsit virium, si ætas sit florens, si corpus a cruditatibus fuerit expurgatum, tempus

Obiectio.

Lib. de inæquali intemperie c. 20.

Materia febriū cōtinuarū est intrà venas nō abrc igitur: sed consilio sanguis in continuis mittitur.

Conditiones quæ sanguinis missionē acclamant.

tempus anni non frigidissimum, nec calidissimum, & cætera, quæ a Galeno notantur locis cit. necnon a Celso, qui postquã omnes enumerauerit conditiones adhuc finem terminantes, in hæc prorupit verba. Sanguinem mittere, medicamentum purgans dare facilè est, cui verò, quomodo, & quando tam difficile, quàm esse medicum. *Lib. de curã di rõne pro sanguin. missionem.*

De Periodis.

Periodus significat circuitum quendam, & ordinatam repetitionem: quo pacto frequentissimè obseruantur tertiani, quartani, quotidiani circuitus; hoc est repetitiones de die in diem, de tertiò in tertium, de quartò in quartum; De quintano autem, septeno, & noueno dicemus infra. *Quid significet Periodus.*

Periodus definiri potest, quòd sit ordinata repetitio inuasionum specie earumdem; debet itaque in Periodo esse repetitio; nam sicut vna sola accessio integram febrem non conficit: ita nec vna sufficit ad Periodicationem. Debet secundò esse ordinata; ad differentiam earum accessionum, quæ repetunt propter aliquos errores, & casu contingunt. Tertiò accessiones, quæ ordinatam habent reuersionem, debent specie conuenire, vt tertianaria tertianariæ: quartanaria quartanariæ, & similia; nam identitas numerica seruari non potest, cum ex Philosopho, non possit idem numero semel corruptum regigni. Identitas autem generica ad Periodi eam reuersionem nõ sufficit, quoniam Periodus non esset si tertianæ responderet quartana, quartanæ quotidiana, & sic de singulis. *Quid sit Periodus.* *Explicantur particulæ definitionis Periodi.* *2. de generatione c. vlt.*

De Causis Periodorum.

De causis Periodorum maxima est inter medicos controuersia. Trallianus causam assignat humorum abundantiæ, hoc ordine, quòd cum maior sit in nostro corpore sanguinis copia, quàm aliorum humorum, ex eo fit synoca, quæ nullam habet Periodum: Post sanguinem abundantissimam esse (ait) Pituitam, & propterea hæc paruum intermittit, & facit febrem de die in diem: post pituitam, bilis, & hæc paulò magis intermittens de tertiò in tertium: Vltimum locum tenet melan- *Opinio Tralliani circa causam Periodorum.*

lancholia, quę, adhuc magis intermittens, febrem excitat quartanam, quæ repetit de quartò in quartum.

Difficultates, quas patitur opinio Tralliani.

Prima difficultas.

Sed hæc sententia præter alias difficultates habet has duas, quæ maximi momenti sunt. Prima quoniam contingere posset, vt verè contingit frequentissimè ex malo victu, naturali temperie, anni tempore, & reliquis, melancholiam superare copiam pituitæ, & bilem pituitæ, & pituitam sanguinis, & tamen etiam si fiat hęc transumptio, numquam mutantur Periodi; quoniam melancholia quantumuis abundans quartanam facit, & non tertianam; & bilis tertianam, non autem quotidianam, & sic de reliquis.

Secunda difficultas.

Secunda quoniam series de multitudine humorum allata a Tralliano certa non est; vt enim suo loco dicemus, humores abundant, iuxta rationem victus.

Conciliatoris opinio de causis periodorũ, quæ solũ modo ab astrologis recipitur.

Conciliator Periodos assignat Stellis; vt quotidianam Lunæ, tertianam marti, & quartanam saturno; quæ sententia ab ijs, qui astronomiæ fidem adhibent, recipitur, non tamen a Medicis, qui particulariores causas perquirunt.

AueZoar, & ferè omnium arabum. Opinio, quoad causa periodorum.

Auezoar, quem sequuntur ferè omnes Arabes, causam Periodorum aptitudini humorum assignat ad putrescendum; ea ratione, vt qui naturaliter sunt humidiores, ad putrescendum sint faciliores, & quia omnium humidissima est pituita de die in diem accenditur; siccissima verò melancholia, non nisi de quartò in quartum: bilis verò, quia medium locum tenet de tertiò in tertium repetentem Periodum facit.

Sententia AueZoar, & arabum arduas patitur difficultates.

2 de generat. cap. 2.

11. simpl. ca. de felle.

2. de natura humana.

9. Methodi c. 4.

Ad putredinẽ duo necessario concurrunt humiditas & calor præter naturam.

Sed hæc sententia arduas quoque difficultates patitur. Primò etiam si concedatur in statu salubri humiditatis graduatio allata ab Auezoar: in statu tamen insalubri vera non est; nam posset bilis multò sero esse perfusa, & pituita congelatione exiccata; nam *quod congelatur*, inquit Philosophus, *de difficili putrescit*. Secundò falsum est, melancholiam siccissimam esse, nam Galenus assignat summam siccitatem ipsi bili. Tertiò, quoad Putredinem medicam, *nullus humor est ita aptus* ad putrefactionem, quàm bilis; vnde Hypocrates docet, & experientia confirmat, plurimas febres esse ex bile. Quartò Galenus, aptitudinem ad putrescendum non ex sola humiditate, sed etiam ex calore deducit; vnde licèt verbi gratia pitui-

ta, ratione humiditatis ad putrescendum sit aptissima, ratione tamen frigiditatis ineptissima esset.

Galenus, qui ex professo de hac re edisserit, adscribit causam Periodorum determinatæ transmissioni de membro ad membrum. quod probat exemplo Ophthalmiæ, quæ toties fit, quoties sanguis determinato tempore a membro aliquo confluit ad oculos, concurrente ad hanc transmissionem robore partis mandantis, & imbecillitate partis recipientis. similem sententiam sequi videtur Auicennas, superaddens tantùm proprietatem occultam ipsorum humorum; hoc pacto, vt ideò v.g. fiat quotidiana, quia de die in diem transmittitur de membro ad membrum pituita, cui inest intrinseca aptitudo, & proprietas, vt moueatur de die in diem; sic etiam de bile de tertiò in tertiùm, melancholia de quartò in quartùm; superadditur autem ab Auicenna hæc proprietas, quoniam etiam si bilis de die in diem moueatur, non quotidianam, sed duas tertianas facit; & melancholia, licèt quotidie putrescat, non quotidianam, sed triplicem quartanam. Neque hoc est præter mentem Galeni, qui asserit, melancholiam ex propria natura facere quartanam, timorem, atque mæstitiam.

2. de diff. feb. cap. vlt.

Galenus & Auicēnas cōueniunt, in ascribendo causam Periodis.

7. Aphor. com. 40.

Verùm quia sententia hæc optima est, vtpotè omnium probabilissima, a me confirmabitur.

Sententia Galeni, & Auicēna adhæret Auctor, qui ad maiorem claritudinem multa profert.

Ad cuius tamen explicationem præmisso, quòd proprietas occulta non sit aliud, quàm intrinseca quædam inclinatio vnius rei ad vnum effectum potiùs, quàm ad aliud; Adhoc vt aliquis humor suam periodum facere possit, multa requiruntur.

Et primò, vt sit humor determinatæ speciei, vt ad quartanam sit melancholia, & non pituita.

Quæ requirātur adhoc vt aliquis humor suā Periodū perficere possit.

Secundò requiritur, vt sit naturalis; nam compertum est ex bile aliqua præter naturam (qualis est vitellina, prassina, eruginosa, & glastina) tertianariam Periodum non fieri, fieri tamen ex flauabile naturali; hoc est non permutata in aliam speciem, antequam putresceret. Sic etiam ex pituita naturali fit exquisitá quotidiana: ex alijs verò non fit; nam ex salsa fit febris ardens spuria, ex acida verò, seu vitrea Ephyala.

Secundò.

Tertiò, Putredo requiritur; probauimus enim ex humoribus

Tertiò.

destinatis ad Periodum, nullum facere febrem, nisi putrescat.

Quartò. Quartò determinatus locus: ex humoribus enim putrescentibus in magnis venis fit febris synoca, & sine Periodo (vt Auctor est Galenus) qui asserit ex bile putrescente fieri febrem ardentem, & delata per corporis habitū febrem tertianam intermittentem. Constat autem, febrem ardentem esse de genere synocarum, vt apud præcitatum Galenum est videre.

9. Method. c.4. 1. De morb. vulg. com. 2. com. 19. 2. de diff. feb. c.2.

Quintò. Quintò requiritur determinata quantitas, nam sicut non quælibet quantitas putrescibilis humoris apta est ad faciendā febrem: ita nec quælibet ad Periodum sufficiet.

Sextò. Sextò, vt sit in viuente, nam certum est in cadauere, nec tertianam, nec quartanam excitari, etiam si bilis, & melancholia putrescant.

Septimò. Septimò, debent humores facturi Periodum esse in homine, nam an putrescente bile in leone, aut Pardo fiat tertiana non est a Medicis obseruatum.

Vltimò. Vltimò desideratur determinata pars mandans, & recipiens; vel saltem quia potest quodlibet membrum sibi ipsi excrementa gignere, & coaceruare, requiritur vt adsit huiusmodi coaceruans membrum.

Periodorum ratio proprietati occultæ tribuenda est. Atque his præmissis difficile non erit probare, Periodorum rationem tribuendam esse proprietati occultæ, Quod Gentilis præter alia hac demonstratione confirmat. Illa operatio tribuenda est proprietati occultæ, quæ competit alicui sub quouis temperamento, ætate, regione, sexu, habitu, ac reliquis. At talis est Periodicatio in humoribus: ergo. Maior nota est, nam si illa operatio deberet adscribi alicui qualitati manifestæ; qualitate illa permutata, operatio non fieret, sicuti verbi gratia, quia calefactio calorem consequitur: eo actu, aut potentia non existente, calefactio non fit. Minor obseruatione certa est; siue enim bilis putrescat in temperamento frigido, siue calido, siue hieme, siue æstate, vel in habitu pleno, aut gracili, & in quauis regione, & quolibet sexu, tertianam facit, sic etiam melancholiam quartanam; & hoc monuit Hypocrates, dum ait, signa, & Teoremata Medica vera esse in Libia, in Scitia, & in Delo.

3. prognost. tex. 40.

Ex his deducitur, quid sit dicendum de Periodo quintanæ,

septi-

ſeptimanæ, nonanæ; In quibus.

Notandum primò, quòd quintanâ febris a Galeno obſcurè obſeruata fuit: vt ipſemet refert: ſeptimanam verò, & nonanam, nec manifeſtè, nec obſcurè obſeruauit; licèt de his mentio fiat ab Hypocrate. *Notandũ 1. 1. de diff. feb. cap. 5. 1. Epidē. cō 3. com. 2.*

Notandum ſecundò, Galenum non ſolùm ſeptimanam, & nonanam non vidiſſe: ſed etiam negare illas, quoniam non haberent humores, a quo fierent, nec ſigna aliqua Patognomonica, quibus demonſtrari poſſent. *1. Epidem. t. 3. Notandũ 2.*

Notandum tertiò, quòd apud eos, qui ſaluant has Periodos, ſola quantitas ſufficit, cum determinata parte humoris, reliquiſque conditionibus dictis; Vt ſit quintana, ſi verbi gratia bilis, quæ tertiò die deberet coaceruari, coaceruetur die quinto, ſic etiã, & nonana; Et quartana in ſeptimanam degenerat, quando melancholia, quæ debebat moueri die quarta, defectu quantitatis moueri non potuit: ſed expectauit diem ſeptimum. *Notãdum 3.*

An autem febris annua detur incertum eſt; licèt multi, eam obſeruaſſe ſcribant; ſi tamen admitti debeat, adſcribenda eſt certis membris, humores coaceruantibus, determinato tempore.

De rigore, horrore, & refrigeratione.

FEbres intermittentes omnes cum aliquo refrigerationis genere incipiunt, vt Auctor eſt Galenus. Dicendum ergo quid principia hæc ſint, quomodo inter ſe differãt, & quas cauſas habeant. *1. Epidem. cō. 1. & 3.*

Quoad primum, definitur rigor a Galeno, quòd ſit iniucundi frigoris ſenſus, cum inæquali totiùs corporis concuſſione. *Quid ſit rigor de mente Galeni.*

Requiritur igitur ad rigorem exquiſitum primò ſenſus, an autem ſit formaliter, an cauſaliter ambiguum eſt; conſtat tamẽ, rigorem non fieri, niſi ſentiamus aliquid, a quo rigere, & tremere cogamur. Requiritur ſecundò, ſenſus frigoris nam ex calore non rigemus: ſed potiùs inflammamur. Tertiò frigus eſt iniucundum, tùm quia morbo non eſt præter naturam, tùm etiam quia tremere cogimur, non fieret autem tremor, ſi frigus non eſſet moleſtiſſimum. Quartò in rigore eſt inæqualis totiùs corporis concuſſio, quia eadem eſt cum tremore. *Quæ neceſſario ad rigorẽ exquiſitũ requirantur.*

Eſt

Quid sit tremor. Est autem tremor (vt ibidem a Galeno habetur) symptoma, in genere motus voluntarij deprauati, ex naturali, & præter *Quod sit tremor.* naturali mixtum; Fit autem tremor dum Natura conatur mem bra substinere, dum morbosa causa ipsamet grauat; vti contingere videmus ijs, qui magnum aliquod onus baiulant.

Definitio horroris. Horror definiri potest, quòd sit iniucundi frigoris sensus cũ solius cutis inæquali frigiditate. Est ergo primò proprium horroris inuadere tantùm partes cutaneas motu inæquali, vnde præter cutis frigiditatem, videntur pili erigi.

Refrigeratio definitur. Refrigeratio est iniucũdi frigoris sensus in partibus extremis sine vllo motu. Differunt ergo refrigerationes primò ratione *Refrigerationes prædictæ in quo differãt, & in quo conueniant.* subiecti; Subiectum enim rigoris sunt omnes partes sentientes, quales sunt musculi, membranæ, & quæcumque ex neruis constant. Horroris subiectum est cutis, hoc est spatium illud, quòd est inter cutim sphermaticam, & excrementiam. Frigefactio in musculis celebratur, & in cute, non tamen totiùs corporis, *2. de diff. feb. c. 8.* sed extremarum partium. Secundò differunt secundum magis, & minùs vt Galenus Auctor est; Est enim rigor sensus, motusque vehementior: refrigeratio lenior: horror medium locum tenet. Et hæc quoad secundum.

Quoad tertium, rigor, vt fiat multa requirit; sine quibus vel non fieret, vel non esset exquisitus.

Ad rigorem exquisitũ quæ requirantur. Requiritur primò humor, qui deferatur per corpus; nam si in parte consisteret, amicitiam cum ipsamet contraheret, nul- *Primò.* lamque molestiam inferret.

Nota. Et aduertatur, quòd conditio hæc necessaria iudicatur, ex Galeno, etiam si rigor ab externa causa concitetur; quòd con- *Primò.* tingere potest tripliciter. Primò cum partem aliquam vlcera- *Secundò.* tam vngue, ferro, ligno, aut linamento attingimus. Secundò ex ambiente frigore, propter quod rigor frequentior est hieme, *Tertiò.* quàm in alijs temporibus. Tertiò, cum sumus in ambiente calido, vt in balneo, & frigida aspergimur.

Secundò requisitum. Secundò requiritur, vt humor ille sit molestus: nam confluũt humores nutrimentitij ad mẽbra, & excrementitij ad sua vasa, nullo subsequente rigore; quoniam nullã molestiam inferũt: inferrẽt aũt, si putresceret, vel ex dictis causis externis agitarẽtur.

Tertiò,

Tertiò, vt motus ille sit celerrimus, & maximus; nam si humores lente tardoque motu mouerentur rigor esset longè tolerabilior, quàm reuera est. *Tertium.*

Et aduertatur obiter, errare illos qui credunt, rigorem nec esse in genere doloris, nec ad eum excitandum requiri: nam prę terquam quod experientia constat, multos magis affligi a rigorè quam a febre subsequentę, *Nota.* *Rigor in genere doloris reponitur.*

Confirmatur, quia cum dolores fiant corruptiua alteratione sensibili partem inuadente, negabit profectò nemo, eum vel esse dolorem, vel non fieri sine dolore.

Quartò desideratur partis sensus; si enim partes vel frigus non sentirent, vel grauitatem humorum per corpus translatorum, nulla esset dolorifici rigoris, ac tremoris occasio. *Quartò.*

Et aduertatur, quoad grauitatem, quòd ad rigorem non requiritur grauitas positiua, & absoluta; Illa scilicet, quæ nascitur a re graui, atqui sequeretur ex hoc, pituitam, & melancholiam maximum rigorem inducere, quod tamen falsum est: sed grauitas respectiua, quoad imbecillitatem videlicet membri; nam, vt testatur Galenus, non fit rigor, nisi natiuo calore refugiente a partibus, vnde subsequitur refrigeratio, & membri imbecillitas, & impotentia ad substinendam humorum confluentium præsentiam. *Nota.* *Loc. cit.*

In horrore ferè eadem desiderantur; excepto tantùm, quòd humores, qui horrorem faciunt crassiusculi sunt; hinc cum nec per membra deambulare possint, nec per cutim transpirare, vel consistunt iuxta ossa, & Periostia, vel lente agitantur in vtramque cutem; vnde post horrorem sentitur ab ægro, veluti ossa essent perfracta, & ex confricatione cutis maximus dolor adest. Frigefactio exigit solùm præsentiam iniucundi frigoris in parte aliqua extrema: non desideratur autem motus, quoniam humor, qui delitescit in parte extrema, vel per se, vel per suos vapores crassissimus, & corpulentus est. Ex his, verùm esse deducitur, quod Galenus in explicãdis febribus putridis, tamquam principium assumit, rigorem esse proprium tertianæ, horrorem quartanæ, & frigefactionem quotidianæ. *Ad horrorẽ ad hoc vt exquisitus fiat, quę requirantur.* *Rigor tertiano propriũ; Horror tertianæ quotidiana frigefactio.*

An autem post rigorem necessariò debeat subsequi febris, con- *Ad rigorem febrem subsequi.*

Probatur 1. de morbis in principio. Lib. de inæq. intemperie, c. 8. 2 de diff. feb. c. 6. 1. Epidemiorum.

controuersiã est inter Medicos. Hypocrates affirmatiuè respõdet his verbis. *Porro vnum est necessarium morbum post morbum fieri, vt post rigorem febrem.* Galenus verò contrariam huic defendit opinionem, non esse scilicet necessarium, vt post rigorem superueniat febris, exẽplo vxoris Epycratis, quæ post rigorem triduo in febrem incidit.

Quo pacto fiat exquisitus rigor.

Breuiter dicatur, quòd si rigor exquisitus fuerit, vix intelligi potest quomodo post ipsum non debeat subsequi febris. Fit enim exquisitus rigor, delato humore per carnes, nec potente propter crassitiem, vel multitudinem transpirare, putrescit, & febrem facit. Si verò exquisitus non fuerit facilè contingere poterit, vt humor, qui per carnes deferebatur, dum transfertur transpirare insensibiliter possit.

Nota circa rigoris speculationem.

Circa rigoris speculationem tria sunt, quæ in considerationem venire possunt. Vnum est, in quo videtur contradictio insignis inter Galenum, & Auicennam; vbi Galenus etiam secum ipso pugnat.

10. Methodi. c. 4.

Galenus ad rigoris generationem concurrere (ait) copiam humorum, acrimoniam, motus velocitatem, & facultatis debilitatem: Verùm tamen expresſè contrarium huius habet Auicennas; qui docet, vehementem rigorem fieri a valida virtute expulsiua. Immo Galenus lib. de rigore cap. 5. hanc ponit differentiam inter tremorem, & rigorem, quòd ille virtute imbecilli, hic a valida fiat.

In quo differat tremor a rigore.

Num rigor fiat tũ a causa frigida, quam a calida.

2. de cau. sym pto. c. 5. & 6.

Secũdùm, quod in cõtrouersiã venit est, an rigor fiat, nõ tàm a causa frigida, quàm a calida; Ratio huius controuersię est desumpta ex verbis Aristotelis, & Galeni. Aristoteles 8. sect. problem. 10. testatur, rigorem fieri semper a causa frigida; Contrà Galenus lib. de rigore manifestè docet, rigorem effici, tàm a causa calida, quàm a causa frigida.

Nũ intensior rig. a fiat a cã calida, num a frigida.

Tertiùm, quòd considerandum est; si rigor fiat tàm a causa frigida, quàm a calida; num maior a frigidam, & intensior fiat, quàm a calida. Ratio dubij est, quia videtur controuersia inter Galenum, & Auicennam; Fatetur enim Galenus, maiorem rigorem fieri a causa calida, Auicennas vero a causa frigida.

Pro prima controuersia enodanda. Dicendum est, Domini, facul-

facultatem expulsiuam considerari posse secundùm duas operationes; Vel secundùm resistentiam, quam facit a causis noxijs; Vel secundùm expulsionem. Et vt hoc intelligatur animo perpendere oportet, quòd virtus expulsiua quando stimulatur primò conatur resistere, ne stimuletur: postquam resistere non potest insurgit ad expellendum id, quòd stimulat. Hoc ita constitùto, dico, veram esse doctrinam Galeni, & Auicennæ; nam si consideretur virtus expultrix quoad resistentiam, cum resistere non potuerit, inualida iudicata est, & debilis: si verò consideretur, quoad expulsionem, profectò nisi vehementer expelleret, Rigor minimè excitaretur. Quando ergo Auicennas asserit, cōcurrere ad rigorem facultatis validitatem, cōsiderat facultatem expulsiuam in primo sensu, hoc est, quoad expulsionem; Et tandem Galenus cum modò robustam, debilem modò aliquando facultatem considerat, de vtraque virtute intelligere voluit pro celebrando rigore, quoad resistentiam videlicet, & quoad expulsionem.

Facultas expulsiua dupliciter consideratur, vel secundū resistētiam, vel secundum expulsionem.

Sed contrà instabit aliquis Hypocratis auctoritate munitus, qui contestata profert; *Rigor si superuenerit virtute existente debili, lethale*, ergo apertè videtur asserere rigorem fieri cum virtute debili.

Obiectio.

4. Aphor. 46.

Cui obiectioni occurrentes, dicimus Hypocratem ibi loquutum fuisse, non de facultate naturali: sed de vitali, quasi diceret, si rigor superuenerit, & facultas vitalis debilis fuerit lethale; multum enim confert ad præsagium comparatio virtutis vitalis cum morbis; vnde Galenus in rectè præsagiendo (dicebat) oportet peritum, doctumque Medicum morbi magnitudinem cum viribus ægrotantis comparare; nam si morbus vires superat ad malum est præsagiendum, si verò contrà ad bonum.

Respondetur obiectioni.

De præsag. ex pulsibus.

Ad præsagiū maximè confert comparatio virtutis cum magnitudine morbi.

Erat secunda dubitatio, num rigor fieret, tàm a causa frigida, quàm a calida; Pro cuius resolutione breuibus statuantur tria; Primò immediatè, neque a causa calida, neque a causa frigida rigores fieri; quia causa immediata rigoris est cōfluxus humorum acrium, vel vaporum velociter motorum. Alterum statuendum in rigore, sępè necessariò refrigeratas esse corporis aliquas partes; & hoc voluit Galenus, cum probat Platonum

Num rigor fiat tàm a cālida quàm a frigida.

Causa immediata rigoris statuitur.

H igno-

Lib. de rigore & tremore.

ignoraſſe naturam rigoris.

Tertium, quòd a nobis ſtatuitur eſt, mediatam cauſam rigoris poſſe eſſe caliditatem, & frigiditatem, eo quòd humores mordaces, qui & impetu feruntur, poſſunt eſſe, tàm calidi, quàm frigidi.

Probant Auerroes & Auicennas rigores fieri intenſiores a cã viſcida & frigida quã a calida. Tertiò colliget. c. 3.

Erat tertia dubitatio, an rigor fiat intenſior vbi humores ſunt frigidi, an verò vbi humores ſunt calidi. Auicennas in ea opinione eſt, quam ſequitur Auerroes, ab humoribus viſcidioribus, & frigidis fieri vehementiores rigores. Huiuſmodi eſt argumentum Auerrois. Tale quid eſt intrà corpus noſtrum, quale eſt in aere externo: ſed ſic eſt, quòd in externis a calido horreſcimus, ſub frigido rigemus; ergo videtur maior rigor fieri a cauſa frigida, quàm a calida. Et Auicennas tunc magis retrahitur calor, quando fugit maius inimicum: ſed magis inimicum calori eſt frigus, ergo a frigido magis contrahitur calor; & conſequenter maior rigor ſequitur.

Pro reſolutione huius dubij ſtabilem hanc concluſionem firmo, quòd datis cæteris paribus, rigor maior ſemper erit, qui ſequitur humores calidos, quàm qui ſequitur frigidos, & hæc fuit clariſſima ſententia Galeni. Et ratio eſt, quia datis cęteris paribus ſemper maior acrimonia eſt in materia calida, quã frigida.

2. de ſympto. cauſis cap. 5. & 6.

Ad difficultates ſupra propoſitas reſpõdetur & ſtabilem concluſionem remanet rigores intenſiores fieri a materia calida acri & mordaci quã a frigida.

Ad difficultates ſupra propoſitas, & ad primam Auerrois dicimus; Verùm eſſe, quòd ſub aere externo calido horremus, non autem rigemus, quia nũquam poteſt aer ad talem gradum caliditatis peruenire, vt mordicet, & faciat rigorem; verumtamen non eſſe ſimile exemplum de calore interno, atq; externo; quoniã calor internus ponitur in materia acri; ita vt poſſit mordere, & ſtimulare virtutem expultricem; Calor autem externus in aere poſitus eſt, materia benigna eſt non mordaci, & acri.

Ad ſecundùm Auicennæ reſpondemus, calorem natiuum eſſe poſitum in quadam mediocritate, quæ mediocritas duo habet extrema; Vnum eſt frigus, & alterum eſt calor vehemens, & ſummus. Calor poſitus in hoc medio, dico, quòd magis ſibi inimicum habet ſummũ calorẽ, quàm externum frigus, quia citiùs extinguitur calor natiuus noſter ſub calore ſummo, quàm ſub frigore ſummo; nam a calore ſummo ſubito comburimur,

a frigore

a frigore verò nemo ſtatim interit. Sed concedamus Auerroi, frigus eſſe magìs inimicum naturali calori, quàm calor præter naturalis ſit; Dico quòd ratio non valet, quia ad rigorem efficiendum non ſolùm requiritur, vt calor infrà reuocetur: ſed requiritur etiam, vt vis expultrix excitetur maximè ad expellendum: maximè autem excitatur ab humoribus calidis: minùs a frigidis, eo quia maior acrimonia copulatur calidis, quàm frigidis. Sed quid dicemus in defenſionem Auicennæ?

Dico primò, contextum illum duobus modis legi; legitur vno modo viſcidior, Alio modo mordacior; ita quòd ſi legamus mordacior, clarum eſt Auicennam conſentire, & veritati, & Galeno; dato etiam quòd legendum ſit viſcidior, dico, Auicennam poſſe defendi; propterea quod non eſt neceſſe, vt materia viſcidior ſemper ſit frigidior, quoniam ſi miſceantur bilis, & pituita, materia erit viſcida, non tamen frigida; Vel dicere poſſumus, Auicennam ibi loquutum eſſe in eodem genere materiæ, quaſi diceret, quòd vbi humor faciens rigorem eſt viſcidior, quòd & rigor ſit vehementior: non vehementior, eo quòd materia ſit viſcida, ſed quòd ſit magìs pertinax. Ratio aſſignatur, quia facultas expultrix maximè laborat in expellendis humoribus viſcidis; & cum magis laboret, fit neceſſariò motus vehementior. Vel tandem dicatur, a frigido humore fieri maiorem rigorem, extenſiuè: a calido verò intenſiuè.

Auctoritas Auicennæ ſaluatur.

De Principijs, Augumentis, Vigoribus, & Declinationibus Febrium.

FEbres, de quarum temporibus ſumus loquuturi, duo habere tempora ab omnibus pro comperto habetur; Aliud vniuerſale, Particulare aliud;

Particulare, ſeu particularia tempora ſunt quatuor illæ mutationes, quas Febris ſubit in vnaquaque acceſſione. Principium ſcilicet, Augumentum, Status, & Declinatio.

Vniuerſale tempus eſt, totus ambitus omnium paroxiſmorum a principio morbi totiùs vſque ad finem. Propter tres cauſas, ſe excogitaſſe Galenum hæc tempora, Auctores vnanimi-

Febris omnis duo habet tēpora. Aliud vniuerſale particulare aliud. Quodnam eſt tempus particulare ſeu tēpora particularia febris quod vniuerſale.

Qua de causa Medici huiusmodi tẽpora sibi excogitarunt.

ter conueniunt; Propter artem prognosticam videlicet, propter victum in ægris instituendum; non enim vnus victus semper debetur morbis; nec in omni tempore particuralis accessionis, vt infra; quare hoc in loco accomodatissima mihi videtur Historia filiæ Phylonis recitata ab Hypocrate, cui cum largè è naribus sanguis fluxisset, & ea ratione seruari deberet obijt, quia intempestiuè cenauerat.

Hystoria. 1. Epidẽ t. 2.

De temporibus particularis accessionis verba primò faciemus, deinde ad vniuersalia morbi tempora nostra transferetur oratio.

Lib. ad Trasibulũ c. 35. & 77.

Diuisio morborũ in materiales & immateriales.

Morbi materiales qui dicãtur qui immateriales.

Omnis Febris motus est, cum sit alteratio, motus autem omnis tempus supponit, quò mensuretur: mensuratur autem ex actione causæ morbosæ in naturam, & contrà (vt docet Galenus) & sicut omnes morbi sufficienter diuiduntur in materiales, & in immateriales; & materiales, diximus a materia foueri, immateriales verò a sola causa procatartica; ita duratio morborum materialium pendet a duratione actionis materiæ; Morbi verò immateriales a duratione actionis causæ procatarticæ. Et loquimur de actione causæ procatarticæ, non quoad actum secundùm, sed quoad impressionem, siue habitum.

Aduertatur primo numeratio dierum ægrotationis: vnde sit auspicãda a die decubitus, an a die sensibilis lesionis.

De temporibus morborum immaterialium quatenus opus fuerit loquamur cap. de hectica febre: quoad morborum materialium, & specialiter febrium

Lib. 5. cap. 5.

Aduertatur primò, discordiam esse inter Medicos, vnde auspicanda sit numeratio dierum ægrotationis; & omnes ferè sequuntur Ætium, qui asserit numerari non a decubitu: sed a die sensibilis lesionis; tempore scilicet, quo æger indiget decubitu, quia ordinaria opera exercere non potest; nam ante hoc tempus non erat tempus morbi: sed salutis, vel neutralitatis.

Aduertatur secundò.

1. De die. 6. decret. cap. 9.

3. Prognost. 6.

Cùr dies Medicus non cõtinet spatiũ 24. horarum sed paulò amplius viginti duabus horis constat.

Aduertatur secundò cum Galeno, & Hypocrate, dies integros, nec hebdomadas integras, nec menses integros esse sumendos; non enim dies Medicus continere debet spatium 24. horarum, sed paulò amplius viginti duabus horis. Ad quod faciendum coacti fuerunt Medici, vt saluarent, vigesimum diem esse finem tertiæ septimanæ; non autem vigesimum primum. Numerat autem Galenus dies computando duos menses luna-

res; nam morbi maximam mutationem à luna recipiunt. Est autem secundus mensis lunaris, qui dicitur apparitionis, & calculatur a die 26. & horis octo; & alter peragrationis, qui calculatur a die vigesima septima, & horis octo. ex vtroque ergo mense fiunt dies quinquaginta tres, & horæ sexdecim; quæ si rursus diuidantur in duas partes; constituunt vnumquemque mensem dierum 26. & horarum 20. Vnde medica septimana constat diebus sex, & horis circiter 12. & hinc comperietur, nō vigesimum primum: sed vigesimum esse diem decretorium.

Reliquum nunc est de vniuersalibus morbi temporibus agamus, circa quæ

Aduertatur tertiò, Principium morbi tripliciter sumi posse, vt Auctor est Galenus. Primò pro primò atque indiuisibili morbi initio. Secundò pro primis tribus diebus, quibus Ægypij prohibebant, nè Medici in his primis tribus diebus quicquam agerent, vt dicit Aristoteles, ideo verò, si quid agebant Medici in his diebus, suo periculo agebant. Hanc legem imitati sunt illi Medici, qui sectantes Tessalum a Galeno frequenter Diatritarij vocantur. Tertiò sumitur pro tempore distincto ab alijs, sic etiam sumi possunt tempora talia, & ex his facilè formantur. Si enim ex actione causæ in naturam tempora sumuntur, Principium erit, quo causa incipit in naturam agere; Augumentum, quo actio hæc intenditur; Vigor cum causa ad summum agit; Declinatio cum non solùm actio hæc desistit: sed natura euidenter contrà morbum insurgit.

Et materia in Principio cruda est; non tamen ea cruditate, quæ opponitur coctioni, & contumax est tam coctrici, quàm expultrici facultati.

Hoc in loco oritur contemplatio cur Auicennas dicit in Principio non apparere signa coctionis, nec contrarium coctioni & potiùs non dicit apparere signa cruditatis. Prudentissimè, Domini, hoc fecit Auicennas, vt sub nomine contrarij complecteretur; & defœdationem, & cruditatem. Fit autem defœdatio quando humidum non tantùm nō coquitur, verùm etiam corrumpitur, vt in febribus exitiosis obseruare licet. Corruptio item dupliciter de mente Galeni dici potest, Perfectè, & Imperfectè,

Morbi a luna maximā mutationem recipiunt.

Duos menses lunares constituūt Medici. Alter apparitionis qui dicitur & alter peragrationis.

Vigesimus nō vigesimus primus est dies decretorius et ratio huius redditur.

Principium morbi ex Galeno tripliciter sumitur.

3. De diebus decret. c. 1.
1. aphor. c. 12.
1. de loc. aff. c. 17. & 19.
3. polnic. c. 5.

Dyatritarij qui medici vocentur.

Morbi principiū quod, quā dicatur augumentum, status, & declinatio.

Materia in principio morbi semper cruda est.

Nota.

Quomodo defœdatio fiat.

Corruptio quotuplex.
2. aphor. cō 17

Corruptio perfecta in cœna rī nō potest: imperfecta emēdatur: hoc est.

perfectè. Prima emendari non potest: secunda emēdatur. quod per bellè explicat Galenus ipsemet exemplo vini acescentis. In argumento cedit euidenter vtrique ac propterea incipit in vrina apparere Hypostasis. In statu coctioni tota facta est obediens; & propterea eo tempore vrinæ apparent coctæ: In declinatione facultati expultrici; hinc præter Hypostasim apparent multæ aliæ euacuationes, vt per sudorem, per vrinas, per alui secessum, & similia.

Nū in declinatione morbi contingat ægros perire. 3. de crisibus cap. 9.

Declinatio duplex quæ est pars totius morbi, et quæ est pars particularis paroxismi. hoc est vniuersalis & particularis.

In declinatione vniuersali ægri nō moriuntur ob rationē quæ assignatur. 3. de crisibus 5.

Cæterùm hic discutienda videtur difficultas, quæ recentiores Medicos sic maximè torquet; num in declinatione morbi ægri etiam perire possint. Galenus interdum etiam ægros in declinatione perire docet; verùm vt hæc doctrina vobis nota sit, scire licet Domini, Declinationum aliam esse vniuersalem, aliam particularem; idest declinationem, quæ est pars totius morbi, & declinationem, quæ est pars particularis paroxismi; In vniuersali declinatione, ægros non perire, rei ratio postulat, & ex auctoritate Galeni deducitur, quia caracter proprius declinationis morbi est victoria ipsius naturæ supra morbum: In declinatione verò particulari, multos perijsse ipsemet Galenus testatur; Sed notandum hic, Galenum loqui de falsa declinatione, quæ semper obseruatur cum viribus imbecillis (si Auerroi fides danda est:) Vel dicamus in declinatione morbi fieri errores, qui ægros interimunt, & tunc moriuntur ipsi, auctore præcit. nō in declinatione: sed in principio morbi causati ab errore.

Post hanc multæ aliæ sequuntur difficultates dignæ examine non ordinario.

Interuallum est spatiū quod intercedit inter febrē & febrem sit ne tēpus sanitatis an morbi.

Quartanarij vocati in iudiciū tenebātur cōparere.

Prima est, an interuallum, & spatium, quod intercedit inter febrem & febrem, sit potiùs tempus sanitatis, an morbi. Et respondetur sanitatis, eo quia veteres Medici in interuallis mittere soliti erant ægros ad consuetas operationes, quasi iudicassent in hoc tempore, eos esse potiùs sanos, quàm ægros; Quod etiam aduertentes legislatores sanxerunt, vt qui quartana laborant, se se excusare nequant in diebus interualli, quominus vocati in iudicium compareant.

Secunda difficultas, quæ proponitur est desumpta ab Auicenna, qui de temporibus morborum particularium loquens, &

præ-

præcipuè de ſtatu morborum, aſſerit, ſtatum non cognoſci niſi poſtquam abierit, ad quod ergo tot regulæ ad cognoſcendum ſtatum, tot documenta pro inſtituenda victus ratione in ſtatu, quæ ab Hypocrate, & alijs claſſicis traduntur?

Ad ſolutionem difficultatis dicendum eſt Domini, Triplicem eſſe cognitionem, aliam coniecturalem, quæ ſæpè fallit; aliam certam, quæ quandoque fallit; certiſſimam vltimam quę nunquam fallit; Cognitione hac certiſſima non poſſe cognoſci ſtatum, docet Auicennas, niſi poſtquam abierit, & doctè quidem, cum nulla res, quæ in medicina tractatur certiſſima cognitione cognoſci valeat: non negat tamen Auicennas, poſſe ſtatū certa cognitione cognoſci, vt atteſtati ſunt etiam Hypocrates, & Galenus, quibus & ipſe aſſentior.

An verū ſit, quod ſtatus morbi nō poſſit cognoſci, niſi poſtquā abierit. Cognitionem triplicem eſſe coniecturalē, certā & certiſſimā docet Galenus.

Sed obijciet fortaſſe aliquis, quòd Galenus loquens de ſtatu, de eo certiſſimam cognitionem haberi aſſerit, ergo corruit doctrina ſupra allata de mente eiuſdem Auctoris: Non corruit. Domini, non corruit: quando Galenus ſua lingua loquens (vt veteres interpretes annotarunt certa) cognitione cognoſci doceat ſtatum: non certiſſima; vt falsò moderni expoſitores vertunt.

Obiectio. 1. de criſibus cap. 17. Error expoſitorū Galeni.

Eſt aliud diſcuſſione dignum, quod ab Auicenna, Galeno, & Hypocrate deſumitur; num coctio celebretur in ſtatu, an potiùs in ſtatu perfecta ſit; ſunt enim aliqua, quæ ſuadent: aliqua etiā, quæ deſuadent; nam celebratam eſſe coctionem, cum ſymptomata maximè vigeant, impoſſibile videtur; quòd ſymptomata vigeant in ſtatu, doctrina eſt Hypocratis dicentis, circa principia, & finem omnia ſunt mitiora, in ſtatu verò grauiora; Probabilius tamen concluditur, fieri in ſtatu (ex eodem Hypocrate) qui ait in Aphor. Dum pus conficitur ibi dolores, & febres magis, quàm iam confectum.

Coctionū celebretur ī ſtatu, an in ſtatu potius perfecta ſit. In lib. aphor.

Pro reſolutione difficultatis dicatur Domini, & fieri coctiones in ſtatu, & celebratam coctionem ſupponere ſtatum; & ita Auctores ſupràcitatos benè loquutos fuiſſe. Et ne videatur a me gratis hoc eſſe aſſertum, intelligatis oportet, coctiones habere terminos vnum quando incipit: ſecundum quando fit: tertiùm quando conſumata eſt; ſimiliter ſtatus tria habet tempo-

Coctiones ſuos habent terminos.

ra Principium, Medium, & Finem. In principio ſtatus incipit concoqui materia; in medio perficitur, in vltimo iam perfecta ſupponitur; Hac poſita diſtinctione omnia argumenta ſoluuntur, omnes Auctores ſecum ipſis conciliantur.

Diximus, ſtatum poſſe præcognoſci cognitione certa; reliquum nunc eſt, vt videamus, quæ ſint ea ſigna, quæ nos docere poſſunt huiuſmodi ſtatum, & alia tempora morborum, & præſertim febrium.

Signorũ, quędã ſunt præapparentia; quędã verò poſtapparentia.

Signorum duo ſunt genera, quędam præapparentia vocantur, quædam poſtapparentia.

Quæ ſunt ſigna præapparẽtia, et à quibus capiũtur. Quæ poſtapparentia vocantur.

Præapparentia ſunt ſigna illa, quæ apparent ante apparitionem temporum, vel in eodem puncto temporis: Poſtapparentia, quæ manifeſtantur poſtquam præceſſerunt.

Præapparentia capiuntur a multis fontibus, a ſpecie morbi videlicet, a tempore, & ab acceſſionibus.

Per ſpeciem morbi, quod intelligo debemus.

Pro ſpecie morbi intelligatis velim acutiem, vel tarditatem morbi, de mente Auicennæ, & Galeni.

Vnde acuties, vel tarditas morbi dignoſcatur.

Acuties dignoſcitur, vel tarditas morbi à motu, a materia, a facie ægri, & a viribus. Si enim febres celeres motus habent, ſignum eſt eſſe acutas, & ideo ſtatum proximi futurum habere, & contrà.

In quo differat morbus acutus a breui. Qui morbus breuis dicatur. Morbus acutus adhoc, vt acutus nominetur, quæ requirat.

Sed hic notãdum eſt, differre morbum acutum a breui, quia breuis ille dicitur, qui citò finitur, ſiue ſit lethalis, ſiue ſalubris, exemplum habetis de Ephymera, quæ quidem febris morbus eſt breuis, non tamen acutus. Morbus eſt enim acutus ille, qui tres habet conditiones; quòd videlicet celeriter moueatur, quod moueatur cum periculo, & quod comitem habeat febrem continuam.

Acuties, vel tarditas morbi a materia dignoſcitur.

A materia quoque cognoſcitur, & acuties, & tarditas morbi; ſi enim bilis prædominabitur, acutum eſſe morbum, & citò terminaturum docet Galenus multis in locis, & præſertim ſecundò criſi; Contrà fore morbum longum oſtendet craſſities, & tenacitas materiæ, pituitoſæ, ſcilicet, vel melancholicæ.

Acuties, & tarditas morbi deſumitur etiam a facie ægri.

A facie ægri tandem deſumitur acuties, & tarditas; nam ſi citò facies ægri conſumitur, acutum eſſe morbum oſtendit, & conſequenter ſtatum accelerari; ſi verò non conſumitur, tardum

dum esse morbum, & statum fore remotum. quod explicatur ab Hypocrate, qui testatur, *malum esse si facies ægri consumatur plusquam oportet, vel nihil consumatur quoniam alterum mortem, alterum indicat morbi longitudinem.*

2. Aphor. 28.

A viribus vltimò desumitur cognitio speciei morbi, quia si vires subitò collabantur, signum est, febrem acutissimam esse, si vires sub morbo durent validæ, morbum forè diuturnum significat.

Cognitio speciei morbi nō a viribus deducitur.

Sed obijciet aliquis, vires validas facere Paroxismos breuiores, imbecilles verò longiores, ex Galeno; ergo falsum assertum. Cui obiectioni satisfaciens dico, quòd si vires validæ coniungantur morbo paruo, sanè semper indicāt morbum breuem; sin autem vires validæ coniungantur morbo valido metuenda est semper morbi longitudo. Contrà si vires infirmæ copulentur morbo magno, sanè necesse est, vt citò res finiatur; Et hic est primus fons pro cognoscendis morborum temporibus vniuersalibus.

Obiectio. 1. de diff. feb. c. 11. Obiectioni respondetur.

Alter fons capitur a tempore, & hic complectitur constitutionem anni, Regionem, ætatem, & tempus pulsationis pulsus.

Constitutio anni calida, & sicca, vtì æstas morbos breues ostendit; Hiems frigida, & humida futuros longos demōstrat; quòd voluit significare Hypocrates, cum dixit, *Aestiuæ quartanæ magna ex parte breues sunt, Autumnales longæ, & maximè, quæ hiemem attingunt.*

Aestas breues morbos futuros ostendit, cōtra longos hieme. 2 aphor. t. 25

Regio item poterit tempora morbi diuidicare; nàm in calida, & sicca regione, vt est Arabia, & Hyspania, morbi acuti excitantur, qui citò ad statum properant. Contrà verò sub plagis septentrionalibus, in regionibus frigidis, & humidis febres diuturnæ fiunt, & consequenter status tardatur. quod similiter significare voluit Hypocrates, quando dixit, eos, qui habitant inter ortum, & occasum hiemalem non tentari Pleuritide, Peripneumonia, neque alijs morbis acutis.

Regio calida, & sicca iuē feracissima est morborū acutorū, qui citò terminantur, cōtrà longos, et diuturnos producet morbos. Lib. de aere aquis & loc.

Ab ætate quoq; capiuntur argumenta temporum febrium, quia in ætate iuuenili febres vt plurimum acutæ fiunt, & celeris iudicij, quæ citò augentur, & ad statum perueniunt; In senili verò nequaquam. Inde Hypocrates, *senibus autem pa-*

Iuuenes morbis acutis expositi sunt, cōtra senes, et rō huius diff. assignatur. 1. aphor. t. 14.

rum calidi innati inest; paucis propterea fomitibus egent. hinc etiam ob causam febres peracutæ senibus non insunt, frigidum enim eorum corpus. quæ respiciens Celsus, *Aetas media (ait) tutissima est, quæ nec a iuuentutis calore, neque a senectutis frigore infestatur.*

Lib. 1. cap. 3. Cur ætas media tutissima sit.

Pulsus magni celeres, et frequentes in morbis acutis obseruantur, contrà tardi & rari in morbis cronicis.

A tempore motus pulsus sumūtur etiam indicia temporum febrium; nam pulsus magni, celeres, & frequentes, acutam esse febrem ostendunt, Tardi verò, & rari longam, & cronicam.

Quæ sunt signa, quæ capiuntur ab accessionibus.

Signa, quæ capiuntur ab accessionibus hæc sunt, quòd si accessiones magnæ sint, & coniuncta secum habeant vehementia accidentia, signum est, statum adesse, sin autem minorantur Paroxismi, & simul etiam minora fiant symptomata, signū item est, statū finiri, & properare declinationem; si accessiones anticipent, signum est augumenti morbi.

Sed dicetis hìc, quæ est causa breuitatis & longitudinis Paroxismorum? Dico alias esse causas internas, alias externas.

Quæ est causa breuitatis, & longitudinis Paroxismorum.

Causa interna est corporis temperatura, nam si qui febre laborat, densa textura fuerit, meatus angustos habuerit, is profectò non de facili a febre, & citò liberabitur: Ratio est, quia conclusus calor, qui non potest expirare, diù durat, & excrementa non habent viam, per quàm effundi possint.

Externæ causæ breuitatis, & longitudinis Paroxismorum sunt (præter regionem, & aerem) omnes errores, qui in sex rebus non naturalibus committuntur. Atque de signis præapparentibus satis.

Signa postapparentia. Alia sunt critica, Alia coctionis, & cruditatis.

Signa critica, quæ sunt.

Critica ea sunt, quæ cum euacuationibus apparent vel vrinæ, vel sanguinis, per secessum, per vomitum, per sudorem, & similia. Hæc signa, vel in principio morbi apparēt, vel in progressu: Si in progressu, semper significare solent statum adesse; sin autem appareant in principio morbi, obseruādum erit, an finiant morbum, nec ne: si finiunt morbum signa sunt status, nam vt supradicimus sunt aliqui morbi, qui velocissimè ad statum perueniunt: sin autem huiusmodi signa critica non finiūt morbū, expendendæ sunt vires ægrotantis, quia si validæ sunt,

Nota.

signum

ſignum eſt morbum futurum diuturnum: ſin verò infirmæ, indicium manifeſtiſſimum mortis propinquæ.

Signa coctionis, & cruditatis obſeruantur in ſputo, in vrinis, & alijs exerementis. in quibus quotieſcumq; apparuerint in prima die morbi, augumentum oſtendunt proximè futurum ſtatum; nam (præceptore Hypocrate) Coctio ſemper iudicij celeritatem ſignificat. Atq; hæc ſigna ſunt temporum vniuerſalium morborum, & febrium.

Quæ ſunt ſigna coctionis, & cruditatis.

Coctio iudicij celeritatẽ & ſalutem ſignificat.

Ex quibus particularia etiam tempora facilè cognoſcuntur; licèt ſua propria, & ipſa ſigna habent, quæ & Patognomonica dicuntur, & aſſidentia.

Patognomonica (exempli gratia) in principio febris erunt contractio pulſus, refrigeratio partium extremarum, & virium debilitas; quia ſimul cum febre inuadunt.

Quæ ſunt ſigna Patognomonica, & vnde dicuntur.

Aſſidentia verò ſunt Pandiculationes, mutatio coloris, grauitas ſermonis, Tinnitus aurium, & ſimilia; & dicuntur aſſidentia ab Auicenna, quia cum febre non ſemper inuadunt, & a febre ſeparari poſſunt.

Signa aſſidẽtia, quæ, & cur ita nominentur.

Augumentum duas habet partes (ex Auicenna cit.) Vnam quando calor incipit augeri, nec non pulſus maior fieri. Alteram quando, frigore penitus ſublato, calor non modò accenſus dicitur; ſed per vniuerſum corpus diffunditur.

Argumẽtum quot partes habet.

Status ſigna ſunt accidentia vehementia, ſitis videlicet, Inquietitudo, ſpiratio vndequaque difficilis, & crebra; Peruigilium, delirium, capitis, & renum dolor ingentiſſimus, & ſimilia; At ſi calor diminutus fuerit, accidentia omnia remiſſa, & mador apparuerit per vniuerſum corpus, iam perfectæ declinationis ſigna erunt.

PARS QVINTA.

De naturâ, causis, signis, præsagio, & curatione febrium speciatim.

ANtequam particulares curationes percurramus, vniuersalia documenta colligemus, quibus faciliùs, & securiùs ad reliqua progredi liceat; Et ommissis quamplurimis Phylosophiæ locis, quibus didici ab vniuersalibus ad particularia progrediendum esse; docet Galenus, non licere medicæ artis finem nancisci, nisi per vniuersalia Theoremata incesserimus, & in particularibus exemplis exercitati fuerimus; Et ipse quoque alibi dixi; Artem medicam duplicem Alam habere, qua volat ad propriam gloriam, ægrorumque vtilitatem; Rationem scilicet, & experientiam; quarum altera in vniuersalibus præceptis; Altera verò in particularibus exemplis versatur. Et alteram appellat Galenus methodum, & alteram Praxim. Et primò,

8. Methodic. 6.

Ars medica duplica habet aliã, qua volat ad propriã gloriã, & ægrorum vtilitatẽ; rationem scilicet, & experientiam.

Quid sit Methodus.

MEthodus definita a nullo est: sed quatenus græco nomine significatur, & a Phylosopho, & a Galeno nomen hoc vsurpatur definiri posset, *quod sit breuissima, & apertissima via*. Debet igitur Methodus primò esse *breuissima*, & ratio est, quoniam (vt diximus) versatur circa vniuersalia, quæ paucissima sunt, & propterea, dum in tractanda Methodo Galenus exempla particularia adducit, non ad confundendum, (vt multi malè sentiunt) sed ad maiorem vtilitatem facit; Tunc enim maxima lux auditoris in animo innascitur, cum auditis generalibus præceptis ad particularia descenditur. Debet etiã esse *apertissima*, hoc est carere obscuritate; si enim obscuritatem contineret, non esset præmittenda; nam quantum obscuritatis contineret, tantùm etiam a vera instructionis rectitudine declinaret: Est *via*, quam habitus non est, cum sit compendium

Definitur methodus, et particulæ definitionis explicantur.

Cur methodus debet esse breuissima.

Cur methodus debet esse apertissima.

præceptorum vniuerſalium, quibus breuiter itur ad particularia.

Quid ſit Praxis.

Praxis quid ſignificat.

Definitur Praxis.

Definitionis particulæ examinantur.

In proœm. metaph. & 6. Ethicor. c. 4.

Quid eſt ars.

Fortuna ſine ratione eſt.

1. Phyſic. 52.

Lib. de loc. in homine.

11. Methodi c. 15.

1. Aphor. t. 1.

PRaxis actionem, vel potiùs factionem ſignificat: ſed in præſenti potiùs exercitationem; Quæ definiri poſſet, quod ſit in particularibus verſatio artificioſa; debet itaque primò eſſe *in particularibus* (vt monuimus ex Galeno, & ante ipſum docuit Phyloſophus) debet eſſe *verſatio, ſeu exercitatio,* quo nomine ſignificatur opus, quod Artifices in materia derelinquūt; Tamdem *artificioſa,* quoniam (vt per bellè idem Phyloſophus ex prædicto cit. proœm. Metaph. teſtatum reliquit) *Experientiæ fecerunt Artem, Inexperientiæ verò fortunam.* Eſt enim ars, *Habitus cum ratione coniunctus ad faciendum idoneus;* Fortuna verò ſine ratione eſt, excitato Phyloſoph. & Hypocrate; Qui itaq; Methodum cum experientia copulant, breuiſſimam Artem faciunt, ex cit. Galeno: Qui verò ſoli experientię nituntur, ita longam artem faciunt, vt ad eam acquirendam integra vita non ſufficiat; teſte Hypocrate, qui ait, *Ars longa, vita breuis.* At quoniam ſermo eſt de Methodo medica, qua ſcilicet inſtituitur morborum curatio, & hæc Methodus non eſt aliud, quàm artificioſum quoddam compendium Indicationum, quibus remedia inueniuntur, de his breuiter, & dilucidè in præſenti agendum eſt.

Quid ſit Indicatio.

Libro de opt. ſect. cap. 11.

Indicatio definitur de mēte Galeni.

Quid eſt Indicatio de mēte Valleſii.

INdicatio definitur a Galeno, quòd ſit *comprehenſio Iuuantis cum comprehenſione nocentis, ſine obſeruatione, & ratiocinio.* Significat autem definitio hæc, Indicationem non eſſe aliud, quàm illum noſtri animi motum, quo a morbo ferimur ad remedia; in quo motu nulla requiritur ratiocinatio, & nulla obſeruatio, licèt ambo requirantur ad particularia remedia vſurpanda; nam Auctor lib. de medicamentis, ait, medicamēta ratione eſſe inuenta, experientia verò comprobata; Valleſius breuiùs, & clariùs docet, Indicationem eſſe inſinuationem agendorum, hoc eſt admonitionem quandam eorum, quæ a

Medico

Medico fieri debent. Fiunt autem duo; videlicet parantur instrumenta, & operationes diriguntur. Instrumenta sunt primò medicamenta, & secundò alimenta: Opera verò sunt Functiones, quas Medicus vel per se, vel intermedijs medicamentis perficit. Per se sunt, quæ proprijs manibus celebrantur, vt ligare, consuere, infigere, vellere, & similia; Intermedijs verò medicamētis, vt emollire, coquere, discutere, dolores lenire, &c. Verùm quia Indicatio non vna est; dicendum

Quotuplex Indicatio sit.

Indicatio duplex curatrix & conseruatrix. *Quid sit curatrix.* *Quid conseruatrix.* *Et Præseruatrix.*

EST autem Indicatio duplex; curatrix videlicet, & conseruatrix; nam præseruatrix (quia medium locum tenet) facilè ad has reuocatur. Curatrix est, qua aduertimur, quæ remedia, & quæ opera ad morbos soluendos, sint paranda: Conseruatrix verò, qua, quibus alimentis primò, & secundò medicamentis vti debeamus ad sanitatem seruandam: Præseruatrix tandem monet, quibus modis imminentes morbi præcaueantur. Et quoniam curatrix expletur per contraria, dicendum

Quid Contraria sint.

RESpondent imprudenter aliqui, contraria esse ea, quæ posita in eodem genera maximè distant. Vbi maximus error est; nam si contraria hóc modo apud Medicos vsurpari deberent, profectò, qui laborat Cataracta nigra, curaretur genita cataracta alba, aut quicumq; claudicat distorto crure extrorsum, sanarentur distortis cruribus introrsum; Melius ergo dicatur, contraria commensurari statui naturali, a quo quantò magis status aliquis distat, tantò magìs contrarius est; Verùm quia conseruatrix, & contraria petunt similia, dicendum

Quid verè contrarium sit secundū Medicos.

Quid Similia sint.

SImilia dicuntur, quorum qualitates eædem sunt, nec solùm secundùm qualitates: sed etiam secundùm substantiam similia expetuntur; nam docet Phylosoph. & cum eo Galenus, facillimè ad inuicem communicari, quarum consimilis est natura. In primis ergo calidis calida, & frigidis minùs calida

exhi-

exhibenda sunt. Secundò eligatur similitudo in substantia, quæ partim percipitur a proprietate indiuisibiliter, partim a conditione alimentorum commensurandorum cum viribus assumentis; vt qui facultate coctrice imbecilli constant, nutriantur alimentis laudabilibus, & facilè coctilibus, vt sunt stillatitia, & contusa Pullorum: Qui firmioribus verò viribus gaudēt, solidioribus alimentis vescantur. Idem etiam dicatur de medicamentis. Et quoniam Indicatio, quandoque simplex, quandoque composita est; & composita seu complexa dicitur Coindicatio, dicendum

Quid Coindicatio sit.

COindicare dicuntur, quæ similia opera per similia instrumenta postulant. Petunt autem similia quæcumque similibus conditionibus prædita sunt; Vt quia adolescentia, ver, carnosus habitus, abundantia sanguinis consimilia sunt, si contingat laborare aliquem affectu aliquo postulante phlebotomiam, omnia hęc phlebotomiam similiter postulabūt. Et sicut conueniunt Indicationes, & fiunt coindicationes; ita remedia, & opera; quæ coindicata appellantur. Dicendum ergo. *Quæ dicātur Coindicare.*

Quid sit Coindicatum.

COindicatum est, quod cum principali indicato monet nos simili opere vtendum esse; vt verbi gratia a plenitudine indicatur Phlebotomia, coindicatur quoq; victus tenuis, exercitatio, vigilia, & reliqua, quæ conferre possent ad multitudinem tollendam. Et quia Indicatio, & Coindicatio, Indicatum, & Coindicatum ab Indicante formantur; dicendum

Quid, & quotuplex Indicans sit.

INdicans est, quòd opus aliquod, aut instrumentum petit. Et est duplex, prout duplicem diximus esse Indicationem; In curatrice primò est morbus, secundò causa, tertiò symptoma. Hæc enim omnia (quia præter naturam sunt) ablationem, & auferentia petunt; In vitali siue conseruatiua Indicantes sunt ipsæ vires, quæ omni industria seruandæ sunt. Primùm quidem

dem vitalis, deinde naturales, vltimò animales. Et quoniam multoties est aliquid, quod repugnat operi, & instrumento Indicantis, quòd contrà Indicare est; Dicendum

Quid sit Contradicatio, quid Contraindicatum, & quid Contraindicans.

Definitur Contraindicatio. Contraindicatio est motus nostri animi ad opposita instrumenta, aut opera illis, quæ indicata sunt; Vt verbi gratia coniungantur Hydrops (quæ est intemperies frigida, & humida) & febris, (quæ est intemperies calida, & sicca;) Illa quidem petet calefacientia, & exiccantia: hæc verò refrigerantia, & humectantia. Sic etiam Cõtraindicatio est in Apostemate etherogeneo, vt si sit partim calidum, & in fluxu, petet repellentia, & refrigerantia: & si partim sit frigidum, & in esse fluxo, calefacientia, & discutientia. Et in his regula est, vt habeatur oculus ad id, quod magis vrget, altero tamen non neglecto. Sic etiam in Indicatione vitali est sua Contraindicatio; vt si sit quispiam præditus raro habitu, & sit Iuuenis, Iuuentus petet alimenta solida, calida, & sicca: Raritas verò habitus, tenuia, frigidiora, & humidiora. Hinc habetur contraindicantia, esse morbos, vel res naturales, petentes opposita, quia oppositi rationem habent: Et contraindicata sunt opposita remedia, & opposita opera. At quoniam agendum est de his, quatenus spectant ad Praxim; dicendum primò

Quomodo contrarijs ad curandam vtendum sit.

Contraria curari contrarijs indubitatum est apud omnes: Sed quoniam in vsu contrariorum possunt multa errata committi, regulæ ad illa corrigenda ponendæ sunt.

Regulæ ad corrigẽda errata in vsu contrariorum. Primus error. Primus error est, cum contraria nullam habent amicitiam cum parte. Et erratur quia, (vt ait Vallesius) qui contrarijs his vtuntur, non morbos curant: sed imaginarias quasdam Indicationes suscipiunt; Et (vt ait Auicennas) medicamenta localia non debent esse spoliata virtute confortatiua, Corrigitur

tur itaque hic error electis non solùm alterantibus, sed etiam roborantibus, aut roborantibus admixtis.

Secundus error est, cum non solùm medicamentum non est familiare; sed etiam inimicum; vt cantharides vesicæ. & tunc regula est, vt vel ab illis abstineamus, vel illis correctis vtamur. *Secundus.*

Tertius contingere potest, medicamentum aliquod secundùm manifestas qualitates esse contrarium, secundùm occultas verò esse simile; & tunc occurrendum est, vel abstinendo ab illis, vel admiscendo, quæ similitudinem tollant. *Tertius.*

Quartus, multoties contraria inferiora sunt morbis; & tunc ne fiat error, vel sunt augenda, vel repetitione multiplicanda; nam cum talia pharmaca patiendo reagant, repetitione tollent excessum morborum. *Quartus.*

Quintus, multoties sunt superiora ipsa contraria morbis; & tunc errari posset, quoniam posset fieri lapsus in contrariũ morbum. & corrigitur, vel pauco vsu, vel excesso correcto. Debent itaque contraria esse æqualia, vt scilicet tantùm tollatur, quantum tolli necesse est; nam licèt æqualia remedia secundùm se tollere non valeant morbum: vt instrumẽta tamen naturæ sunt, superiora fiunt adiunctis ipsius naturæ viribus. Verùm quia error esse posset in vsu similium; dicendum, *Quintus.*

Quomodo ad conseruandum, similibus vtendum sit.

IN vsu similium possunt quoque errata committi. *In vsu similium qui errores committantur.*

Primò intempestate, vt quia verbi gratia febri (quatenus febris) remedium est potus aquæ gelidæ; Multi imprudenter gelidam exhibent (non expectata coctione, & purgatione) fidẽtes tantùm similitudini, vel temperamenti, vel causæ morbosæ, vt si esset pituita. *Primus.*

Secundus error est, cum similia qualitatibus sunt, non tamen substantia, aut gradu. Et vtroque modo erratur; quia conseruatio vtramque similitudinem requirit. *Secundus.*

Tertius est cum similia sunt inconsueta. & error esset in mutatione consuetudinis, quæ ante omnia consideranda est; iuxta illud Celsi, ***non esse immutandam consuetudinem, etiamsi aliquid prauitatis habeat***; Itaque vtendum similibus tempestiuè in *Nõ est immutanda consuetudo ẽt si aliquid prauitatis habeat.*

in omnibus, & consuetis. At quia multa sunt, quæ ordine quodam indicant, explicanda sunt; Et primò

Quid indicent Res naturales.

Res naturales sui conseruationem petant.

Nota.

Res naturales sui conseruationem petunt, quæ per similia fit, (vt dictum est) inter quas temperamentum calidum gaudet calidis, frigidum minùs calidis, sic etiam de reliquis. Vbi aduertatur, quod multoties similia temperamenta reguntur contrarijs; quoties scilicet, periculum est, ne fiat lapsus in intemperiem similem, vt calidos victu frigido conseruamus, cum dubitamus, ne incidant in calidos affectus. Habitus apertus & perflabilis refrigerantia, & humectãtia petit, tùm ad temperandum feruidum calorem, tùm etiam ad incrassandum, ne magna fiat transpiratio: Habitus verò adstrictus calefacientia, & exiccantia, quibus sufficiat ad distribuendum calorem, & robur in omnibus partibus. Inter ætates adolescentia calidis & humidis: Iuuentus calidis, & siccis: senectus frigidis, & siccis gaudet. In sexu (quia fœmineus est ad patiendum facilis) regendus est delicatiori, & tranquilliori vita: Mares verò cum sint duriori, & firmiori carne præditi, asperiori vita contentantur. Ex anni temporibus, Vere laborandum minùs, sed comedendum magis, quam in alijs temporibus: Æstate minùs comedendum, minusque exercendum est: Autumno, & victus, & labor paulò amplior sit: Hieme laborandum, & comedendum abundantissimè est; ob rationes, quas Hypocrates adducit (dum inquit) *Ventres hieme, & verè natura calidissimi sunt, somni longissimi; quare per ea tempore alimenta copiosiora sunt exhibenda.*

Cur hieme laborandum, et comedendum abundantissimè sit quã in alijs temporibus.

In lib. aphor.

Quid indicent Res non naturales.

Res non naturales non indicant: sed indicantur; quia instrumenta sunt curationis, & conseruationis: Indicant tamen aliquando, cum vicem gerunt rerum naturalium; Vt aër indicat, vt qui sub eo salubriter decumbunt, & decumbant cùm curentur ægri: & qui sub eo insalubriter vixit, non curetur priusquam ab illo non fuerit sublatus. Cæteræ autem res

non naturales fiunt naturales, & indicantes ratione consuetudinis.

Quid indicent Res præter naturam.

CAusæ indicant ablationem; ne morbum pariant, aut foueant: morbi ne noceant; symptoma tamquam defectus præter naturales. Loquamur primò de Indicationibus symptomatum, tamquam de breuioribus. *Causa, morbus, & symptoma quid indicent.*

Symptoma (vt diximus) triplex est in excretis, in qualitate mutata, & in actione læsa. Excreta, si immoderatè fluant, indicant stiptica: si tarde & parcè, prouocantia. Qualitates mutatæ contraria, quæ reducant illas ad naturalem statum. Actio læsa dicitur tripliciter, aut quia imminuitur. & ita augentia desiderat: vel est deprauata, & corrigentia, vel abolita, & restuentia petit. Agemus nunc de medicationibus causarum. *Symptoma quotuplex est* *Actio tripliciter læsa dicitur.*

Causæ habent primò Indicationem a substantia; vt sputum crudum, & crassum coquendum, & attenuandum, & tenue incrassandum; lac, & sanguis grumosus, dissoluentia; vermes, necantia; lapilli, atterentia; feces induratæ, emollientia; Humores, sua pharmaca petunt. *Causæ a quibus indicationem habent. Primò a substantia.*

Secundò a loco; Intra venas tollitur venæ sectione; in habitu corporis, cucurbitulis, & sudorificis; in renibus diureticis; in ventriculo, vomitorijs; in Thorace lambitiuis; in Intestinis clysteribus: in vtero pessarijs, hoc est balanis, ad modum virgæ humanæ. *Secundò a loco.*

Tertiò a motu, qui quadruplex est; nam causa, vel tota confluxit, vel fluit; vel partim fluit, & partim fluxit. Actualis fluxio petit primò reuellentia, quæ si per venas, fieri debet venæ sectione; si extra venas, Pharmaco. Est autem Reuulsio *humoris reuocatio in distantem partem*, & habet quatuor conditiones, *Distantiam (videlicet) Rectitudinem, Oppositionem, & consensum*. Distantiam quidem, nam quanto humor fluens ad distantiorem partem reuocatur, tantò salubrior erit reuulsio; Rectitudinem verò, non mathematicam: sed physicam, nam quantò rectior est vena, tantò etiam facilius recurrit per eam humor: Oppositionem, quæ continet sex illas differentias posi- *Tertiò a motu.* *Definitur Reuulsio.* *Reuulsio quatuor conditiones habet.*

tionis; nam quantò magis est vena opposita parti affectæ, tantò etiam distantior est. Consensum tamdem, nam frustra apriretur vena, quæ cum parte affecta non consentiret. Et hinc natum est commune medicorum documentum, in pleuritide sinistra mitti sanguinem ex sinistro brachio, & in dextra a dextro; nam sinistrum latus cum sinistro, Dextrum verò cum dextro consentiunt.

Cur in pleuritide sinistra debeat mitti sanguis ex sinistro brachio et in dextra ex dextro.

Si verò materia tota fluxa est, quod contingit in statu inflammationum, si vacuari potest tota, vacuetur. Quid autem euacuatio sit, alibi dictum est; Si verò euacuari non possit, ad vicinam partem transferendus est; & hoc dicitur deriuari. Est autem deriuatio *humoris in vicinam partem demandatio*. Continet autem deriuatio quatuor conditiones *vicinitatem, consensum, sensum, & comoditatem*. Vicinitatem ad differentiam reuulsionis; nam humorem fluxum faciliùs est ad vicinam partem demandare, quàm ad distantem. Consensus requiritur in omni actione medica. Sensus postulat, vt ad partem acuto sensu præditam, deriuatio numquam, sed ad partem obtusi sensus celebretur. Comoditas exigit, vt si pars sit mollis, & corruptibilis, ad eam deriuatio non fiat: sed ad partem durioris substantiæ, ac robustioris; sic ergo a cerebro ad suas glandulas comoda est deriuatio, ad oculos verò nequaquam. Si materia tota sit fluxura, indicat præcautionem; quæ multipliciter adhibetur. Primò Phlebotomia, aut Pharmaco, multitudinem minuentibus; Secundò attenuãte victu. Tertiò Frictiones in oppositum, & cucurbitulæ adhibendæ sunt. Quartò pars intermedia ligetur, sin minùs adhibeantur repellentia: si partim fluxit, & partim fluit, mixtas habet indicationes; hoc est, vt quod fluit reuellatur, quòd fluxit euacuatur, aut deriuetur.

Quid sit deriuatio.

Quot et quas conditiones deriuatio contineat.

Quartò a qualitate.

A qualitate Indicatio sumitur. Est autem qualitas *conditio humoris ad nocendum occultè, vel manifestè dispositi*; quæ duplex est, occulta, & manifesta. Occulta vincitur Alexipharmacis, qualia sunt theriaca mitridatum, lapis bezaar, bolus armenus, terra sigillata, & similia. Manifestæ sunt calor, frigiditas, quæ suis contrarijs alterabilibus vincuntur.

Qualitas occulta quibus vincatur qui bus manifesta.

Morbi sunt in triplici differentia. qui ergo intemperie sunt con-

contraria, alteratione superantur; In alteratione autem molienda, tria spectanda sunt.

Quid alterandum, quibus alterandum, & quousque alterandum.

QVoad Primùm quia alterandum est, vel totum corpus, vel aliqua eius pars, Indicationes a realteranda sumendæ sunt. *Indicationes a realterãda.*

Et primò a substantia; pars enim, quæ solida est, & robusta substantia prædita, alteratur sine vlla difficultate: at mollior, & flaccidior, (quia omnem alterationem difficilem patitur) delicatius tractanda est. *Primò a substantia.*

Secundò a dignitate; nam quantò dignior pars aliqua est, tantò diligentiùs curanda: & quantò ignobilior, tantò etiam negligentiùs. *Secundò a dignitate.*

Tertiò a temperamento, quod similibus custodiendum esse, iam diximus. *Tertiò a temperamento.*

Quartò a sensu; quò enim exquisitior pàrtis sensus erit, eò diligentius curanda est. *Quartò a sensu.*

Quintò a magnitudine: maior enim particula maiorem medicamenti copiam requirit: parua verò paruam. *Quintò a magnitudine.*

Sextò a figura, vt ventriculo scutiformes sacculi imponuntur: in hepate fungiformes; in liene linguiformes; in vulua fit pessarium peniforme. *Sextò a figura.*

Septimò a situ: visceribus enim dextræ partis, dextro Hypocundrio: sinistris verò in sinistris apponuntur remedia; Et quoniam pars aliqua profundè sita est, tantò remedia augeri postulat, quantò credi potest, illa in medio itinere remittenda fore. *Septimò a situ.*

Quoad secundum, alteratio duplici instrumento perficitur; medicamentis scilicet, & alimentis. diximus autem, quòd alimenta quantò magìs alterandi vim habent, tantò etiam medicamenti nomine digna sunt. hæc autem vel extrinsecùs imponuntur, vel intrinsecùs deuorantur. *Alteratio quibus perficitur.*

Quoad tertiùm, terminus alterationis præscribitur a recessu

a naturali statu; vt scilicet tantus sit regressus, quantus fuerit recessus.

Morbi in soluta vnitate qui b. ex causis generantur. Et quibus curantur.

Morbi in soluta vnitate duplices sunt; scilicet a causa externa, & dicuntur vulnera; & ab interna suppuratione, & vocantur vlcera; Vulnera vel fiunt resecante, vel contundente, vel pungente. Vulnera ergo (in quacumque parte sint) vnionem postulant; vnde si sit peramplum, ita vt eius labia coalescere nequeant, vel manibus iungēda sunt, vel adhibitis suturis, fascijs, incollationibus, & insolationibus: At si peramplum nō sit, satis erit primò agglutinantia superponere, deinde cicatrizantia; si sit in osse (vbi dicitur Fractura) primò ossis fracti capita iuxta ponenda sunt, deinde simul adducta seruanda, quod fiet quiete, & infasciationibus; tertiò procuretur generatio nodi sarcoidis, quod fiet externis agglutinantibus, vt oxicroceo, alijsque emplastris de gummis; & internis, vt viscidis alimentis.

Vlcera, quæ diximus ortum ducere ab interna suppuratione, petunt pariter vnionem. quòd si perampla, sint fascijs, & vinculis sunt curanda: At si talia non videantur, primò (prohibita fluxione, quæ posset ipsa fouere, quod fiet reuulsionibus, & euacuationibus iam dictis) abstergentur. Secundò si humida, & serosa sint exiccabuntur. Tertiò si caua sarcoticis, hoc est carnē gignentibus, replebūtur; & si caro super excreuerit, illis, quę carnem tollunt, & exædentia dicuntur, vtemur. Vltimò cicatrix inducenda est, quæ cicatrizantibus perficitur.

Quibus curantur morbi in mala compositione.

Morbi incompositione, petunt, quæ compositionem ad pristinum statum reducant; Vt si sit in magnitudine aucta, ea, quæ magnitudinem auctam tollunt, sunt administrāda: sicuti si fuerit imminuta, ea, quę augent: si numerus auctus sit, recidentia, si imminutus, augentia: si distortus, quod dicitur luxari, ad suum situm pars reuocanda est. quod si fieri non possit genita eadem substantia præcidetur, confectis aliquibus instrumentis ligneis, & ferreis. Et de Indicationibus satis.

Præmisimus hucusque ea, quæ vniuersaliter ad sequentes tractatus spectabant. Reliquum nunc est aggredi particularia, & ne cogamur eadem inutiliter repetere. Proponemus remedia symptomatum omnium febrium, quatenus scilicet symptomata

sunt,

sunt; nam, agere de curatione illorum exactè, non est præsentis loci. Sunt autem symptomata frequentissimè in febre sitis, inappetentia, Alui stipticitas, Alui fluor, Præcordiorum æstuatio, dolor lumborum, vomitus, dolor capitis, peruigilium, delirium, & sopor. *Quæ sint symptomata febrium.*

Curatio sitis.

Sitis, & linguæ scabrities mitescendæ quidem sunt, vt quæ sua sponte affectum ipsum intendere sint natæ. & ob id tāquam peculiare febris remedium compescendas esse consulit Galenus 6. epyd. *6. popular. p. 33.*

Fit potissimum sitis in febribus biliosis, & præsertim in illis, quorum primæ venæ flaua bile redundant; vnde & os ventriculi, gula, vniuersumque os (quod docet Galenus habere communem tunicam cum ventriculo) exiccatur, & sitit. Lenientia ergo sitim primò erunt humectantia; secundò refrigerentia, propter causam alibi assignatam. Talia autem sunt, quæ ore manduntur, quæ intus deuorantur, & foris applicantur. Quæ manduntur, exprimunt humiditatem a vicinis glandulis, & ita os madefaciunt, & seipsis humiditatem inferunt. Sint igitur in ore detinenda, & mandenda, vt Palea, ramusculus virentis plantæ, offa prunorum pinguia, & similia; Vel *Sitis in quibus fiat potissimum.* *Quæ sitim extinguere habeant.*

℞. Semin. portulacæ.
Endiuiæ.
Et lactucæ. an. drach. ij.
Semin. maluæ.
Et citoniorum. an. ʒ. j.
Zaccar. candidi violati ʒ. ij. f. s. ar. pipatellæ, vel *Pipatella ore detinenda ad extinguendā sitim.*

℞. Semin. lact.
Acetosæ.
Et psillij. an. drach. j.
Cum albumin. oui f. plul. ore detinenda. *Pilula ad eūdem vsum.*

Hypocrates dum siti occurrere intendit (ait) *siti carentem os claudere, tacere, ventum cum potu frigido inducere,* qua parte Galenus hęc refert verba. Hoc scripsit Hypocrates ex ijs vnum, quæ totam febrium curandarum rationem in mentem reuocare

re queant; Et subdit paulò inferius, *Hac sunt verò prima quidem motibus opposita, laborantis corporis quies, secunda omnia reliqua, ex quibus calorem febrilem comitantia magis mitescãt, & non exasperentur, inter quæ vnum est; ipsum a siti defendere: Per quæ autem sitim prohibent, adiecit clausum os habere, tacere, auramq; frigidam cum potu introducere*; qua sanè sententia includit duo potissima, quibus sitis in febribus (de quibus loquimur) suboritur; humiditatis nimirum inopiam, & feruidum calorem; Inopia enim humiditatis quodammodo resarcitur otiãtibus oris instrumentis; nam plus humectat id, quod ex natura ad os defluit, quo instrumenta magis quiescunt. Exurens verò calor, ex frigido aere inspirato, & potibus mitescit, & attemperatur; & ob id summam mitigationem huius accidentis, his duobus capitibus, sitam esse censeo, quorum aliud (nimirum quies, & otium vocalium instrumentorum) sitim interdicit, & remoratur; Aliud verò eamdem extinguit frigidis aquæ apoxematum potibus; Quorum apoxematum (præter aquam frigidam ad satietatem) deuorantur aliqua in forma solidiori, Aliqua liquidiori.

Apostema in forma liquidiori ad eũdẽ vsum.

In forma liquidiori.

℞. Aquarum cordial. om. lib. ʃ.
Aquæ scorsonar. ℥. iij.
Margarit. præpar. drach. j.
Foliorum aur. num. 2. in phyala & vtatur.

In forma solidiori.

℞. Conseruæ rosarum,
De floribus boragin.
Et Buglossæ. an. ℥. j.
Conseruæ de agredin. citr. ℥. ʃ.
Dyamargarit. frigidi. ʒ. j.
M. & cap. parum, & sæpè.

Num Aqua magis vino oligophoro sitim extinguere habeat.

Sed hìc problema occurrit curiosum, illud quidem, & non prorsus inutile; num aqua magis leniat sitim quàm faciat vinum oligoforon aquosum.

Hypocrates in lib. 6. Epidemiorum, *Naturæ calidæ quies confert, & aqua potus* scriptum reliquit; Ex altera parte idem Hypo-

Hypocrates in lib. de salubri dieta 30. ait, *qui sitiunt, debent se abstinere à laboribus, & vinum bibere aquosum, & frigidissimum.* Quem locum cum exponeret Galenus, docet, meliùs esse sint præceptum de vino ad extinguendam sitim, quàm præceptum de aqua, quia in vino aquoso, non solùm adest frigiditas, & humiditas, quæ valent sitim extinguere: verùm etiam adest vis penetrandi a vino tributa; propter quam (dum magis vinum oligoforon aqua penetret & humectet) cōsequenter sitim citiùs finiet. Quod etiam docuerat Alexander Aphrodiseus, qui 3. sect. problem. quærens, num vinum oligophoron refrigeret magis quàm aqua, Affirmatiuè respondet; An quia in vino oligophoro adest vestigium caloris, ob quod præsens sit omnibus partibus. *Num Vinū oligophoron refrigeret magis quā aqua*

Præsenti difficultati occurrentes dicimus, quòd vel sitis sit exiccatis venulis, quæ in ore ventriculi solummodo continentur, vel exiccatis venulis totiùs corporis a caliditate præter naturam febris. Si primum comodius potu aquæ frigidæ extinguitur sitis: si secundū potu vini aquosi; ob rōnem supra allatā. *Satisfit difficultati.*

Noua difficultas insurgit; num sitis, quæ excitatur a bile, potu aquæ frigidæ extinguatur; Occasionem dubitandi præbet Hypocrates 3. de fract. 26. qui scribit, *Aquam in biliosis naturis conuerti in bilem.* si igitur in bilem conuertitur, dum bilem auget causam sitis, non videtur remedium accomodatum ad extinguendum sitim. *Nū sitis, quæ excitatur a bile potu aquæ frigida extinguatur. 3. de ratione vict. 31.*

Ad difficultatem respondetur primò, posse bilem considerari dupliciter, vel vt est affixa ventriculo, vel prout vagatur per ventriculum. bilis prout est affixa ventriculo, dum magis impingitur tunicis ventriculi, potu aquæ frigidæ magis intenditur, & sic magis sitim excitat: In secundò sensu verò accepta potu aquæ frigidæ extinguitur. *Difficultati satisfit. Bilis vti est in ventriculo dupliciter cōsideratur.*

Secundò dicitur, quòd aqua, vel propinatur ad potum, vel in magna quantitate ratione medicamenti; Ad potum (exemplo fabri ferrarij, quo probat Galenus incendi ferrum, ratione Antiparistasis) perniciosissima existit, & sitim excitat, nedum extinguit: ad satietatem verò, & siti, & febri confert, vt infra demonstrabimus. *Aqua in pauca quātitate sumpta non modo extinguit sitim natā a bile sed eā magis incēdit & huius rationem exemplo reddit Galenus.*

L Sed

Aqua calida quando extinguat sitim magis, quàm frigida.

Sed diceris, est ne verùm, quòd in siti facta a pituita salsa, meliùs sit vti pro extinctione eiusdem aqua calida, quàm frigida, vt docuit Auicennas, & Rases; vel salsamentis, vt testatur Alexander?

Dico quòd verissimum est, si tamen pituita crassa fuerit; eo quia sicut frigida magis congelat, & incrassat: sic ex aduerso calida magis abstergit, & extenuat.

Quoad salsamenta, dicendum, pituitam salsam, quæ facit sitim, vel esse paucam, vel multam: illa potest finiri vsu salsamentorum, hæc nequaquam; sed potiùs vsus eorum obest.

Aphorismus Hypocratis explicatur.

Sed hìc Hypocratis locus discutiendus est, qui in Aphorismis ait, purgati si ab euacuatione nō sitiant, non cessent priusquam sitiant. quasi ab euacuatione semper debeat subsequi sitis; quod falsissimum est: nam datur sępissimè casus, in quo vētriculus bile superabundat, ex qua venæ eiusdem ventriculi exiccantur; vnde tristis sensatio, & sitis oritur, & statim ac fuerit euacuata bilis, cessat sitire animal; Quare affirmandum erit, ab euacuatione extingui, nedum excitari sitim.

In quo casu ab euacuatur extinguitur sitis nedū excitatur.

Huic difficultati respondetur, quòd sitis viget, quotiescumque causa sitis viget, bilis videlicet: & remouetur remota causa. Si ergo ventriculus affluat cruditatibus, quæ potiùs abominationem, quàm desiderium bibendi mouent, exiccatis venulis ab euacuatione earumdem, tristis sensatio oritur, vnde sitis: At verò si siticulosi fuerint ægroti ob affluētem bilem; bile euacuata ab euacuatione cessat sitis, nedum augetur; vnde sano modò intelligendus est locus Hypocratis.

Regioni hepatis.

Exteriùs verò ad sitim extinguendam applicantur olea & vnguenta refrigerantia, & humectantia, qualia sunt oleum rosaceum, & violaceum, nenupharinum, vnguentum infrigidans Galeni, rosarum, & sandalinum; Vel

Linimentum, ad refrigerādum hepar et renes.

℞. Micæ panis lotæ cum aqu. ros. ℥. iij.
Lactis caprilli. ℥. j.
Vittelorum ou. num. 2.
In mortario plumbeo. f. linim.

Balneum aquæ dulcis tamdem, & sitim, & febrem extinguere potens est, vt deducitur ex mille locis Galeni, & præser-

tim

tim 3. de locis affect. vbi problema proponit, curiosum illud quidem: Vnde est, quòd alij balneum extincta siti (sitibundi ingreffi,)egrediantur: alij contra? Qui habitu sunt ficciori, humectati per balneum non amplius sitiunt, etiam si sitire consueuerint antequam balneum ingrederentur: At qui humidiores sunt, & siti omni vacantes, ijs humor per sudorem absumitur; itaque sitis creatur, quippè quæ (vt diximus) ex siccitate oriri solita sit.

Cur alij bal. n.ũ extincta siti sitibundi ingressi egrediantur alij cõtra siti premantur post balneum, qui ante balneũ non sitiebãt.

Cæterùm licèt siccitas in febribus, vt plurimùm à flauabile putrescente oriatur, attamen oriri etiam potest ex timore, ex fluore alui, ex morsu viperæ, ex aqua ipsa putrida, & alijs.

Sitis causa multa enumerantur.

Sed quoniam de curatione sitis in communi agere non est præsentis loci, sed tantùm de siti, vt symptoma est febris, cum satisfecerimus intentioni; in gratiam c[illegible]riositatis reliquum nunc est vt videamus

Cur sitim minùs, quàm famem tollerare possimus? cur metuentes sitis inuadat? ac vehementer illi sitiant, quorum ventrem inferiorem fluxus exercet? Nec non assiduè sitiant, qui aquam inter cutem laborent, cùm aqua sint pleni? Item cur Theriaca sitim sedet, cum sin calida?

Multa problemata hic curiosa proponuntur.

Cur sitim minùs, quã famẽ tolerare possimus.

Præterea vnde est, quòd commorsi à vipera sitiant, cum vipera natura sit frigida ex Aristotele? & tamdem quare, qui se vario, ac multò cibo ingurgitauerint sitiant? Vnde Celsus vbi expletus est aliquis, faciliùs concoquit, si quicquid assumpsit potione aquæ frigidæ includit; tum paulisper inuigilat, deindè bene dormit.

3. de Hystor. animalium.

Ad primum respondetur, quòd sitis res magis anxia videtur; cuius indicium quod magis, ac suauius sitientes bibimus, quàm esurientes comedimus; An quia calor, quo viuimus humidum magìs, quàm siccum desiderat; Tãdem quia sitis duarum rerum libido est, potus inquam, & cibi: fames vero vnius, cibi tantummodo.

Respondetur ad problemata supra proposita.

Ad secundùm respondemus, num quia collecto introrsum calore ardent viscera, humidumque absumitur, ex quo frigidi, & humidi appetitio (quæ sitis est) sequitur.

Cur metuentes sitis inuadat.

Ad tertiùm dicimus, quia humoribus deorsum collapsis,

Cur vehemẽter illi sitiãt quorũ ventrẽ inferiorẽ fluxus exercet;

ſtomachus reficcatur; ſitis autem oriri non niſi per ſiccitatem ſolita eſt.

Quare aſſiduè ſitiãt qui aquã inter cutẽ laborant. Ad quartum quoniam humor, qui in Hydropicis non digeritur, corrumpitur, & ſalſus efficitur, ſtomachumque reficcare valet, vnde triſtis ſenſatio, & ſitis.

Vnde eſt, q̃d cõmorſi a vipera ſitiãt, cũ vipera natura ſit frigida ex Ariſtot. 1. Lib. aphor. Ad quintùm dicimus, quòd vipera poteſt conſiderari ſecundùm diuerſas partes; quoad venenum ſcilicet, & quoad Carnem: ſi quoad carnem conſideretur frigida eſt, vt docuit Galenus, cum ait, ſic animalium quæcumque ſunt natura frigidiora, &c. ſi quoad venenum, calidiſſima eſt.

Cur Theriaca ſitim ſedet, cum calida ſit. 1. ſect. probl. 15. Ad ſextùm de Theriaca reſpondet Alexander, cum ait, *non ideò Theriaca extinguit ſitim, quoniam refrigerat, & humectat; ſed quoniam ſua proprietate venenum illud extinguit, a quo ſitis oriebatur.*

Cur ſitiant, qui ſe multò, & vari cibo ingurgitarunt. Ad vltimùm tamdem, cur aliqui ſitiant ab accepto vario, & multò cibo? Cauſa huius eſt vt plurimùm, quoniam vbi ſtomachus laborat, & æſtuat in digerẽdo cibo, calor natiuus turbatur, & a ſua temperie decidit; hinc augetur, & auctus mittit vapores ſiccos in os ventriculi, qui exugentes humidum alimentale ſitim inducunt.

De Inappetentia.

Inappetentia quibus ex cauſis generetur. INappetentia multis ex cauſis generatur. aut quia corpus nõ euacuatur, nec vlla fit reſolutio: vel quia non fit exuctio oris ventriculi: vel quia ſi fiat non percipitur: aut quia omnium operationum inſtrumẽtum (nempè calor) lęditur: Vel quia humor melancholicus (quem dicũt Arabes mitti a liene per venam in os ventriculi ad excitandum famem) nõ mittitur: vel quia peccatur in cibis, quantitate, ſubſtantia, qualitate, tempore, ordine, preparatione, aut condimento. Otium quoque inter cauſas reponitur, quibus Inappetentia generatur; vnde cum Socrates ambulabat dicere ſolitus erat, ea exercitatione ſibi obſonare famem, quaſi motus appetitum faciat, & otium Inappetentiam.

1. 3. tract. 1. cap. 56.

Hic Auicennas ſibimet cõtrarius videtur. Auicennas item frigus externum Inappetentiam cauſare docet, vbi ſecum ipſo pugnat; nam 13. 3. tract. 1. cap. 7. teſta-

tur,

tur, frigidus externum appetentiam excitare, & probat exemplo populorum septentrionalium, qui famelici esse solẽt; quod etiam scriptum legitur in Hypocrate. Et ratio dictat, siquidem frigore externo, calor naturalis intenditur, & cõsequenter corpus magis euacuatur, & appetit, vt indè animalia hieme meliùs habere comperiantur; iuxta dictum eiusdem Hypocratis. *Ventres hieme, & verè natura calidissimi sunt, somni longissimi, quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda.* *Libro de aere aquis & loc.* *Lib. aphor.*

Vt ergo Auicẽnam a tam euidenti contradictione vindicemus, concludendum est Domini, non quodlibet frigus inappetentiam facere, nec quolibet modò, & in quolibet subiecto: sed illud quod, præter constipationem, inducit etiam facultatis mortificationem, eò magis si de repente, & cumulatim in corpore debili egerit; quod significare voluit Galenus in expositione præcit. aphor. cum ait, *Contingit autem ijs qui aere frigido perluuntur, si debile corpus habuerint refrigerari, atq; offendi: si robustum, primùm quidem innatum calorem ad interiora refugere, seseq; colligere, postea ad exteriora remeantem multò quàm priùs erat fieri fortiorem.* *Conciliatur Auicennas secum ipso.*

Præter dictas causas multæ aliæ recenseri possent, præsertim quæ ad cibos spectant: verùm quoniam protestati sumus, nos hìc acturos de symptomatibus febrium, quatenus scilicet symptomata sunt, & non aliter; nec alio modò, eorum curatione præmissa, Problematibus satisfaciemus. *More solito.*

Inappetentiam in febribus fieri, ore ventriculi repleto, & conspurcato humiditatibus excrementitijs (vaporosis scilicet, vel humoralibus) iam determinauimus; exhiberi ergo medicamenta debent, quę dictas humiditates abstergant: quorum aliqua deuoranda sunt: aliqua foris immittenda. Deuorantur ad vomitum. Vt. *Inappetentia qu b. ex causis generetur.* *Vomitorium ad Inappetentiam.*

℞. Semin. raphani.
Aneti. an. vnc. j.
In libr. 2. Aquæ f. decoct. sufficiens.

Facta colatura agarici boni ʒ. s. Oximelitis. vnc. j. m. f. vomitorium.

Celebrato vomitu corroborãdus est ventriculus ieiuno stomacho

macho syr. de Absyntio, de menta, Conserua de cortic. citri, miua citoniorum aromatica, Conserua florum roris marini, Electuario Dyapipireonis, Elect. de Cinnamo, Dyagalanga, aut Diamoscho, aut gingibere condito, Aromatico rosato, aut Dyambra. Vel

℞. Comarum absintij. m. j.

Infundantur in lib. sex vini maturi ; & stomatici per horas 24. de quo cap. mane ieiuno ventriculo ℥. iij. quæ omnia securius administrantur si febricitans febrire desierit, & a febre inappetentia grauatur, vt non semel aut bis: sed sæpè occurrit.

Conferunt etiam (partim abstergendo, partim etiam a proprietate famem excitando) obsonia confecta in aceto, vt oraphacium, siue agresta, feniculi, & cappares. Et hic aduertant Medici, qui principum curam habent, ne liberalius, quàm deceat, capparibus eos vesci permittant; sunt enim cappares medicina cibalis, & in humores eruginosos facili negotio vertuntur.

Notandū circa cappares.

Extrinsecus. ℞. Comarum absintij, & mentæ an. m. j. irrorentur in vino aromatico, & vtatur. Vel.

Fomētum ad corroborādū ventriculum in Inappetentia.

℞. Olei masticini.
De absyntio.
Et de spica. an. vnc. 5.
Vnguent. stomatici Galeni. ℥. ij. m. Vel

℞. Pulpæ citoniorum saccaro condit. ℥. ij. trituretur, & in vase fictili infundatur in vino armatico. exponito deindè misturam lento igni, quousque incorporetur & adde.

Emplastrum ad formā cerati ad eūdē vsum.

Pulu. corallorum rubrorum.
Ambræ albæ.
Macis.
Masticis.
Cinnam.
Et balsami. an. drach. j.

m. & vtatur ad modum cerati.

Quòd si malueris sacculum ad corroborandum ventriculum gestare.

Pro sacculo.

Sacculus ad eūdem vsum.

℞. Vtriusq-

℞. Vtriusque mentæ.
Absint. p. j.
Cort. citr.
Et malicir. } an. vnc. 5.
Cinnam elect. ʒ. ij.
Masticis.
Calami arom. an. ʒ. j.
Squinant. drach j.
Musci. g. 5.

Puluerizanda puluerizentur, & f. sacculus. Linimentum ad eumdem vsum hoc modò paratur. *Linimentum ad eumdem vsum.*

℞. Succi mentæ.
Absynt.
Et cytonior. an. ℥. ij.
Olei mastic.
Et de menta. an. ʒ. j.
Vini maluat. drach. s.

Bull. ad consumptionem; vini deindè adde.

Squinantij.
Cinnamomi.
Carioph.
Calami anmat. an. drach. ij.
Musc. & ambræ. an. g. 3.

Cum cera. f. Linimentum.

Habetis causas. & curationem Inappetentiæ; circa quarum considerationem sequentia occurrunt Problemata.

Primùm quod occurrit est, cur lac Inappetentiam procreare habeat? vnde Hypocrates si tertia pars aquæ admisceatur lacti, tunc non est nociuum. *Lac cur inappetentiã procreare hẽat. 2. Aphor.*

Respondetur, quia lac coagulatur in ventriculo, corrumpitur; indè fętidus anhęlitus, & ob eandem causam Inappetentia oritur. *Lac in vẽtriculo coagulatur.*

Secundum, qui fiat quòd plerique cibos concoctu faciles non concoquãt, vt ficedulas, quas si comederint in inappetentiam incidunt; concoctu verò difficiles valenter concoquant, vt carnem bubalinam, vaccinam, oua dura, portulacam, & similia. *Vnde est, qđ multi cibos concoctu faciles non concoquãt difficiles vero concoquant.*

milia. Ex Auctoribus alij ad consuetudinem id referunt, alij ad habitum naturalem, ingenio humano inexplicabilem; Sed veritas facti est, quòd qui calore abundant naturali, cibos concoctu faciles concoquunt, & iterum per vlteriorem coctionem adurunt, corrumpuntur, eo quia agens ſproportionatum est passo: At verò concoctu difficiles concoquunt, & prætereà non vitiant, eo quia calor vegetus correspondet passo.

Ratio redditur, cur aliqui priusquã edãt nõ appetãt, quã primũ autẽ edere incipiunt, statim appetant.

Tertium vnde est, quòd aliqui prius quàm cibos edant, non appetant, quàmprimum autem edere incipiunt, statim appetant. Et ex aduerso alij priusquam edant appetunt, vbi verò edere incipiunt statim appetitus sedatur.

Ad primùm respondet Auicennas dupliciter, primò quia per cibos nouiter ingestos abstergitur materia illa, quæ in tunicis ventriculi continebatur, causa inappetentiæ; & sic appetitus insurgit. Secundò, quia ab ingesto cibo attractrix facultas ventriculi, quæ ferè sopita iacebat, excitatur ad operam. Contrà autem contingit, vt appetitus, qui prius aderat destruatur, vel quia ex cibo ingesto vapores eleuantur, qui os ventriculi inficientes, consequenter appetitum destruũt: vel fit, vt cibi præcipitati infundum ventriculi (præsertim raphanus) humores tetros ibi existentes sursum a tolli faciant, vbi percutientes os ventriculi appetitum prosternunt, quamquam etiam potest idipsum euenire, propter qualitates ipsorum ciborum, vt si cibi crassi, pingues, dulces, vel naturæ aduersi sumantur.

Cur Raphanum alij fedè eructant alij non.

Sed ex Ploblemate Problema elicitur, cur radice per cibum ingesta, alij fedè eructant, alij non? Quorum ventriculus non redundat vitiosis excrementis, ijs ructus purior est, & non malè olet: Quibus verò prauis excrementis vẽtriculus infarctus est, ructus malè olet, At qui radices calidæ cum sint attenuant, incidunt, & vaporum eructationem pariunt; Nec audiendi sunt illi, qui corruptam in hoc casu supponunt radicis substantiam, argumento, quòd etiam foris marcida malè olet, quòd si id esset, omnes qui eam edissent fedè eructarent.

Dulcia et pinguia quare inappetentiam procreant.

Cur pinguia, & dulcia inappetentiam procreare sæpissimè soleant? Vnde Celsus *Dulcia omnia duabus de causis inutilia sunt, tùm quia propter dulcedinem plus assumitur, & quod modo*

do parum ægrè concoquitur: An quia cum de aere multum participant, in basi ventriculi descendere non valent, vbi coctio celebratur; sed sursum feruntur.

Qua de causa mulieres, quæ vtero gerunt, inappetentia ferè semper tenentur; quòd si appetant, absurda illa quidem sunt? Num quia ad ventriculum regurgitat sanguinis menstrui vapor ab vtero, &(iuxta varietatem humoris peccantis) varia, illaque praua appetunt mulieres, vt carbones, si vapor fuerit melancholicus, & genus omne fictile: quòd si exhalauerit ex pituita acida vapor, sapores acidos concupiscet. *Cur mulieres, quę utero gerunt ferè semper inappetentia cruciantur.*

Vnde est, quòd præcipiant Medici, existente appetitu comedendi, esse comedendũ? Respondet Auicennas, quòd tolerare famem est stomachum malis humoribus replere, quos ad se loco cibi attrahit calor; hinc scytæ prudentissimi (teste Erasistrato) cum volebant ieiunare, ne a prauis humoribus stimularentur, consueuisse fascijs arctissimè stringere stomachum, & intestina, adeò vt cauitates nullæ relinquerentur. *Qua de causa præcipiunt medici esse comedendũ existenti appetitu comedẽdi.*

Cur a cibis immediatè studere officiat, & presertim inappetentiam procreet? Vnde Celsus *Vbi expletus est aliquis, neque actui, neque labori, neque lectioni se debet committere; non enim hæc tàm facili inani corpori, quàm repleto nocent.* An quia studium distrahit calorem naturalem a ventriculo, indè cibi non concoquuntur, & cruditas oritur; Ilias omnium malorum, & præsertim inappetentiæ. *Immediatè a cibis non esse studendũ docet Celsus.*

Vnde est tamdem, quòd varietas cibi inappetentiam pariat? Respondemus, quia ob varietatem, de eo plus assumitur, quàm concoquere calor valeat; Inde Celsus, *Apponendi varij cibi tũ demum sunt, vbi fastidio vrgetur, neque vires satis sufficiant, vt paululum ex singulis degustãdo famem vitet: At si neque vis, neque cupiditas deest nulla varietate sollicitandus homo est, ne plus assumat, quàm concoquat: Neque verum est, quod dicitur ab Asclepiade faciliùs concoqui cibos varios; eduntur enim faciliùs.* Et ista inter alias causas (meo iudicio) potissima est, vt homines in festo paschatis non multos post dies cibum abhorreant, & in morbos incidant. *Ratio redditur cum varietas cibi inappetentiam pariat.*

Vltimùm Problema sit, cur mulier menstruosa cibos fastidiat. *Mulier menstruosa cur cibos fastidiat.*

Tempore mẽstrui. diat? An quia natura mulieris tempore menstruorum magis ad expulsionem laborat, quàm digestioni vacet; ideoque, ne inconcoctus remaneret cibus (prouida cum sit) illum non admittit.

Curatio doloris lumborum.

Ad dolorem lumborum remedia. Dolent lumbi in febribus; contracta intemperiè calida ab humoribus putrescentibus, vel vaporibus. Curatur refrigerantibus foris applicandis,& clystere immittendo.

Applicantur foris vt vnguentum rosatum, Infrigidans Galeni, vnguentum sandalinum, succus semperuiuij, vmbilici veneris, oleum rosat. oleum sambucinum, lac caprillum, aqua rosacea in qua sandali infusi fuerint, & similia. Immittunt pro

Clysteres ad dolorem lumborum. clysteri. Vt

℞ Foliorum maluarum.
Lactucæ.
Et Salicis. an. m. j.
Bull. in suff. quantitate aquæ fontis; de qua
℞. lib. j. & adde,
Olei rosat.
Et lactis caprilli. an. ℥. iij.
Zucc. rubr. ℥. j. m. pro clyst.

Curatio ardoris præcordiorum.

Ad curationem ardoris præcordiorũ remedia. Ardent præcordia in febribus; propter humores scilicet, aut vapores biliosos. Ea igitur regio refrigeranda est, internis, & externis. Internis. Vt.

℞. Iulep. viol. ℥. iij.
Aqu. cordial. lib. 5. m & cap. parum & sæpè.

Extrinsecus verò in regione pectoris olea, vnguenta, & refrigerantia iam dicta apponenda sunt.

Curatio Fluoris Alui.

Ad curationem Fluoris Alui remedia. Fluit Aluus in Febribus occasione humorum a venis superioribus ad Intestina transmissorum, & potissimum quando ipsi suaptè natura acres, & mordaces fuerint. Cura-

tur

tur igitur stipticis. quorum aliqua deuoranda sunt; Vt

℞. Confect. citoniorum ℥. s.

Cap. ante alios cibos, super bibendo vini aromatici modicum. Vel

℞. Syr. de Ribes.
Mirtinix.
Et citoniorum. } an. ℥. j.
Trociscorum de carab.
Et de terra sigill. an. drach. s.
Fol. aur. nu. 3. m. & cap. parum.
Et sæpè ieiunio stomacho.

Per clysterem immittuntur. Vt

℞. Hordei cum corticibus torref. vnc. iij. *Clyster. ad fluorem alui.*
Gallarum tritatar. vnc. j.
Cort. granatorum. vnc. s.

Fiat decoct. in s. quant. aquæ plantag & decoctionis.

℞. lib. j. & adde.
Olei ros. omphancin.
Et de citonijs. an. vnc. ij.
Sæui castrati. vnc. j. s. m. Vel.

℞. Hordei torref. vnc. iij.
Plantag.
Et tassibarb. } an. m. j.

Bull. in s. quant. aquæ calibeatæ, & colat. suff. adde.
Lactis caprilli torref. lib. s.
Coaguli ouilli. vnc. j. s. m.

Et aliqua foris inungenda sunt, vt vnguentum stipticum Calestani, oleum mirtinum, de Citonijs, de lentisco, & similia.

Curatio stipticitatis alui.

Aluus stipticitatur, & astringitur in Febribus, exiccatis fibris intestinorum ab ardore febrili. Curatur ergo lubricantibus, lubricant autem (ommissis pharmacis deuorandis) clysteres, & balani; sunt autem huiusmodi alij lenes, alij acres, Plerique mediocres. Debilis itaque clysmi hæc erit forma. *Stipticitas alui curatur.* *Formula clysteris debilis.*

℞. Decoct. hordei, maluarum, viol. lib. j.
Olei communis. vnc. iiij.
Zuccari rubr. vnc j. s.
Succi betæ. ʒ. ij.
Vitell. ou. num. j.
Salis comm. ʒ. s. m. per clysteri.

Formula clysteris medioc. cris.

Mediocris.

℞. Decoct. furfur. lib. j.
Olei chamęmel. vnc. iij.
Mellis ros. solut. vnc. ij. s.
Succi betæ. vnc. j.
Vitell. ou. num. j.
Elect. lenit. vnc. s.
Salis ʒ. j. m. per clysteri.

Formula clysteris acris.

Acris.

℞. Hiere picræ
Et Dyacatolic. an. drach. vij.
Olei rutacei.
Et chamęmelin. an. vnc. ij. s.
Cum decoct. carmin. f. clyster.

Suppositoria debilia quib. constant. Quibus mediocria. Et Acria quibus. Cautela ī administrand's clysteribus.

Debilia suppositoria fiunt ex melle, & sale. Mediocria ex sapone, & capillis mulierum. Acria verò ex puluere Hieræ, & Hyeræ logodion cum melle rosaceo.

Vti oportet clysteribus dum intestina sunt repleta; nisi prohibitum id fuerit, vel a cibo iam assumpto, vel ab accessionis materia. Hora ergo Paroxismi non est inijciendus clyster, quia virtus haud substinere potuerit clysteris molestiam, & accessionis.

Peruigilium quo fiat, & quibus curatur. Tirsus lactucæ cōdita ad conciliādum somnum opis mus.

Curatio Peruigilij.

PEruigilium fit calefacto, & exiccato cerebro. Curatur somniferis, refrigerantibus. & humectantibus internis, & externis. Internis, vt. ℞. Tirsi lactucæ conditæ. vnc. ij. cap hora somni, superbibendo aquæ gelidæ ciatum: Vel

℞. Syr.

℞. Syr. de papauere.
Et de nenufaræ. an. vnc. j.
Aquę lact.& capil. vener. ℥. iij. m. *Potio ad eundem vsum approbata.*
Et cap. hora somni.

Item paramus conditum. Vt
℞. Saccar. rosſ. *Conditum ad eudẽ vsum.*
Viol.
Et borag. an. vnc. 5.
Puluer. papauer. albi. ℥. ij. m.
& f. conditum cum auri folijs quatuor, & modico ſaccaro.

Eodem modo in ouo ſorbidi ſeminis papaueris nigri ſcrupulum ſemis adijcere poſſumus. *Semen papaueris nigri valet ad eũdem effectũ.*

Præſtat eundem vſum Potio hæc ſomnifera, quæ recipit *Alia Potio pro ſomno cõciliando.*
Decoct. lactucæ,
Et portulacæ vehementer expreſſæ. vnc. ij.
Syr. de Papauere. vnc. j.
Specierum Dyamarg. frigidi. drach. j.
m. & detur per 3. horas ſaltem a cena.

Extrinſecùs verò. ℞. Vnguenti populeon. vnc. j. vnguent. roſac. vnc. 5. m. pro iniunct. temporum, & narium. Vel *Cõfert ad cõliandum ſomnũ iniungere tempora vnguento populeonis.*
℞. capit. papau. num. 4.
Lact. Endiu. malu. an. m. j.
Bull. in s. q. aquæ fontis & cum ſpongijs f. embrocationes in commiſſura coronali. *Embrochę ad ſomnum conciliandum.*

Quem etiam vſum præſtat capitis irrigatio cum oleis viol. nenufaris, cucurbitę, & papaueris, cum ſuccis lact. intibi, ſolani, & vmbilici veneris.

Sed hæc omnia ea ratione adminiſtrari debent, vt excitare poſtea poſſimus quem obdormire volumus. *Nota.*

Ad Peruigilium ſpectantia duo occurrunt Problemata.

Primùm eſt, cur homini, qui vigilauerit vox aſperior redditur? Reſpondetur ex cruditatibus, quæ a capite deſtillant; vix enim credibile eſt, quãtum vtilitatis recipimus ex ſomno, præſertim in operationibus naturalibus: & contrà ex Peruigilio infinità damna; inter quæ coctionis ciborum impedimentum numeratur. *Homini qui vigilauerit cur vox aſperior reddatur.*

Secun-

Cur minus memores redduntur, qui noctes deducunt in somnes.

Secundum quod occurrit est, cur qui noctes deducunt insomnes minùs memores redduntur? An quia humores, qui somno erant absumendi congruam siccitatem impediunt.

Curatio Delirij.

DEliratur in Febribus eadem ratione, qua contingit Peruigilium, & propterea curatur eisdem ferè remedijs; Vel pro sedando Delirio (celebratis ligaturis dolorificis, frictionibus, cucurbitulis, quibus feruentes halitus compescuntur) specialiter Oxirodina applicari poterunt.

Oxirodini Formula ad delirium.

Parantur Oxirodina. Vt

℞. Acet. rof. vnc. iij.

Olei rof. & aqu. rof. an. vnc. j. m.

Multa alia remedia pro ponuntur ad delirium sedandum salutaria illa quando casu in quem ea proposita non profuerint.

Quòd si his, quæ diximus Delirium non quieuerit, cucurbitulas furis affigere oportebit, easque scarificare, & plurimùm sanguinis extrahere; atque si ne hæc quoque profuerint, sed vigilia, & Delirium adhuc præualuerint; propè ceruicem cucurbitulæ sunt apponendæ, ac etiam scarificandæ; & vltimò brachijs ipsis, nimirum in eorum parte superiori, quas sanè scarificare, obseruatione compertum habemus maximè esse momenti in hoc morbo, ob venarum, quæ capiti inseruntur naturalem ductum.

Verùm si his omnibus factis Delirium adhuc vrserit, coniectandum est, aliquid iam esse in capite receptum, ac fortasse firmatum, cui non sufficiunt reuulsiones, neque repellentia; sed constat necesse adhuc esse ad ea auxilia, quæ a capite ipso euacuant, deuenire; Quare in tali casu oportebit (vena frontis incisa, aut nasi) quod caput receperit euacuare; & mox idē, per auxilia, quę insensibiliter euacuant, tentare; ob idque addere Oxirodino aliquod discussiorium oportet, vel uti est oleum chamęmelinum; Deinceps verò ad ea, quæ actuali calore, atque natiuo persimili resolutionem moliri possunt, deueniendum est. quem vsum præstant arietis pulmones feruentes naturali calore, quos a remissione caloris decoquere oportet in aqua, adiectis floribus chamęmeli, & sæpius capiti apponere; aut columbarū pullos per dorsum apertos; Item canum catulos eidem parti, &

eodem

eodem modo per dorsum scissos apponere expedit, donec affectio quodammodo subsideat; ac quo magis quieuerit, eo rarius, & mitius his vti conueniet, ne caput ex calore externo maiorem contrahat feruorem, & magis subindè ad se humores alliciat; noštis enim, calorem, & dolorem tanquam cucurbitulam humores ad partem affectam trahere.

Calor. & dolor attrahũt tàquã cucurbitula ad partẽ affectum.

Sed hìc controuertitur, num oxirodinum, & cætera eiusmodi applicanda veniant fronti, an commissuræ coronali. Et breuibus pro terminatione litis dicimus, syncipiti, ac temporibus applicari debere; non verò fronti, vt recentiores practicantes existimant; nam frons dubio procul, (vt doctissimè amatus Lusitanus notat) longè a cerebri regione distat, & ea de causa vulnera illic inflicta non admodum sunt periculosa; quicquid dixerit Hypocrates, his verbis, *Vulneratus in capite si in posteriore parte capitis vulnus habet, diutiore durans tempore moritur; tùm propter ossis crassitudinem: tùm etiam quia paucius cerebrum in hac parte subest, multi mortem effugiunt, plerique qui in posteriore parte capitis vulnerati sunt, quàm qui in anteriori;* Nam ibi Hypocrates, per partem anteriorem capitis intelligit regionem illam, quæ a commissura coronali extenditur versus frontem, quòd si hoc aliter intelligendum esset, falsa proculdubio videretur doctrina Hypocratis, & repugnans rationi; & experientiæ. Non igitur medicamina pro cerebri alteratione, fronti admoueri debent: sed syncipitis potius parti, in toto capite ossa subtiliora continenti, & in qua sutura coronalis est; ob quę medicamentorum vires facillimè penetrant, quæ omnia Galenus animaduertens ita de hac re tradit, dicens. *At verò Regio capitis iuxta sinciput propter laxitatem coarticulationis iuxta coronalem suturam, & ob ossium tenuitatem, & raritatem facile, tum caliditatem, tum frigiditatem omnium, quæ adhibentur pharmacorum intrò distribuit: quare siue refrigerare oporteat ex caliditate ardorem, siue calefacere frigiditatem, aptissimus est capitis iuxta synciput locus,* hęc Galenus, quibus similia annectit lib. 4. methodi c. 6.

Num Oxirodina applicãda veniant fronti, an cõmissuræ coronali.

Centu. curat. 34.

Cap. de vulneribus capitis.

Locus Hypocratis examinatur.

2. Medicam. secundum loca.

Vt igitur medicamentum applicetur, & suam agat operationem, Pili per nouacula, aut forbices prius deponantur necesse

Nota.

est,

est, cæteras verò regulas pro horum medicamentorum adhibitione, vt operanti ante cognitas subticemus, veluti alia plura, quæ hic afferri pro instituto possent: Hoc vnum solummodo ante oculos habendum, quòd quandoque oxirodinum multò olei, quandoque multò aceti componitur, prout magis humectare, vel refrigerare in animo erit; nam oleũ aquæ admixtum, (vt ait Galenus Hydreleum dictum) multò magis penetrat, & humectat, quàm oleum per se solum, & multò magis si acetum illis misceatur, vt Galenus docuit.

2. de simplic. medic facult.

Pro absoluta huius symptomatis tractatione duo adhuc explicanda restant.

Cur tã aqua quã uinum si importunè exhibeãtur delirium in febribus excitare valeant cum inter se cõtraria sint.

Primùm, cur tàm vinum, quàm aqua Delirium faciat, si inopportunè febrientibus dentur, cum hęc inter se contraria sint? Respondetur quoniam vini calor, efferens se se ad partem superiorem, cerebrum cum febre deurit: Aqua sanè, quoniam obtrudit foramina, & iter claudit, quo minùs putris materia valeat exhalare putredinem, febresque auget, & ita in causa est, vt mens de suo statu moueatur.

In secundo maxima videtur cõtrouersia in Galeno; Iste lib. de locis aff. neminẽ vidisse sanum ex ijs, qui floccos euellebant, & festucas carpebant in phrenitide, docet: & tamen lib. acut de seipso loquens, ò amici ne phrenitis me arripiat auxilio estote, respondit illis medicis, qui conuenerant, & alter dicebat ad alterum, vides ne, hunc floccos euellere, & festucas carpere?

Conciliatur Galenus secumipso.

Difficultati occurrentes dicimus, quòd in primò casu Galenus loquitur de phrenitide per essentiam, & profectò semper ista comitatur ad mortem.

In secundò casu loquitur Galenus de Paraphrenitide, de illa scilicet, quæ fit solummodo in statu febris a vaporibus, qui exhalantur ab ambitu corporis, & caput petunt.

Curatio somnolentiæ.

Vnde generetur somnolentia, & quibus curatur in febribus.

EVenit somnolentia, eleuatis ad cerebrum copiosis vaporibus, ibique refrigeratis. Curatur excitantibus, vaporesq; discutientibus, & (præter clamores, bonos, vel malos nuncios, vellicationes, diuersiones) auulsis digitorum pedũ, ac manuum

pilis,

pilis, aut ligatis digitis, aut contortis; ita vt dormire minimè permittatur. Naribus fumi ex sulfure, capillis humanis deustis, ex assa fętida immittuntur. Vel,

℞. Pulegij.
Calamintæ. } an. m. j.
Et origani.
Castorei. ʒ. j.

Mistura ad arcendū somnolētiā aptissima.

Macerentur in aceto acerrimo, & in missa in Phyala offerantur ad odorandum.

Præstat maximum beneficium in hoc affectu, (vt probatissimo vsu compertum est,) cucurbitulas cum scarificatione occipitio affigere, eā parte, qua cutis capillata definit, deinceps eadem oxyrodina capiti sunt admouenda, admixtis a principio, quæ modicè discutiendi vires obtineant, veluti oleum camemeli, & ca omnia, quæ in Phrenitide esse resolutioni proficua, diximus.

Occipitio affixa cucurbitula cū scarificatione somnolentiæ propria sunt.

Hoc est a somno excitant.

Quòd si neque cucurbitulis, neque frictionibus, neque sanguine misso, aut ligaturis affectio quieuerit, neque olfactu ex acerrimo aceto modicè calefacto, vt diximus cum castoreo, obseruatione medicorū doctissimorū. probatum est, & rationi consonum, Hyrudines Hemorrhoidibus affigere (sicuti in delirio incipiente par est) & tantum sanguinis extrahere, quantum facultatem ferre compertum fuerit; præsertim si laborans Hemorrhoides sua spontè habuerit, aut febrilis apparatus crassus, melancholicus, aut pituitosus fuerit; nam huiusmodi humores citiùs, & tutiùs per eas venas, quam per alias, vel sua spontè (nedum Hyrudinum suctu) excernere assueuit natura; Quod sanè auxilium tanti est momenti, vt non solùm quæ diximus præstet bona: sed difficulter in hac febre respirantibus mirè opituletur. Cæterùm si malum adhuc tandem perstiterit, necessum est ad sternutamenta, & alia præsidia, quæ huic affectioni proficua passim apud Auctores reperiuntur, peruenire; noctu tamen, quę somnum vehementer arcent non sunt adhibenda.

Ad arcēdum somnolentia applicatio Hyrudinū venis sedis optulatur.

Habetis causam, locum affectum, & curationem somnolentiæ, circa quarum considerationem septem occurrunt pulcherrima problemata.

Primùm, si cerebrum calidum est; quo pacto vapores condensare

Si cerebrū calidum est quo vapores con-

densare valet & somnum inducere. densare potuerit, & somnum inducere? Respondetur quod cerebrum considerari potest dupliciter; vel ex se, vel in ordine ad cor. Si ex se consideretur, profectò calidum est: si verò in ordine ad cor, frigidum; & sic vapores calidos exhalatos a corde refrigerare habuit, & somnum inducere.

Lactuca cur somnũ inducit cum frigida sit & euaporatio calore indiget. Secundum si lactuca frigida est, & euaporatio calore indiget, cur somnum lactuca inuehit? Respondetur, quòd & si lactuca frigida sit, attamen vaporosa est, & alieno calore vaporem edere valet.

Si ex humiditate somnus educitur, quare Ethyopes somnolentia sint aridi ex natura. Tertium, cur Ethyopes, suaptè natura aridi, somnolenti sint, maximè per æstatem; quãdo Galenus, & Celsus humidos somnolentos esse, siccos verò vigiles, testentur? Respondemus quòd pituita, in ijs cõgesta per hiemem, calore æstiuo dissoluitur, petit caput, a cerebro condensatur, descendens occludit meatus, & dum prohibet spiritibus animalibus transitum, somnum inuehit. Ex quo Aristoteles, *Id euenire corporibus nostris, quod in magno mundo euenit, in quo sicut vapores eleuati in aërẽ a frigore condensantur, & in pluuiam vertuntur, sic fieri in homine, scilicet eleuari vapores ab ambitu corporis, & a cerebro concretos, demum precipitari in partes infernas.* *Lib. Meteororum.* Vel dicatur quòd etiam si Etyopes, per se calidi, & sicci sint, per accidens verò humidi esse possunt; quatenus scilicet humidum, & frigidum ventriculum habent, per consensum viscerum calidorum hepatis videlicet, & renum.

Qua de causa somnus quandoq; debilitatem auget cũ sit laboris perfugium. Vnde est, quòd somnus qui est laboris perfugium post nimiam corporis exhinanitionem augeat debilitatem? An quia calor per somnum intrò includitur, & sic partes extimæ remanent priuatæ calore, & debiles.

Cur interdũ somnus grauibus morbis laborantibus perniciosissimus existit. Cur somnus grauibus morbis laborantibus interdum perniciosissimus existit? An quia per somnum calor introducitur, & secum ad partes nobiles excrementa maligna allicit; Indè Hypocrates, *In quo somnus laborem facit lathale.* *In Aphor.*

Sudor a somno vnde proueniat. Quæ causa est, vt nonnulli, vbi se somno tradiderint, confestim sudant? An quia calor intrò euocatur per somnum, & humores, quos veluti compræhensos tenebat, diffusi per cutim elabuntur, & id maximè accidit, si corpus excremẽtis repletum fuerit.

fuerit. Ex quo Hypocrates, *Sudor multus ex somno factus absque causa manifesta, corpus vti pluri cibo significat; si verò cibum non accipienti hoc accidat, scire oportet, quòd corpus euacuatione indiget.* 4. *Aphor.* t. 41.

Quare ij, qui se multò, ac præsertim vario cibo ingurgitarũt somnum ægrè capessunt? Respondetur quia, vt ignis congestu lignorum obruitur, & suffocatur, sic calor a copia, & varietate ciborum; indè tardè concoquit,& tarda oritur euaporatio,tunc frequens eructatio halitum recta via in sublimè rapi non sinit. *Cibus multos ac varius quare somnũ turbulentum causetur.*

Curatio doloris capitis.

DOlet etiam caput ex calidis vaporibus occasione febris eleuatis,ac propterea curatur curatione peruigilij, & delirij.

Curatio Vomitus.

VOmitus fit symptomaticè,aut criticè bile, aut alio humore ad os ventriculi vergente; Curatur si fuerit symptomaticus reprimentibus dictorum humorum impetum; talia autem sunt stiptica interna,& externa iam dicta. De eo loquẽs Celsus hæc habet; *Vomitus vtilior est hieme,quàm æstate,vtilis est plenis, & biliosis omnibus:inutilis est gracilibus,& imbecillum stomachum habentibus:commoneo tamen, ne quis,qui valere, aut senescere volet, hunc quotidianum habeat.* Et hæc breuiter de febrium symptomatibus dicta sint satis. *Vomitus qui bus conferat, & quando.*

De Ephemera exquisita.

EXquisita Ephemera nomen habet ab ordinario tempore solutionis; soluitur enim vt plurimùm ad vigintiquatuor horas circiter,ex Galeno;Ferturque,nomen habuisse ab Ephemero, quod (narrante Phylosopho) nascitur apud fluuium hyspanum, qui ab Europæ parte in pontum influit, & viuit vno die; Nam oritur oriente Sole,viuit vsque ad occasum, noctẽ nescit, & ante solis ortum moritur; Potest autem Ephemera definiri quod sit calor accensus in corde, & ratione ipsius in to- *Ephemera vnde nomen habuit.* 4. *Aphor.* 55. 10. *Methodi.* c. 1. 4 *de Historia animal.* c. 19. *Definitur Ephemera.*

to corpore ex ſpiritibus præter naturam calefactis natus, & vnius diei ſpatio extinctus.

Particulæ definitionis explicantur. In qua definitione (præter genus, & ſubiectũ principale) ponitur primò materia, & eſt ſpiritus. Secundò modus, & eſt accenſio: Tertiò ſpatium & eſt vnius diei. Circa materiam

Notandũ 1. Notandum primò, iure a medicis conſtitutum eſſe, materiam Ephemeræ eſſe ſpiritum; nam cum febris hęc adeò celeriter ſoluatur, tenui fomento, quale eſt ſpiritus, conſtare debebat; *1. de diff. feb. c. 3.* Tenue enim (inquit Galenus) eſt, quod facilè alteratur, facilèque ad priſtinam temperiem reddit. qua ratione docemur Hypocratem indagare aquæ leuitatem, ſeu tenuitatem.

Notandũ 2. Notandum ſecundò, quòd ſiue ponantur ſpiritus ijdem ſpecie; ſiue diuerſi, conſtat omnes ita indifferenter eſſe aptos ad accenſionem, vt accenſo vno neceſſariò coaccendatur alter. Hinc *Loc. cit.* Hypocrates, & cum eo Galenus non de vna differentia ſpiri- *Fen. 1. 4. trac. 1. cap. 1.* tuum: ſed de pluribus loquuntur, ſic etiam Auicennas in definitione febris, non de vna operatione læſa, ſed de pluribus (vt *Omnes ſpiritus in Ephemera accedũtur, ſed primo ſpiritus vitales.* diximus) loquutus eſt. Probabiliter tamen teneri poteſt, in Ephemera primò accendi ſpiritus vitales, conſequutiuè verò alios; quod probatur partim quia in Ephemera nullum eſt euidentius nocumentum, quàm in pulſu; cuius ſedem eſſe cor, iam demonſtrauimus: partim etiam quia, ſiue fiat ex animi affectibus, ſiue ex cauſis externis facillimum occurſum habet ad cor: Tum tandem quia, ſicut vitalis ſpiritus vim adhibet omnibus animalibus functionibus; ita ex generali virium nocumento, aſſerendum erit affectum primario eſſe vitalem ſpiritum.

Quoad modum requiritur accenſio, ſiue præter naturalis calefactio, de qua ſupra; in præſenti ſatis erit dicere, quod *Ephymera non ſupponit ſpiritus putrefactos.* Ephemera (vt infra demonſtrabimus) non requirit ſpiritus putrefactos.

1. ad glauconem c. 7. Quoad ſpatium definitur ſpatio 24. horarum, quas Galenus appellat Orizontales, ſeu Equinoctiales. quo pacto primo de diebus decretorijs, naturalem diem definit vnà cum die cõ- *Ephemera exquiſita ĩ quo differat a nõ exquiſita.* prehendens noctem: ad differentiam ſcilicet diei medici, quem conſtare ait paulò plus viginti duabus horis, vt diſtingueret *8. Methodi.* Ephymeram exquiſitam a non exquiſita. ex quo Galenus mea

Ephy-

Ephemeram exquiſitam ideo differre a non exquiſitá docet, quia exquiſita a cauſa non dependet, ex quo conuenit cum hectica: contrà non exquiſita a ſua cauſa fouetur, & hæc eſt ratio potiſſima cur Ephemera exquiſita ſpatium vigintiquatuor horarum non pertranſeat: ſpuria verò ad tertium vſq; diem prorogetur, & magis, ſi vltea cauſa perſtiterit. Et hæc quoad definitionem.

Cur Ephemera exquiſita ſpatiū 24. horarū non pertranſit nō exquiſita verò exiēditur vſque ad tertiū diem.

Cauſa.

NVmerantur inter cauſas res externæ, internæ, & habilitates ægrotantis.

Externæ cauſæ ſunt omnes, quæ calefaciendo, & exiccando ſpiritus accendere valent, & Ephemeram procreare, vt aër natura, vel anni temperiè, cœli conſtitutione, vel vicinitate minerarum calidarum, calidus, & ſiccus; Potus vinorum generoſorum, frequens, & copioſus. Cibi, vt inter carnes vulpinæ, leporinæ, & ſimiles per ſe, vel conditę cum copioſis aromatibus. Inter plantas Feniculus, Petroſelinum, mētha, nepeta, & eiuſmodi. Vigiliæ diuturnæ, & cum animi ſollicitudinibus, motus laborioſus per loca calida, & ſicca; Excretiones immoderatæ, vel retentiones calidorum excrementorum; Et inter animi affectus ira, triſtitia, omneſque animi paſſiones immoderatæ, de quibus Galenus. *Sunt autem hæ tantummodo* (loquens de cauſis Ephemeræ) *ſpiritus paſſiones abſque humorum putredine, aut membri inflammatione, niſi inflammatis inguinibus accidant, earum verò generationes occaſiones ſunt vigiliæ, triſtitia, timor, ira, curæ, deuſtio, motus laborioſus, ebrietas, & quæcumque ſimilia*; Idem teſtatur Auicennas, necnon Ætius.

Cauſæ externæ febris Ephymeræ recenſentur.

2. de creſibus cap. 13.

4. canon. c. 5. Serm. 5. c. 58.

Inter habilitates ægrotantis enumerantur temperamētum, natura calida, habitus macilentus, ſexus maſculeus, ætas iuuenilis, Regio, vel Domus calida, & ſicca.

Interna verò cauſa nulla eſt in Ephymerá, quia (vt dicemus) eſt febris immaterialis.

Signa.

Signa.

SVmuntur signa Febrium omnium a quinque capitibus; a calore præter naturam videlicet, a temporibus accessionũ, a symptomatibus, pulsu, & vrina.

Calor Ephemeræ qualis. Quoad primum calor Ephemeræ, nec mordax, nec acer est, qualis esse solet in laborantibus febribus putridis, aut febre hectica; nec siccus, vt obseruatur in quartanarijs; non copiosus, sicut esse solet in febribus sanguinis: sed suauis, & mitis, vt si carnem humidam, & aqua perfusam, ac modicè calefactam tangeremus. & vt (ait Auicennas) qualis esse solet calor sanorum corporum, quæ laborem, aut iter, aut cursum fecerint. *Cit. 4. can. c. 8.*

Ephemera inuadit absque signo refrigerationis non tota simul sed leniter præcedente lassitudinis sensu. Quoad secundum incipit Ephemera non cum rigore, aut signo aliquo frigefactionis, sicut incipiunt febres putridæ intermittentes; nec tota simul, sicut synocus, febris ardens: sed leuiter, præcedente lassitudinis sensu, & oscitationibus, & perdurat vigintiquatuor horas circiter plus, aut minùs, prout æger magìs, vel minùs errat, vel prout maior, vel minor febricitandi occasio fuerit; *Soluitur Ephemera vaporoso sudore.* soluitur leni, vaporosoque sudore, non fetido, neq; valdè in suaui per totum corpus manante; Quæ sanè conditio non paruam dubitandi præstat ansam; Quanam ratione (cum certum sit, hanc febrem ab humore non dependere) in earũ declinatione copiosus erumpat sudor? conditio profectò putridis magis propria. *Difficultas proponitur si Ephemera ab humore non depende qua ratione vaporoso & suaui sudore soluatur.*

Cui respondendum arbitror, haud secus in his sudores fieri, ac in sanis corporibus, & inculpatis ab immoderato, & calorifico exercitio; nã cum eo tẽpore corpus vniuersum incalescat, facilè (attenuatis, & ad cutem euocatis succis) mador erumpit. sic profectò a spiritibus calefactis in arterioso, & venoso genere corpus vtique, & humores incalescunt & consimili ratione sudor erumpit ab incremento ad declinationem vsque febris.

Symptoma, quæ Ephemeram comitantur. Quoad tertium Ephemera, vel nulla, vel pauca, & omninò parua habet symptomata; vt modicam lassitudinem, modicam sitim, paruam inappetentiam, lenem dolorem capitis, Peruigilium non valdè molestum: cæterùm, nec vomitum habet, nec dolorem aliquem valdè vehementem.

Quoad

Quoad quartum, vt legitur apud Galenum, Ephymera hoc proprium habet, vt pulsus nec inordinatos, nec inæquales euidenter habeat; sed modicè mutatos ad magnitudinem, celeritatem, & frequentiam, hos enim pulsus dicemus ab vsu aucto, a facultate robusta cum instrumenti obedientia procedere.

1. de diff. feb. c. 7.
3. de præsag. ex puls c. 4.
Pulsus Ephemera.

Nec valet argumentari cum Erculano: Ex inequalitate pulsus deducitur putredo ex Galeno, sed per eumdem Galenum hæc inęqualitas reperitur in Ephęmera. ergo; Nam huic obiectioni idemmet Galenus occurrit, qui asserit per inæqualitatem, intelligendam esse illam in Ephemeris, in qua maior est velocitas in pulsu secundùm Dyastolem, quàm secundùm Systolem: Contrà in putridis, quæ maior est secundùm Systolem, quàm secundùm Dyastolem; excceptuato interuallo tertianæ exquisitæ, vbi ex toto aboleri velocitatem in Systole (proximè cit. loco) Galenus docet. Et ratio est, quia non adest putredo, nec succus putrescens, & ideo maior est necessitas refrigerandi caliditatem cordis, quàm expellendi fuligines, sicuti etiam est in Ephemera.

Difficultas ponitur.
1 ad glaucon. 8.
3. de præsag. & puls. c. vlt.
Ad difficultatem respondetur.
In quo differat pulsus Ephemeræ a pulsu febris putridæ.

Differt tamen Ephemera a putrida quamuis intermittenti; quia in Ephemera (Galeno pręceptore) nō perseuerat hæc inęqualitas: perseuerat autem in putrida; & ratio in promptu est, quia calor sicuti in spiritibus facilè accenditur, sic etiam de facili euanescit: in humoribus verò licèt tollatur febris, excernatur succus putrescens, nullaque adsit putredo, aliquid tamen feruoris ignei in ipsis remanet, quod est in causa, vt in pulsu remaneat inæqualitas febrilis, quæ non obseruatur in Ephemera, cum talis sit in ipsa pulsus, qualis in sanis erat; Inde Galenus *Proprium est Ephemerarum, quod inæqualitas febrilis vndique cesset.*

3. de præsag. ex pulsib. c. 5.
Pulsus inæqualitas cur ī putrida perseuerat nō autē ī Ephemera.
1. ad glauc. c. 2.

Quoad vltimum vrinæ nullam prauitatis notam significāt; non enim crudæ, nec valdè crassæ, atque tenues sunt: sed naturalem conditionem seruant, colorem tantùm referentes, veluti vrinæ eorum, qui diutiùs a cibo abstinuerint, flauitiem scilicet euidentiorem, quàm soleat esse in sanis. Inde, secundum Auicennam & Galenum, differt a putrida. qui quidem Authores clarissimis verbis docent, Ephymeram a putrida differre a lotio,

Ephemerarū vrinę quales.
1. de diff. feb. 7.
Ephymera a putrida differt a lotio.

tio,

& à lingua nigredine. tio, & a linguæ nigredine: a lotio quidem, nam febris putrida est materialis; vnde non incipit a materia cocta, sed a cruda; quare in prima die non apparẽt coctionis signa, quæ manifestò obseruantur in Ephemera. Ad hæc supposita est lingua pulmonibus, in quibus cum fiat febris putrida, facilè vapores sublati in fauces recipiuntur a lingua, & nigrescit, quod signum nemo obseruauerit in Ephemera; Est enim lingua corpus spôgiosum, & propterea susceptibile peregrinarum qualitatum, hinc iure linguam in febribus spectari debere Aristoteles docet, & cum eo Hypocrates; Probatum ergo remanet, Ephymeram putridam non dari, posse tamen ex aere pestilenti inspirato affici adeo spiritus, vt ad mortem laborantes spatio 24. horarum (subsequente syncope) perducat, vt obseruatũ fuit aliquãdo Romæ, in vltima pestilẽtia, quæ grassata est, in qua quidem homines videbantur esse sine morbo, attamen spatio 24. horarum moriebantur copiosissimo cum sudore. quæ pestilentia, quoniam frequens est in Anglico, ideo etiam vocatur sudor Anglicus.

3. & 4. sect. probl. probl. 34.
4. Epidemiorum.
In febrib. omnibus putridis linguam spectari debere docent Hypocrates & Aristoteles.

An in huiusmodi Ephemera pestilenti putrescant spiritus, necne varij varia; Ipse in ea opinione sum, alterari potuisse ex qualitate venefica, & corrumpi spiritus ex immoderata euacuatione sudoris, non tamen putredine affici. Et ne hoc videatur a me gratis esse assertum. Consideretis quæso primum spiritus. Causa hæc venefica potest calefacere spiritus, hoc non debet negari, quia aliter sensum ipsum negaremus; potest ipsos ponere in calefacto esse, cum sint magis dispositi, quàm aliæ partes sint. Quando occurrit causa hæc putrefactiua venefica, non ne in ipsos agere debet? nemo certè sanè mẽtis vnquam hoc etiam negabit. Præterea, cum Galenus velit, febrem pestilentem fieri ex pestilentis aeris inspiratione hic aer non ne potest agere in spiritus? eos igitur calefaciet, eorumque proprietates plurimùm lædet, eo quod aer veneficus proprietatẽ habet maximè spiritibus aduersariam.

Spiritus in Ephemera pestilẽti alterãtur, & corrũpũtur, nõ tamen putredine afficiũtur.

1. de diff. fel. 3.

Ex his igitur manifestò deducitur, dari febrem pestilentem Ephemeram. Verum licẽt detur febris pestilens Ephemera, non datur tamen Ephemera putrida, quia licẽt fiat ex causa putrida

Ephemera pestilens, licet fiat ex causa

putrida venefica, nõ fit tamẽ ex ipsa, quatenus est putrefaciẽs, sed quatenus calefaciens, atque lædens proprietates spirituum. & in hoc errarunt Altimarus, Vallesius, & alij (sit pace eorum dictum) qui docuerunt, corrumpi, atq; putrefieri spiritus; Ideo hoc cognoscens Galenus, voluit febrem hecticam, & putridam fieri ex putredine, Ephemeram verò nequaquam; Vnde probat dogma illud antiquorum asserentium, omnes febres fieri ex putredine, exceptis Ephemeris, quæ non fiunt ex illa putredine. Excipit Galenus Ephemeras secundùm sensum iam dictum, nempè non quod Ephemera non possit fieri ex causa putrida; sed quod non possit fieri ex causa putrida putrefaciente.

putrida venefica, non fit tamen ex ipsa, quatenus est putrefaciens, sed quatenus calefaciens.

Error Altimar. & Vallesii.

1. de diff. feb. c. 5.

Explicatur locus Galeni 1. de diff. febr. cap. 5. qui cum asseruerit, Ephemeram non fieri ex putredine (sumpta occasione a febre pestilenti), dicit, cum fit Ephemera ex Bubone, dubio procul fiet ex materia putrida; eo quod in loco inflammato putrescit materia, verùm a loco putrido circumscribitur; ita vt nihil putridi petat cor, sicut in putridis febribus. vnde Ephemera ex inflammatione, ex materia putrescente fit quidem, tanquam ex causa calefaciente. Quòd hoc sit verum patet, quoniam dicit Galenus, communicatur caliditas per partem post partem cordi; si enim communicaretur putredo, tunc febris illa esset putrida. Propterea cõstitutum sit, febrem pestilentem Ephemeram fieri ex causa calefaciente putrida: alioquin enim non esset febris. atque lędente proprietates spirituum: alioquin non esset pestilens.

Locus Galeni 1. de diff. feb. explicatur.

Sed obijciet aliquis, si causa & putredo hæc venefica potest calefacere, putrefacere, & lædere proprietates; cur est quod in Ephemera calefacit, læditque proprietates solùm, non autem putrefacit, vt in hectica, & putrida.

Vnde est, q̃d causa malefica in febrib. pestilentialibus calefaciat & lędat proprietates spirituum nõ tamẽ illos putridos reddat.

Ad hanc difficultatem respondemus; quoniam agens agit secundùm dispositionem passi. non possunt putrescere spiritus, quia putrefactio fit a calore extraneo rarefaciente humidum, & euocante calorem corporis putrescentis, cum quo etiam humidum euocatur; quare oportet vt sit caliditas insignior in calore putrefaciẽte, quàm in substantia, quæ putrescit; hinc ignis non putrescit, vt dicit Aristoteles. ideo cum calidissimi sint

Respondetur ad difficultatem.

4. Meteororũ circa initia.

ſpiritus ita vt nihil ijs ſit calidius, hac ratione non poſſunt putreſcere. Et purum figmentum eſt illud Altimari, qui ait, ſpiritus putreſcere, eo quod reddantur impuri, ratione aeris peſtilẽtis. Hoc inquam eſt merè chimericum, quia maligna hęc materia, quando miſcetur cum ſpiritibus, tunc agit quidem in ipſis, ſed cum ſint calidiores non poſſunt ab ea putrefieri corruptiuè, ſed ſolum alterari. Doctrina hæc eſt Galeni, qui diligenter de noxa ſpirituum agens, *ſpiritus* (ait) *vel alterari, vel corrumpi* : &, (declarans quomodo alterentur) ſubdit, *ex ſuccis vitioſis, ex aere peſtilenti, ex venenis, ſiue ex animalibus, ſiue quomodocumque exinanimatis deſumantur*.

12. Me hodi c.5.

Spiritus facilè diffiantur & cũ tenuiſſimi ſint ob ſtructionẽ nõ generãt ideo incorruptibiles perſtant. Cit. 1. de diff. febr. cap. 7. Ad putredinem quæ res requiritur. Rõnes Valleſii quibus probat, ſpiritus putrefieri nõ concludunt. 4. Metheor. c. 4.

Tandem ex natura Rei patet, ſpiritus non poſſe putrefieri; quia ad putredinem obſtructio requiritur, quam nunquam facient ſpiritus, tenuiſſimi cum ſint, & facile diffſentur. quod conſiderans Galenus, febrem Dyariam exemplo lapidum, & aliorum, quæ alterari poſſunt, & non putrefieri demonſtrauit. Prętereà ad putredinem requiritur quies, quam ſpiritus non habent. Adde, materiã putredinis (vt iam demonſtrauimus) eſſe humiditatem excrementitiam, quæ in ſpiritibus non reperitur; cum ad igneam accedãt naturam; Nec quicquam contrà noſtra ſententiam Rationes Valleſij concludunt Ex Ariſtotele. Primum enim argumentum Valleſij oſtendit ipſum non benè aduertiſſe ea, quæ docet Ariſtoteles, eo enim in loco non ſentit, omnia alia corpora ab igne putrefieri; nam benè ſcit Ariſtoteles, ferrum, lapidem, elementum terreum, quod ſummè ſiccum eſt, non putrefieri, ſicut nec alia ſimilia corpora, quæ multum ſicca ſunt; Non erit ergo bona hęc conſequentia, ex Ariſtotele omnia putrefieri poſſunt præter ignem, ergo ſpiritus putrefiẽt.

Reſpondetur ad textum Ariſtotelis, & ſenſus eius declaratur. Cur ignis nõ putreſieri nõ valeat.

Ad Ariſtotelem ex ſerie contextus reſpondendum eſt; In eo enim cap. 1. agit de generatione, quam dicit fieri a calido, & frigido; quia calidum frigido temperatum (quod eſt calidum innatum) generationem efficit, permiſcendo humidum cum ſicco, & ita igneum elementum eſt agens, quod permiſcet: at alia elementa ſunt materia ignis, quia cum permiſcentur, ab eo patiuntur, & ideo poſſunt putrefieri, cum ignis victus non poteſt gubernare mixtionem, cum autem vincit non fit putredo;

vnde

vnde ignis non potest putrefieri, quia est agens: benè alia, quæ sunt materia ignis. Videat ergo Vallesius, quàm longè a mente Aristotelis proponat propositioné, quæ simpliciter prolata falsa est; nisi contextus antecedentia, & consequentia aduertamus.

Secundum argumentum Vallesij tale est. Aer potest putrefieri, ergo & spiritus. Probat antecedens experientia: consequentiam verò ex Galeno, qui in lib. an sanguis in arterijs contineatur, spiritum esse aerem crassiorem scribit, ac perindè oculis videri. quod autem crassior sit ostendit, quia fit concoctione ex ipso aere: at coctio incrassat.

Ad argumentum respondemus negando consequentiam; in cuius confirmationem duo affirmat Vallesius. Primum est ex Galeno, spiritum esse crassiorem aere; secundum, spiritum videri. Quæ duo falsa sunt. Primum quia spiritus crassior est (non aere, vt vult Vallesius) sed æthere, vt eo loco docet Galenus, hoc est aere purissimo ex quo fit; nam ex tenuissima aeris parte, & vaporis sanguinei etiam tenui parte spiritus generationem obtinere in corde, omnes vno ore ex auctoribus classici concludunt; Concoctione (quæ etiam si incrasset) nō proindè dicendum est, spiritum esse crassiorem aere, sed tenuissimū, quia ex tenuissima aeris parte generatur. Vnde hæc consequentia non valet, aer putrefit, ergo & spiritus: Atqui aer quietus potest esse in vno loco, habetq; continuitatem, & humiditatem, & sic potest putrefieri, quæ omnia deficiunt spiritibus, vt diximus. Secundum quod Vallesius scribit, nempè ex Galeno, spiritum videri, ibi ostendit pertransennam legisse illum libellum, in quo Galenus contra Erasistratum disputans probat, spiritum solum non contineri in arterijs, hac prima ratione; si spiritus solus in arterijs contineretur, videremus cum exire; id colligeremus ex concidentia arteriarum, quod similitudine possumus ostendere in vtre, in cuius compressione solemus dicere, nos videre aerem ex eo egredi. Videant ergo, qui spiritum videri ex Galeno affirmant, quantum a veritate aberrēt; Aliud enim est dicere, videri spiritum, & aliud videre spiritum exire; hoc enim vltimum signo prædicto possumus intelligere;

Nec spiritus crassior est aere, nec oculis cernitur vt Vallesius docet.

Cur aer possit putrefieri minime verò spiritus.

Iam si tam acutè videant, vt eis non lateat spiritus, dicant nobis quæso Vallesiani eius colorem, aut ipsum ostendant nobis; hoc enim sensu, non ratione debet probari.

Prognostica.

EPhemera non est dubium, quod secundùm se sit salutaris, & breuis: negandum tamen non est, quin in peiores species transmutari possit. id autem fit (Auctore Galeno, & Ætio,) aut ob errorem medici, aut ægri, qui dum parce nutriuntur, & natura calidi & sicci sunt, in hecticam incensiuam incidunt: dum victu pleniori, quàm par sit, in febrem putridam. Opinioni Galeni, & Ætij adhæret Auicennas, qui contestata profert *Homines, quibus maximè nocent febres Ephemeræ sunt calidi, & sicci, qui ad hecticam citò perueniunt, aut calidi, & humidi, qui in febrem putridam incidunt.*

6. De crisibus c. 13.
4. aphor. com. 50.
Serm. 5. cap. 58.
4. canon. c. 5.

Curatio.

AD Ephemeram regulariter curandam oportet ante alia inspicere causam; illamque tollere; nam ea permanente febris tolli non poterit. Si igitur sit ex aliquo animi affectu, affectus ipse cōcilietur: si ex labore aliquo, aut itinere, ante omnia a labore ipso se abstineat: sic etiam si febricitet occasione habitationis calidæ, & siccæ, vel habitatio permutetur, vel refrigerantibus, & humectantibus corrigatur: si a cutis constipatione, leniter ea erit aperienda, quod fieri iubet Galenus 8. methodi cap. 2. balneis, quorum vsus quia iam prætermissus ferè est, loco illorum, olio aliquo aperiente vtendum, vt amigdalarum dulcium, chamęmel. rosat. & eiusmodi: Si ex fame, considerandum est, quod monet Hypocrates; an scilicet longa fuerit, an breuis; docet enim Hypocrates, quòd si corpora fuerint longo tempore extenuata, lentè reficienda sint: quæ verò breui, breuiter. Sic etiam, si a plenitudine prouenerit, ea inhanitio tentanda erit, quæ plenitudine satisfacere possit. Si tandem ex dolore aliquo, prius dolor leniendus erit, lenientibus scilicet dolorem, aut Anarcoticis, prout opus fuerit. Adhibita igitur diligentia, quoad causas, intemperies febris corrigenda

2. aphor. t. 7.
In aphorism.

da erit alimentis,& medicamentis internis,& externis. Et quoniam nomine alimentorum intelligitur tota victus ratio comprehendens sex res non naturales. Aer natura scilicet frigidus, vel artificio aliquo humidus eligatur. Potus sit vinum oligophoron. Cibi sint parci, tenues, boni succi, & ad frigidum, & ad humidum inclinantes; vnde vel abstineat æger a carnibus, vel eas in modica quãtitate edat laudabiles, etiam in principio accessionis, dummodo febris ortum duxerit ex labore, vel angustia, iuxta illud Auicennæ; *Necesse est in principio febris cibare, qui patiunt Ephemeram ex labore, & angustia:* & Galenus, *cum adhuc inuasura sit febris, vel cum incipit.* Inter plantas cicorea, borago, buglossa, lactuca, endiuia, & cucurbita cum amigdalarum lacte condite exhiberi poterunt. Cauendum autem ab oleo est; tùm quia de facili accenditur, tùm etiam quia de facili adhæret poris eosq; constipat; Inter cerealia far, hordeum, & Rixum elixa modo dicto concedantur; inter fructus axarolæ, & pruna laudabilia, & pira. Somnus concilietur internis, & externis somniferis iam dictis. Quies comendanda erit præsertim, quousque sudoris indicia appareant; Excretiones ordinariæ suis instrumentis prouocentur, & vt lenium clysterium, quibus frequenter vtimur forma habeatur.

Victus ratio instituitur in Ephemera.

In principio accessionis q. Ephemera tenetur cibari porterunt & quando.

4. canon. c. 9. 10. Meth. c. 5.

℞. Parietar.
Maluæ.
Matr. viol.
Et furfur. ad m. j.

Lenium clysterium formula.

f. decoct. in s. quant aquæ fontis, de qua ℞. lib. j. & adde.
Olei comun. ℥. iij.
Salis communis ʒ. j. m.

Vel.
℞. Dictæ decoct lib. j.
Olei rosati.
Et sapæ. an. ℥. ij.
Zuccar. rubr. ℥. j. m.

Concilientur quoque animi affectus. Quoad medicamenta intrinsecùs exhibeantur refrigerantia, & humectantia, quibus vsi fuimus ad tollendam sitim. Extrinsecùs verò in certis partibus,

in

in quibus intemperies febrilis magis vigere videtur, refrigerantia etiam dicta imponantur.

Ex his habetur modus etiam curandi reliquas Ephemeras non exquisitas. Atqui Ephemeræ, vt Ephemeræ eadem conuenit curatio: prout verò varijs ex causis oritur, vario indiget auxiliorum genere. Causæ autem Ephemerarum (vt diuisio sit bimebris,) bifariã capi possunt vno modo vt pertinent ad corpus: alio verò vt spectant ad ea, quæ de foris accidunt. Quantum ad causas ad corpus pertinentes, cum per corpus intelligere oporteat corpus animatum, ob id causæ sunt in duplici differentia, vt magis pertinent, vel ad animam, vel ad corpus. Si ergo magis pertinent ad animam, oriuntur Ephemeræ, vtpotè ex ira, vel timore, ex tristitia vel gaudio, ex cogitatione vel tranquillitate, ex somno vel vigilia: si autem magis pertineant ad corpus sunt vel actiones, vel opera: si actiones fit Ephemera ex labore, otio, euacuatione, dolore, fame, siti, & syncopi: si autem sint opera, erumpit Ephemera ex oppilatione nauseatiua, satietate, Apostemate, & cutis densitate, sed quæ fit ab interna causa. Hæ ergo sunt Ephemerarum species vniuersæ, de quarum etiam essentia, cognitione, & curatione doctissimè doctrina, qua pollent Galenus Paulus, Ætius, nec non Alexander ex professo tractarunt. ad eos ergo recurrere ne pigeat locis iam citatis.

1. de art cura tura ad glauconem c. 3. Lib. 2. c. 15. Serm. 5. c. 59. l. b. 5. cap. 1.

Curationem Ephemeræ pestilentis infra instituemus, cum de febre pestilenti. vbi etiam differentiam explicabimus, inter Ephemeram, & hecticam pestilentem.

De Synocho non putri.

Continetur non putris Synochus in genere Ephemerarum (vt auctor est Galenus,) & meritò, nam cum nec sit hectica, nec putrida, locum solùm habebit inter Ephemeras. Et anteomnia

Aduertatur primò. Aduertatur breuiter, quoad nomen, quòd vt habetur ex eodem ibidem, nomen hoc barbarum est; non enim Synochus, sed synecus dici deberet; dicitur enim Synochus ab echo, quod significat teneo, & syn; quæ est nota coniunctiua, vnde Synoch: hoc *Synochus vnde habeat nomen.*

hæc est continens dicitur, sita appellatus, quòd vnicam accessionem contineat.

Aduertatur secundò, quòd hodierni practicantes ex sanguine febres distinguunt; cum enim sanguis putrescit, febrem masculino nomine Synochum appellant: cum verò extrà putredinem, sua tantum copia febrem excitat, eã fœmineam Synochã vocant: Verum extrà Galeni, græcorumque medicorum omniũ mentem, qui has duas febres sub vno synochi, aut synochæ nomine complessi sunt, quòd harum accessio ab initio ad finem vsque duret, nec priusquam ex integro febris deficiat, cesset, vt diximus. *Aduertatur secundò.*

Definiri potest synocha, quòd sit calor accensus in corde ex humoribus omnibus præter naturam calefactis natus, trium, aut quatuor dierum spatio extinctus. In qua definitione præter genus, ponitur primò materia, & sunt omnes humores. Secundò modus, & est calefactio. Tertiò spatium, & est ternio, aut quaternio dierum. *Synocha definitio.*

Quòad materiam docet Auicennas, synceram sanguinem, & actu excludentem alios humores non dari, his verbis. *Qui solum sanguinem dicit nutrire mentitur, si solus sanguis corpora nostra nutriret omnia quoad temperiem similia forent*; Et quòd idem significet nomen humorum omnium per Auicennam, quod significat sanguis, & contrà; & consequenter, quæ de vno dicuntur, dicuntur quoque de reliquo, quod etiam testatur Galenus multis in locis, & est communis opinio medicorum, paucis exceptis. *Non datur sanguis syncerus actu excludens alios humores.*

Quoad modum in hac febre, humores non putrescunt, sed præter naturam incalescunt, quoniam vel non erat in humoribus ad putrescendum aptitudo, vel causæ non fuerunt tantæ efficaciæ, vt putredinem inducere valuerint; Ex quo Galenus. *Re tantum est Ephemera: nimirum febris illa sanguinea, quæ dicitur synocus sine putredine, nomine autem non est Ephemera, quoniam excedit diem*; Est autem re Ephemera, quia ex feruore remisso sanguinis in toto, accenduntur spiritus in corde existentes, quibus accensis fit febris, cuius caliditas communicatur toti corpori, & ideo cum caliditas totiùs pendeat ex feruore *6. Methodi c. 1.* *Cur synoca non putris nomine, non sit Ephemera, sed Re.*

spiri-

ſpirituum, ſequitur febrem hanc eſſe re vera Ephemeram.

Quoad ſpatium, tanto diuturnior eſt febris hæc, quam exquiſitam Ephemeram appellant, quantò ſanguis craſſior eſt ſpiritu.

Obiectio. Sed contrà inſurget aduerſarius, & dicet, ſupradictam doctrinam eſſe falſam; quoniam aſſerit Auicennas, febrem hanc eſſe humoralem, vt ob id dixerint quidam, dari quartum genus febrium. Atque præter Auicennæ dictum, idem videtur ſuadere rei ratio; nam cum maſſa ſanguinea principaliter accendatur in hac febre (qua accenſa efferueſcunt deindè ſpiritus cordis) ideo febris hæc non debet dici re Ephemera, ſed potiùs humoralis.

Ad difficultatem respondetur. Facillimum eſt huic difficultati ſatisfacere: licèt quidam impoſſibile id eſſe putent; nam quando pleura inflammatur, adeo vt febrem pariat, quæ pleuritica dicitur; quid eſt illud, quod primum afficitur? Equidem ſi loquamur de inflammatione ratione ipſius primum, & principaliter afficitur pleura: at ſi loquamur de febre, primum quidem afficitur pleura, principaliter tamen afficiuntur humores; ſi enim non poteſt eſſe febris pleuritica, & putrida non principalis, niſi a loco inflammato emanet fuligines putridæ, quæ petunt cor, & cordis humores inficiant, quibus calefactis, ſubſequitur deindè febris, quæ fieri non poſſet, niſi humores ita calefierent. ideo hoc multò magis dicendum eſt de febribus principalibus.

Quapropter ad dubitationem propoſitam dicimus cum Galeno, ſynocham ſine putredine eſſe febrem re quidem Ephemeram; quia licèt maſſa ſanguinea primùm afficiatur, non tamen principaliter afficitur, ſed ſpiritus; ob id autem ab Auicenna humoralis dicitur, quia reſpicit non id, quod principaliter ratione febris; ſed illud quod primum afficitur.

Cauſæ.

Quæ Synocham excitare habent. Lib.2.c.27. SYnocham faciunt, quæcumque ſanguinem multiplicare, & accendere valent, ex cuius abundantia talis febris immediatè gignitur. teſtatur hoc Paulus, his verbis. *Continentium febrium origo ex ſanguine eſt, qui nunc efferueſcens nunc putrefactus*

factus obstruit; Et Ætius *conflatur hæc ob calidi sanguinis copiam.* Multiplicant autem sanguinem interna, externa, & ægrotantis habilitates.

Quoad externa Aer temperatus ex sui natura, vel ex anni tẽpore, aut ad calidum, & humidũ euidenter inclinans, Synochæ absq; putredine causa esse poterit febris; Potus vinorum crassiorum, & potissimum si fuerint recentia; Cibi, vt frequens vsus lactis, oua sorbilia, & carnes laudabiles; Somnus tranquillus. Otium; Retentio excrementorũ, & specialiter sanguinis qui vndecumq; fluere solitus erat; Abstinentia a venere diuturna; Et inter animi affectus gaudium, totiusque vitæ tranquillitas.

Quoad habilitates ægrotantiũ (vt Galenus nos docet) ad synocham aptissimi sunt, qui temperamentum calidum, & humidum habent. Habitus carnosus, ætas adolescentiæ, sexus masculeus, & regio temperata, vel calida, & humida (ait enim) *harum febrium naturam in gracili, & frigido corpore nequaquam consistere, sed tantum in corpulentis, qui sanguine abundant*; Et lóquens de iuuene palestræ perito (inquit) quod suspicio erat, hãc esse synocham, quæ ex sanguinis abundantia, & obstructione præ carnis copia, stipatione prouenit. Idem legitur in Auicẽna.

Qui ad synocham parati censentur. *9. Methodi c. 3.* *Cap. 4.* *4. Canon. 44.*

Signa.

SVmuntur pariter signa synochus a quinque illis dictis, & primò a calore præter naturam; qui non acer, & mordax est, non siccus, nec omninò mitis, sicut in exquisita Ephemera; sed copiosus, & vaporosus, veluti in aqua vehementer tepida.

Signa quæ synochã demonstrant.

Sympthomata in sonocho sunt: dolor capitis grauatiuus cũ inclinatione ad somnum, in quo varia insomnia apparent; sitis non omninò modica esse solet, totiùs corporis grauitas, & molesta lassitudo, oculi rubent, & lacrymantur, cum quibus vniuersa ferè cutis rubescit.

Synocha quæ symptomata prof rat.

Quoad tempora, incipit synochus sine vllo refrigerationis signo, nec lentè, sicut in exquisita Ephemera, sed tota simul, veluti in stuppa accendi solet repentina flamma, perdurat (vt diximus) tres, aut quatuor dies, & soluitur, vel cum copioso sudore, vel fluore sanguinis è naribus.

Incipit Synocha tota simul & soluitur vel cũ copioso sudore vel cum fluore sanguinis è naribus. *9. Methodi c. 3. & 4 de pulsibus ad tyrones.*

P Pulsus

Pulsus Synochæ. Pulsus (vt docet Galenus) in hac febre sunt maximi, celerrimi, frequentissimi, & æquales; vrinæ rubræ, crassæ, & cum copiosa Hypostasi, quæ procedente morbo ad solutionem tenuiores fiunt, melioris caloris, & laudabilioris Hypostasis; *Pulsus* (inquit Galenus,) *æquales habent, maximos, celeres, & frequentes, calorisq́; qualitatem, quæ tactum minimè mordet, & vrinas consistentia, ac colore nō multum a naturali habitu alienas, &c.*

Vrinæ quæ Synochā denotant.

Lib. 2. c. 27. Cit. 4. canon. cap. 45. Idem testantur Paulus & Auicennas. *Signa febris sanguineæ sunt* (docet Auicennas:) *Rubedo faciei, & oculorum, &c.*

Prognostica.

FEbris hæc vt plurimùm tuta est, & intrà primos quatuor dies soluitur, nisi contingat error, & degeneret in putridā. Galenus *Synochi rarò eueniunt, & vbi nullus sit error in quarto finiuntur natura proprijs circuitibus perueniente, &c.* Quanquam crisis rarò in quarto accidit die, vt Archigeni bis, Galeno verò semel tantùm videre contigerit, quòd vos intelligatis velim de morbis biliosis acutis, secùs aūt de sanguineis, nā morbi biliosi rarò in quarto terminātur die: sāguinei multoties intrà quartum iudicium habent, vt docet Galenus, cum de synocho loquitur de crisibus tertio, & Hypocrates tertio presagiorum.

Morbi acuti a bile pendentes rarò quarta die terminatur, secùs sanguinei.

Curatio.

NOn potest tolli febris, nisi prius auferatur causa, sanguis scilicet copia peccans. ad cuius detractionem confert primò victus, qui quoad qualitates primas ad frigidum, & siccum inclinet, quoad quantitatem sit parcus, quantus scilicet sufficere videatur ad vires substinendas, multitudinemq. minuendā, vt describit Galenus, cū dicit, *Si itaq́;* (continens) *vltra septimum progressura non videbitur, prorsus a cibo continendus est ager, vtiq; si virtutē nō defecturā conijcias, &c.* Et Ætius. *Curādi scopus est copiam euacuare, & calorem præter naturalem extinguere, & si qua adest crassities siccare, & debilitatis partibus antiquam temperiem bonam restituere.* Nec non tamdem Auicennas, *sanguine existente tenui cibi sint ex iuiubis, lentibus cū aceto, granatis, & sumac.* Cæterùm hìc vnum proponit Auicennas

11. Methodi c. vlt.

Serm. 5.

4. Canon. cap. 46.

cennas (dignum profectò vt notetur) circa iuiubas; nempè nequaquam illis vti debere, si crassior sit sanguis, propterea quod incrassant. Vnde maximè errant practicantes illi, qui in qualibet pleuritide, in quacumque destillatione in pectus, siue ex materia tenui, siue ex materia crassa, quomodocumque vtuntur iuiubis, eo quia sunt auxilia pectoralia; Isti inquam grauissimè errant (sit tamen reuerenter dictum) quia vbi materia est crassa, nequaquam illis vti licèt, eo quod (vt diximus) incrassant. Quoad substantiam victus laudabilis sit, & electus aer, qualis præscriptus fuit, potus sit vinum oligophoron, a somno omni studio excitetur, excretiones prouocentur, prouidendum item est vt moueatur.

Iuiubæ nō indifferenter in omnibus affectibus Thoracis conferunt.

Secundò conferunt ad minuendū sanguinem Phlebotomia, cucurbitulæ, & ligaturæ partium extremarum. Cucurbitulæ ante phlebotomiam inutiles sunt, & multoties periculosæ, similiter etiam, & ligaturæ: Verùm post phlebotomiam spatulis ipsis applicatis conferunt, partim ad suggendum sanguinem ab internis ad externa, partim etiam ad deriuandum a capite ad spatulas. ligaturæ extremis partibus, vt manibus, & pedibus colligentur, vt occasione doloris a visceribus ad partes extremas sanguis educatur, in quem vsum conferunt quoque frictiones.

Nota de cucurbitulis & ligaturis.

Circa Phlebotomiam verò, antequam celebretur deliberādum est an conueniat necne; Quando administranda sit, quo apparatu, ex qua vena, & quantus sanguis mittendus. Ad curationem enim multum refert de his edoctum esse, atqui aperta vena dicebat Trallianus, *sanguinem mittere facile est, cui verò quomodo, & quando, tàm difficile, quàm esse medicum.*

Nota circam phlebotomiā.

Quoad primum mittendum esse sanguinem sine vlla controuersia, nisi aliquid impediat, patet; tùm quia, cum pendeat febris ex multitudine, nullo remedio faciliùs tollitur, quā Phlebotomia: tùm etiam ex abundantia caloris, quem refrigerari, & ventilari Phlebotomia alibi dictum est. Accedit, quòd in hac febre, nihil adesse potest, quod reluctetur; nam cum febris ista corripiat corpus iuuenile, calidum, Plethoricum, & carnosum, nulli dubium est, virtutem esse potiùs rnbustam, quàm debilē.

Mittendū esse sanguinem a principio rationes conuincunt.

Quoad secundum, mittendum esse sanguinem à Principio; Primò, ne vires deficiant; quibus deficiētibus omnis actio inutilis esset: secundò, ne humores putrescant; quoniam (vt prouerbio fertur) *periculum est in mora*; Indè Mesues *ò corporum curator auxiliari ne differas, quia semel pereunti nulla suffragia prosunt*; Et Hypocrates *cum morbi inchoant si quid tibi mouendum videtur, moue: cum verò consistunt, meliùs est quietem habere*.

4. De ratione vict. in acut. com. 24.

Quoad tertium, mittendū ex vena interna, siue basilica dextri brachij suadet Galenus, nam ea vena secta celerrimè & euidentissimè a toto corpore sanguis educitur; Mitti etiam posset à particulari aliqua vena, si alicuius membri particularis affectio adesset.

Quoad quartum, apparatus, qui requiritur ad Phlebotomiā, (prçter virium robur, materiam, tempus anni, & ætatem florentem) desideratur, aluum esse liberam, & ab impurisque fecibus mundam: quod si id natura non perpatrauerit, industria aliqua absoluendum erit clysteribus scilicet, aut balanis.

9. Methodi c. 4. 4. Canon. 46. Loc. cit.

Quoad vltimum, de copia, & quantitate sanguinis mittendi maxima est controuersia; nam Galenus Historia de seruo, & libero, Auicennas, Paulus, & Ætius docent, sanguinem mittendum vsque ad animi deliquium (his verbis) *intentio in hac febre est euacuatio plurimi sanguinis, vsq; ad animi deliquiū, &c.* sperantes hac ratione primò, vt tollatur, & iuguletur febris. Secundò, vt tollatur febris vniuersa causa. Tertiò, vt post Phlebotomiam subsequatur criticus sudor, aut alui profluuium: Verùm Auerroes in omnibus reprobat, euidenti ratione, Galeni, aliorumque opinionem; dicens; nòn debere nos tantam moliri euacuationem, quoniam natura, quando rectè operatur numquam euacuat vsque ad syncopim. Medici autem naturæ imitatores esse debent: sed saluanda est prædictorum virorum auctoritas, & dicendum, maximam esse differentiam inter defectū animi, & syncopim, non enim decet euacuare vsque ad syncopim, sed licèt quidem vsq; ad animi defectum, neque expectandum est, pulsum maximè cadere, hominesque obtumescere, sed quòd mediocriter refrigerentur corpora, & aliqua appareat in pulsu

4. Colliger. Negat Auerroes monem liendam esse euacuationē vsq; ad animi deliquiū contra Galenum. Differētia inter animi defectū & syncopim quā nō cognouit Auerroes.

pulsu mutatio. In defectu animi loquuntur homines, aut certè loqui possunt, at in syncopi nequaquam; & euacuationem hãc in synocho existimant præcitati Auctores maximè salutarem esse, eo quòd tollitur abundantia; & tepescit etiam feruor; euacuamus enim & refrigeramus, quæ duo sunt necessaria in hac febre. natura etiam tempore crisis, vbi rectè operatur, interdum molitur euacuationem vsque ad animi deliquium, numquam verò vsq; ad syncopim. Et eo magis id faciendum, cum Iuuenis sit Phlebotomandus, carnosus, & robustis viribus præditus; si quidem in similibus talis euacuatio perniciosa esse non solet, ac in eis potest ars aliquid facere, quod in alijs natura non faceret. Indè Auicennas cognoscens esse perquam salutare vt copiosus sanguis educatur, dicit, *si accidat fluxus sanguinis nariũ, hunc non esse cohibendum, nisi maxima adsit necessitas, nisi scilicet homo deducatur, non modo ad lypothimiam; sed etiam ad syncopim.* Tamen si mihi quod sentio ingenuè eloqui licèt, non consulo, vt in synocho putrido siue non putrido fiat sanguinis missio vsque ad lypothimiam, res enim nimis periculosa est vt Galenus nos docet; atqui non possumus esse ita prudentes, vt inhibeamus; si id præstemus, ne succedat etiam syncopis, a qua arcendi omninò sunt ægri. Namque de sanguine agitur, vitæ thesauro; ideoque naturæ carissimo, vt alibi demonstrauimus; quapropter in eius euacuatióne reseruatissimi classici omnes semper videntur. Quare secta vena tangendus est pulsus, & cum primum obseruaueritis mutationem in eo euidentem ad paruitatem, & inæqualitatem; illico supprimendus est sanguis; qui euacuari poterit sequenti die, vel altera, seruatis seruandis, quousque videbitur plenitudini satisfactum; *Melius est enim* (dicebat Celsus) *partiri euacuationẽ, quàm omni vi effusa ægrotum præcipitare*; Et Galenus. *Ob hoc vetare putabis immodicas euacuationes, quoniam, & refectiones consequentes haud quanquam secura existunt; cum sit natura iam facta imbecillis, nec benè possit concoquere, nec alimentum distribuere, nec sanguificare.* His ergo de causis, & alijs, non ex toto redarguendus est Auerroes. Sublata igitur causa, tollenda est intemperies tandem refrigerantibus, & humectantibus iam dictis.

In synocho non putri nõ esse mittendũ sanguinẽ vsque ad animi deliquiũ probatur.

9. Methodi c. 10.

A syncopi semper arcendi sunt ægri.

Sanguis thesaurus vitæ ideoq; naturæ carissimus

In commẽtarijs Aphor.

De

De Synocha Putri.

Definitur synocha putris.

PVtris Synocha definiri potest, quòd sit calor accensus in corde & diffusus per vniuersum corpus ab omnibus humoribus æqualiter putrescentibus in magnis venis continéter.

Particulæ definitionis replicantur. 6. Epidem. cõ. 6. comm. 1.

In qua definitione præter genus. Primò est materia, & sunt omnes humores, quo nomine Galenus interpretatur sanguinẽ. Secundò modus, & est equalis omnium putredo. Tertiò locus, & sunt magnæ venæ. Quartò iuasionis modus, & est continenter.

Quoad materiam, febris huiusmodi ex omnibus humoribus æqualiter putrescentibus fit.

9. Methodi c. 3. Prob. primo synocham putrem fieri ex humoribus omnibus æqualiter putrescentibus. Secundò. Tertiò.

Probatur primò auctoritate Galeni, quòd duplex est genus Synochi, vnum quod ex natura eadem cum Dyarijs constat; Alterum vbi in omnibus vasis, ac potissimum maximis æqualiter succi putrescunt.

Secundò probatur ratione, si fieret ex aliquo humore determinato haberet quoque determinatam periodum; cum tamen non habeat.

Tertiò, fit febris hęc tempore veris, in corporibus plectoricis, in quibus non vnus humor, sed omnes indifferenter abundant.

Difficultas enodatur. 1. de diff. feb. cap 9.

Nec obijciatur, sequi ex hoc, Synochas esse febres confusas contrà Galenum, qui ipsas omnium simplicissimas docet; nam respenderi poterit verè has esse confusas quoad materiã, quoad inuasionem tamen dici simplicissimas; vnica namque constant accessione, cum vnum neque confundere neque componere possit.

Quoad modum, putrescunt humores æqualiter; tum ad differentiam Synochi non putris; tum aliarum putridarum, in quibus vnus, vel alter humor in prædominio putrescit.

In febre synocha humores putrescunt in magnis venis 9 Methodi c. 3.

Quoad locum, putrescũt humores in venis magnis, quæ sunt inter alas, & inguina (Galeno Auctore) vt venæ Thoracis, cordis, pulmonis, Dyaphragmatis, hepatis, ventriculi, mesenterij. Peritonei, & Pancrearum, vteri, vesicæ, & renum; nam cum sint hæ venæ propinquissimæ cordi, quas proferunt febrès continentes

nentes appellantur, quoniam nec ratione obliquitatis, nec ratione longitudinis inæquales sunt.

Quoad modum inuasionis, inuadunt febres hæ continenter, & habent tres illas species, Agmasticam, Paragmasticam, & Omothonam quarum causæ pendent ex simili, vel dissimili accensione, vel resolutione. Si enim plus accendatur, quàm resoluatur semper crescunt. Decrescunt si maior sit resolutio quã accensio. Vnformes verò sunt, si æqualis sit resolutio, & accensio. Et hæc quoad naturam præsentis febris.

Synocha tres sunt species Agmastica Paragmastica & Omothona.

In quo differant inter se Agmastica Peragmastica & Omathona.

Circa quam duplex est controuersia. Prima, apud Galenum, qui negat febrem sanguineam putrem; vnde ab Auicenna impugnatur.

Galenus negat febrẽ sanguineam putrem, & ab Auicenna impugnatur.

Secunda, ipsamet Galenus negat huiusmodi febrem, & tamẽ eam curasse in seruo, expresse testatur.

2. de diff. feb.

Quoad primùm rationes Galeni negantis febrem sanguineã putrem hæ sunt.

Rationes Galeni negantis febres sanguineas putres.

Prima, putrescente sanguine resultant alij humores, sanguis verò non permanet; ergo febris, quæ nascitur non ex sanguine: sed ab alijs humoribus nata dici debet. *Prima.*

Secunda, in Febribus ex sanguine putrefacto accensis, vt in Pleuritica periodica, tertianæ obseruantur, quod proprium diximus esse bilis. *Secunda.*

Tertia non potest accendi sanguis, & putrescere, quin pars tenuior in flauam bilem permutetur, terrestrior verò in atram; ergo febris, quæ fit biliosa, vel atrabiliosã dicenda erit. *Tertia.*

Quarta, Febris, quæ fit ex sanguine putrefacto acutior est, quàm biliosa; quod verum non esset, nisi sanguis putrefactione mutaretur in atram bilem, vel aliquam aliam speciem bilis prę- ter naturam. *Quarta.*

Auicennas his rationibus Galenum impugnat. Primò Galenus nullam mentionem de pituita, aut de pituitosa febre facit; cum tamen facere debuisset.

Auicẽnas Galenum impugnat negantem febrẽ synochã putrẽ.

Secundò Galenus loquitur de putredine sanguinis in facto esse: nam tunc intelliguntur reliqui humores resultare, quando sanguinis putredo iam facta est: quę autem febris subsequatur, ex putredine sanguinis in fieri, non docet. *Secundò.*

Tertiò

Tertiò. Tertiò non omne natum ex putri putre est, vt communiter à classicis concluditur; ergo etiam si putrescat sanguis, humores, qui resultant putres non sunt: quod si putres non sunt, nullam febrem faciunt, vt iam probauimus.

Quartò. Quartò Galenus credit, putredinem esse corruptionem, dū ait non remanere ampliùs sanguinem sub propria forma: cum tamen corruptio non sit, sed via ad corruptelam.

Resp. ad arg. Auicennæ cō tra Galenum proposita. Ad primum. Satisfit Auicennæ facilè, & breuiter ex dictis, & ad primùm respondetur, quòd cum sanguis putrescit putredine ordinaria, resultant omnes humores: at cum corrumpitur adustione vel inflammatione, bilis fit flaua, vel atra.

Ad secundū. Ad secundùm dicitur, quòd eodem tempore, quo intelligitur sanguinem putrescere, intelligitur quoq; resultare alios humores; sicuti eodem tempore concipitur dissolui mixtum, & indè pululare elementa.

Ad tertium. Ad tertiùm respondetur, regulam fallere in humoribus genitis ex putrefacto sanguine; nam cum hi non sint inter se benè permixti, & cum sint inhabiles ad nutriendum, ex eo quod reperiuntur extra loca propria, derelinquuntur a natura, atq; ita putrescunt. Adde etiam, quòd humores, qui erant partes massæ sanguineæ putredinem concipiunt ratione totius. Et tandem sicut prohibita transpiratio facit putrescere totum sanguinem: ita putrescere facit humores.

Ad quartū. Ad quartùm, siue putredo sit corruptio formaliter (vt vult Phylosophus) siue via, vt videtur velle Galenus, aut corruptio terminatiuè; constat, nullam esse putredinem, in qua non adsit corruptela partialis, vel totalis.

Galenus non negat sanguinē putrescere, sed negat a putredine sā guinis febrē dici debere sanguineam. 2. de crisibus cap. 12. Ad secundam controuersiam breuiter respondeatur, Galenum non negare sanguinem putrescere; nec negat febrem a putredine sanguinis: sed negat dicendam esse febrem, sanguineam rationibus ab ipso allatis.

Et quod talis sit Galeni mens ex eodem deducitur, qui post multos loc. cit. concludit, febrem sanguineam ex sanguinis putredine fieri, modò tamen sanguis supra modum non torreatur: qui si torretur, eius subtilior ac pinguior pars omninò in flauā conuertitur bilem, quæ autem crassior in atram; quod multò

clarius,

clarius, ac lucidius enarratione 17. lib. 2. aphorism. exposuit dicens, *Quod enim in vinis accidit acescentibus, tale quidem, & in sanguinis alteratione contingit. Quod autem in vinis accedit tale est, vbi ex toto acida facta sunt, non redeunt rursus ad vini naturam: paruo autem in ipsis facto momento, ita quòd acidum quidem habent saporem, nondum tamen acetum sunt, multa sępius ex ijs pristinam recuperant naturam. hoc idem in sanguine euenit, nam & ipse, vbi magna in eo sit facta corruptio, nō redit amplius ad habitum naturalem: si verò paulatim fiat, vbi id, quod superfluum fuerit euacuatum, quod residuum existit ad suam naturam restituitur.* Hæc Galenus, ex quibus luce clarius claret, quòd ex sanguinis putredine febris gignatur sanguinea, haud tamen a quacumque sanguinis corruptione; sed ea præsertim sanguinem prorsus non inficiente, nec omninò ipsius formam corrumpente.

Causæ.

NOn sunt hoc loco repetendæ causæ, cum de illis actum satisfit in capite præcedenti.

Sed breuiter aduertatur, quòd si causæ, quæ Synochum nō putrem faciunt magis augeantur, putredinem excitabunt, & facient putrem Synochum.

Signa.

CAlor præsentis febris non solùm maior, & vaporosior est calore non putris Synochi: sed etiam acrior, & mordacior, Symphomata vehemētiora sunt. Vnde inter verè acutas numeratur. Tempora ferè eadem sunt, & consimilia, excepto tantùm, quòd solet febris hæc aliquando citiùs terminari. Pulsus præter celeritatem & frequentiam, habent quoq; manifestam inæqualitatē, vt scilicet systoles longè maior sit Dyastole, vehementia quoq; minores sunt, partim propter inobedientiam instrumenti grauati a copiosis fulginibus, partim etiam ob imbecillitatem facultatis, natam ex vehemētia morbi. Vrinæ a principio referunt cruditatem ostendentem putredinem.

Quib. dignoscitur Synochus cum putredine.

Pulsus synocha cum putredine.

Q *Pro-*

Prognostica.

FEbris hæc acutissima est,& maximi periculi,nisi fuerit de genere Paracmasticarum, in quibus vel rarò, vel nunquam succedit mors; vt est videre apud Auicennam, qui ex tribus speciebus saluior (ait) est Paracmastica, deindè Omothona, nequior verò Agmastica.

4. Canon. c. 44.

Curatio.

QVia præsens Febris acutissima est, *& in acutis tardare malum;* oportet quamprimum remedia afferre, phlebotomiam scilicet, aut Pharmacum: verùm quia probatum alibi est (quod existēti pari necessitate phlebotomiæ, & Pharmaci) a phlebotomia incipiēdum esse; ab ea ergo initium faciemus: In qua obseruationes habendæ sunt, ab Ætio, Auicenna, & Galeno prolatæ his verbis. *In sectione serua vires, item si ciborum cruditas ad fuerit, vel secessus superfluitatum in intestinis, vel alius sanguinis fluxus, puerilis, vel senilis ætas, corpus gracile, vel frigidum, venam non secabis: imò naturæ relinquas.*

Quod spectat ad modum, & reliqua, hæc supposita sint ex alibi traditis: præter tamen rem non erit paucula quædam in medium afferre de tempore, & potissimum quia ab alijs fortasse non ponderantur hæc Galeni dicta, quorum tamen recta intellectio maximè conducet ad curationem harum febrium. Galenus itaq; 9. Methodi (vbi recenset Historiam liberi correpti synocho sine putredine) ipsius curationem aggrediēs, illi tertia die venam aperuit: licèt prima die, vel saltem in principio secundæ illius curationem suscepisset: Referens verò curationem serui cuiusdam (ait) in principio secundæ diei, prima scilicet visitatione, statim illi venam secuisse. Quæritur ergo, quæ fuerit ratio huius diuersitatis.

Nota.

Sciendum igitur, quòd tempus agendi desumitur ex præsentia indicantis, & ex absentia impedientis; vnde cum in synocho cum putredine adesset præsentia indicantis, nullumq; adesset impediens, iure illico secta fuit vena: Contra verò in synocho

Tempus agēdi vnde sumitur.

ſynocho ſine putredine, cum nec adeſſet vis indicantis, atque præſto eſſet id, quod aliqua ex parte impedire poterat, optimo iure non ſtatim aperta fuit vena, ſed poſtea. Rationabile ergo fuit, venæ ſectionem in tertium vſq; diem differre, atqui ſynochus, de qua ibi loquitur erat febris valdè remiſſa, adeò vt medici in ancipiti verſarentur, (vt ex eorũ ſcriptis deducitur;) num eſſet febris ephemera re, & nomine: an verò ſynochus. Præterea aderat aliquid, quod impedire poterat; cruditates videlicet, quæ quidem habent rationem antecedẽtis; vt primum eſſet occurrendum cruditatibus in ventre exiſtentibus, deindè verò ſecanda vena: Iure igitur potuit differre ſectionem venæ, vſque ad tertiam diem in ſynocho non putri. At in ſynocho putri aderat præſentia indicantis, & vis quidem inſignis, quia febris erat putrida, & iam actu aderat putredo, nec quicquam interdicebat; non enim proponit ſerũm cruditatibus refertum, & ideo mirum videri non debet, ſi ſtatim in ſynocho cum putredine venam aperuit.

Et hìc aduertatur, quòd (quia, vt refert Galenus, putredini phlebotomia non ſatiſfacit, tamquam adæquatum eius remedium) nec obſtructio, nec putredo cauſa eſt mittendi ſanguinem: ſed ſuccorum redundantia; cum nec obſtructio, nec putredo per ſanguinis miſſionem curari debeat, vt quę alia remedia deſiderent. Oportet igitur non ſtatim vniuerſum ſanguinem detrahere, ne (vt ipſe ait) intempeſtiuè nutrire cogamur, neceſſe eſt propterea a mittendo ſanguine pauliſper deſiſtere, & ſupplendum cachochimiæ laudabili victu, ſuperius inſtituto, & pharmaco, quod nulla præmiſſa præparatione exhibendum erit; ſit autem lene, ne ex eo contingat aliquod damnum; de quo loquens erudítiſſimus Tornamira ſcriptum reliquit; *Synochæ, & bilioſis febribus medicamenta purgantia valenter, & inſalubria etiam caſtigata nocent; vt eſt ſcamonium, Colocynthides, Eleborus, & ſimilia, ac medici eis vtentes in his febribus, non eſſe curatores: ſed interfectores*. Talè autem educat omnes humores, quale eſt. Vt

Nec putredo nec obſtructio per ſanguinis miſſionem curari debent.

Tale medicamentum vniuerſale dicitur, quia omnes vna humores educit.

℞. Florum cordial. om. p. j.
Tamarindorum. ℥. s.

Senæ or. ʒ. iij.

Cinnam. drach. ij.

Fiat decoct. in s. qu. aq. cordial. & in col. s. dissol.

Syr. rosſolut.
Et mellis rosſol. } an. ℥. j. s.

Mannæ elect. ℥. ij.

m. & cap. poſtquam fuerit depuratum. Vel in forma boli. Vt

℞. Caſſiæ nouit. extrac. perfect. ℥. j.

Mannæ elect. ℥. s.

Rheub. opt. pul. drach. iiij. m. & cũ ſacc. q. s. f. boli.

Poſt purgationem reficiendæ ſunt vires pleniori victu, & elect. refectiuis, nec non corrigenda intemperies totius corporis, & præſertim cordis, & hepatis refrigerantibus internis, & externis; & tandem prouidendum eſt ſymptomatibus. Intrinſecus laudantur Elect Dyatrium ſandalorum, Dyarodonis abbatis, Dyamargar. frigidi, Conſeruæ rolar. viol. de floribus boragini, de floribus nimpheæ, & ſimilia. Vel

Cordi & hepati ſuccurrit.

℞. Pulucris Dyatrium ſantalorum. ʒ. ij.

Dyamargar. frigidi. ʒ. j.

Conſeruæ acetoſæ. ʒ. iij.

Saccari diſſoluti in aqua roſac. q. s. m. & fiat elect. in Tabellis; Doſis ad ʒ. ij. cum vnc. iij. vini pauciferi.

Extrinſecus verò in regione hepatis mane, & veſperi ante cibos tale epythema tepidum præparari poterit.

Hepati tale Epythema opitulatur.

℞. Aquæ nenufaris.

Et cicoreæ. an. vnc. ij.

Aqu. roſar.
Et abſint. } an. vnc. ij.

Santalorum rubr. ʒ ij.

Spodij. ʒ. j.

Acet. roſat. parum. f. Epythema.

A quo Epythemate inungi poterit eadem pars vnguento ſandal. infrigidant. Galeni, & roſat. Meſues.

Cordi etiam eodem modo, & tempore admoueatur hoc, vel ſimile Epythema tepidum.

Cordi opportuneiſſimũ.

℞. Aquæ acetoſæ.

Et

Et buglossæ. an. vnc. ij.
Aquæ rosarum.
Et melissæ. an vnc. ij. s.
Puluer Dyamarg. frig.
Et trociscorum de Camphor. an. drach. j.

m & f. Epythema cordi admouendum etiam corpore non purgato, eo quia cor obstructione affici non potest.

Post Epythema pro inunctione cordis. *Pro inunctione cordis.*

℞. Olei nenuf. vnc. iij.
Pulu. florum nenuf ℥. ij.
Santalorum rubrorum.
Semin. acetosæ.
Corallorum rubrorum præp. an. ℈. j.
Margar. elect.
Ossis ex corde cerui. an. ℈. 5.
Camphoræ. gr. 4.

m. & fiat secundum artem linimentum: Est namque tale linimentum ex inuentione Guainerij, & multum valet; non solum in synochis, sed etiam in biliosis febribus, & malignis.

Ad sitim extinguendam, totiùsque corporis habitum refrigerandum, vnicum remedium censetur potus aquæ frigidæ ad satietatem datus (seruatis seruãdis ex Galeno) qui ad rem nostram contestata profert. *Cit. 9. meth. c. 4.* *Quidam aqua frigida tantùm ad satietatem data pro medicamento vtuntur, quod vbi factum est multa veste operiendus est æger, & collocandus vt dormiat, ferèque post longam sitim, & inediam, post infractum calorem plenus somnus venit, per quem ingens sudor effunditur, idq́. præsentanissimum auxilium existit.* *Ad extinguẽdũ sitim. Potus aqua frigidæ ad satietatẽ remedium vnicũ.* Et tantò magis in synocho cum putredine, vel sine putredine talis potus propinari poterit, quo magis corpus synocho affectum perfert frigidam, quàm quod faciat corpus febre ardente vexatum. Ratio huius est, quoniam corpus synocho laborans est cãrnosum, gracile verò est corpus illud; quod a febre ardente tẽtatur, corpora autem carnosa magis tolerant frigidam, quam gracilia. *Corpora carnosa magis tolerãt frigidã ad satietatẽ, quã gracilia.*

Verùm si æger medicamentorum hunc potum renuerit laudo potum aquæ scorsonariæ, boraginis, & cicoreæ ad satietatẽ

cum

cum saccaro rosaceo, conserua florum borag. cum radice scorsonariæ conditæ, tirso lactucæ, c corcæ, & similibus; qua potione æger reficitur, & c ntemperatur, ac statim copiam vaporis cal di per cut m pululare persentiet, qu ppe solùm res agenda est ijs, quæ humores fundant, & modico, ac vaporoso calore attenuent.

Balnea quibus vtebatur antiquitus medici, hodiè ab vsu recesserunt. Balneum hac in parte meminisse mihi visum non fuit, quòd iam diù ab vsu recesserint, quapropter nolui frustra tempus cōterere; loco tamen eorum, intermissionis tempore corpus fricare oportet; vt facilius, quod vi naturæ tenuatum est, dissoluatur, non tamen dum febris adhuc viget; id enim vetuerat Hypocrates, statuens frictiones aduersari febrientibus, quod sanè intelligendum est dum crudus adhuc est humor, aut viget febris. *Frictiones tēpore febris nō sunt administrandæ. 6. Epid. p. 3.*

De Tertiana Exquisita.

Definitur tertiana. DEfiniri potest, quod sit *calor accensus in corde, & diffusus per vniuersum corpus a flauabile putrescent extrà vasa de tertio in tertium intermittenter*. In qua definitione præter genus habetur primò materia, & est *flaua bilis*. Secundò modus, & est *Putredo*. Tertiò locus, & est *extra vasa*. Quartò Periodus, & est *de tertio in tertium*. Vltimò inuasionis modus, & est *intermittenter*. Quas omnes conditiones ponderauimus supra; cōsiderauimus namq; ibi, intermissionē febrilem potissimū pendere a loco; similiter rōnem Periodorū assignandam esse humorum proprietati occultę; vbi etiā diximus quoad modum, nullum humorem febrem facere nisi putrescat. *Particulæ definitionis examinantur.*

Reliquum ergo est, vt verba faciamus de sola materia, quàm esse bilem docet Galenus, qui, cùm dixisset, febrem ardentem, & tertianam habere communem materiam, bilem videlicet, infert differre tantum loco. *2. de diff. feb. c. 3. & 7. 1. ad Glauc. c. 5.*

2. de crisibus c. 6. Quod probatur primò ex anni tempore, ardentissima videlicet æstate, in qua hæ febres vagari solent, constat autem eo tēpore, bilem flauam redundare. *Probatur ex auctoritate Galeni tertianam ex bile procreari.*

Secundò ex victu, incidunt enim in tertianam illi, qui victu calido, & sicco vsi sunt, & ad bilem generandam idoneo.

Tertiò

Tertiò, ex excretionibus, quas dicemus omnes esse biliosas.

Quartò, ex Periodo, quam propriam esse humoris biliosi sine vlla controuersia certissimum est.

Quintò, ex symptomatibus.

Vnde patet, quomodo hæc febris ab alijs distinguatur, quo fit vt ipsa generetur a causis calefacientibus, & exiccantibus, vt colligitur ex Galeno. *1. de diff. feb. & 2. de crisibus.*

Hæ autem causæ possunt esse vel internæ vel externæ. Inter causas internas est potissimùm iecur calidum, & siccum; Dico autem, hanc caliditatem vigere potissimùm in hepate, eo quòd interdum producitur etiam ab insigni caliditate vētriculi, quo in casu magis est occurrendum ventriculo, quàm hepati.

At si fiat sermo de externis; Hæ vel sunt nō necessariò occurrentes, vt medicamenta calidiora, & sicciora: Vel sunt necessariò occurrentes, vt aer calidus, & siccus, constitutio calida, & sicca, regio calida, & sicca, violentum exercitium, tum corporis, tum animi, cibaria aromatis cōdita; necnon vini potus calidioris. Inde Aetius *Febres tertianæ puræ fiunt a flauabile putrefacta; ac mota, & extra vasa lata, præsertim in consistentium ætate biliosissima, tempore æstiuo, in regione calida, & sicca, & in ijs præcipuè, qui laboribus, vigilijs, & solis ardore, cibis calidis, & siccis, aut immodico pharmacorum calidorum vsu, curis, & similibus vsi fuerunt.* Et Galenus *Febris hæc a flauabile* (ait) *per sensibiles corporis partes delata oritur.* Et cap. 1. lib. sup. cit. *Tertianæ fiunt ab amara bile, & plerumq; in corporibus quorum naturalis habitus ad bilem accedit, in consistētium ætate biliosissima, tempore æstiuo, &c.* Idem testari videtur Oribasius, necnon Auicennas. *Serm. 5 c. 79. 2. de diff. feb. cap. 3. 2. de crisibus c. 3. 4. Aphor. cō. 59. 4. cano. c. 35.*

Animaduertendum autem, differentiam esse inter has causas, secundùm magis, & minùs tantùm; nam si fuerint remissiores, producent bilem remissè calidam, bilem videlicet, vel pallidam, vel flauam: si verò sint vehementiores, producetur bilis calidior, nempè vitellina, porracea, eruginosa, & glastina; licèt bilis flaua degenerare in atram possit, eam tamen non propono, quoniam ab ipsa nunquam fit tertiana, sed quartana febris. *Tertiana febris ab ea q̄ audens nominatur humore faciē: ergō differt utraque enim a flauabile fit.*

Cæterùm notandum est hìc, sermonem esse de febre intermit-

mittentè exquisita, ac proindè de febre, quæ fit a bile sincera, ex qua fiunt & biliosæ continuæ exquisitæ; quādo doceat Galenus, tertianam febrem ab ea, quæ ardens nominatur, humore faciente non differre, cum vtraque a flauabile fiat. Vnde (ex eodem auctore) febres hæ genere conueniunt, ratione materiæ, quæ in vtraque est sincera: differunt tamen ratione loci. Atqui tertiana in ambitu corporis accenditur: Ardens verò in venis cordi proximis.

Loc. sup. cit.
2. de crisibus 12. & 4. aph. 59.
Tertiana febris differt ab ardēte ratione loci.

Caterùm pallida bilis est materia quędam composita ex bile flaua, & ex serositate. at quia serositas maximam habet affinitatem cum flauabile; ideo licèt etiam in sermone de tertiana exquisita pallidam bilem recensere. Hæc autem est illius bilis species, quæ passim ab omnibus vitellina nuncupatur; quod vt verùm esse intelligatis sciendum est; Bilem vitellinam esse in duplici differentia, vnam quidem, quæ fit ex miscela flauæ bilis, & pituitæ (quæ quoniam crassior redditur, quam flaua bilis ab Auicenna nominatur vitellina maioris notæ) ex qua materia putrescente fit febris tertiana intermittens, attamen semper nota, & de hac non loquimur: Alteram verò, quæ est crassior flaua bile, & acquirit consistentiam ouorum vitellis similem, non ob mixtionem alterius materiæ: sed ob insigniorem caliditatem, quæ calefaciendo resoluit partes tenuiores; atque ex hac putrescente fit tertiana intermittens exquisita de qua supra loquebamur.

Pallida bilis ex quibus cōstat.
Bilis vitellina duplex.

Sed obijciet aliquis, hoc esse falsum, quia Galenus ait, paroximos tertianæ exquisitę non excedere duodecimam horam, & illam fieri a flauabile; At cum illius tertianæ a bile vitellina factæ paroxismi vltra duodecimam horam protrahantur, & nō fiant a flaua bile, ergo non erit exquisita, sed notha.

Obiectio.
Cit. 2. de crisibus.

Cui obiectioni respondemus, hanc esse febrem exquisitam; Verùm notandum, febrem exquisitam esse duplicem, exactè exquisitam, & non exactè. Febris exquisita exactè est illa, quæ proponitur a Galeno, vt diximus; Febrem exquisitam biliosam videlicet fieri a flauabile, in corpore calido, & sicco, in ætate iuuenili, & consistente, tempore æstiuo, in regione, & constitutione calida, & a victus ratione calefaciente, & exiccate; & si vnum

Respō. obiect.
Quæ sit Febris exquisita exactè, quæ non exactè.

vnum ex his deficiat febris non erit amplius exquisita exactè, sed non exactè. vt si verbi gratia fiat febris ex bile flaua in ætate florente, in corpore calido, siccoque, sed in tempore veris; hęc non erit exquisita exactè: sed non exactè, & hoc secundò modo intelligimus, febrem factam a bile vitellina, non exquisitam.

Ex difficultate difficultas oritur. Galeni sententia fuit, in tēpore frigidiori febres biliosas intermittentes esse grauiores, & magis exquisitas, quā febres ardētes. Quomodo igitur febris, quæ fit a flaua bile, existente aere frigidiori, potest esse exquisitior febre ardente? Galenus febrem intermittentem biliosam fieri voluit, quando carnes afficiuntur, & replentur bile: febrem verò ardentem, quando flaua bilis in visceribus, & in venis proximis cordi residet. aitque quod si fuerit aer frigidus, & carnes extimæ afficiantur bile, insignior erit affectio; eo quòd tūc materia biliosa, quæ occupat carnes, non tam facilè potest difflari, ac resolui: sed ibi detinetur, ob aeris frigiditatē. In febre verò ardenti cum materia detineantur in venis, si caliditas ambientis viguerit, accendet viscera, & propterea magis ebulliet materia: temperata autem erit omnium caliditas, si ambiens fuerit frigidum; Quare apparet, grauiorem esse febrem illam intermittentem exquisitam ob causam propositam, non simpliciter quidem, sed conferendo intermittentem cum continua. Quare ex his nulla est difficultas.

1. Epidē. 10
Cur febres biliosæ tempore frigidiori periculosiores existimantur quàm calidiori.
Loc. cit.

An autem possit tertianā exquisitā fieri ab aliqua bile pręter naturam, dubio vertitur inter Auctores: Tutior tamē negatiua pars mihi videtur; quoniam bilis species præter naturam non generantur, nisi ex ardentissimo viscerum calore, aut inflammatione. quæ contingere non possunt sine maximo ægrotantis periculo, (vt dicemus) de mente Hypocratis, & Galeni, qui quidem primò ad glauconem, & mille alijs in locis tertianam exquisitam omnium breuissimam, & tutissimam esse docet.

Nū tertiana exquisita generari possit ex specie alicuius bilis præter naturam.

Signa.

Dignoscitur tertiana primò à calore præter naturā. qui nō solum maximus, & ardentissimus est: sed etiam mordacissimus, non minùs quàm esse soleat in febre ardenti.

Quibus tertiana dignoscatur.

R Di-

Dignoſcitur ſecundò, ex tẽporibus acceſſionis. incipit enim cum rigore maximo, perdurat ſæpè ad horas ſeptem decem, & quod plus eſt duodecim; nam quæ ſupra duodecim horas extenditur, ſignificat, non ſolùm bilem, aut multitudinem, ſed craſſiores quoque humores cum ea computreſcere. Copia enim maior facit tertianam extenſam, vt quando producitur vſq; ad 40. horas: minor autem copia facit tertianam ſimpliciter: adhuc verò minor facit tertianam exquiſitam. Sed non eſt dicendum, tertianam ſimpliciter, & tertianam extenſam non eſſe febres exquiſitas. ſunt etenim, eo quod producũtur a bile ſincera: ſunt tamẽ exquiſitæ non exactè, quarũ paroxiſmus excedit ſpatium duodecim horarum. Num prorogetur febris ex multitudine, num ex miſcela, ex proprijs ſignis dignoſces. Soluitur tertiana exquiſita cum manifeſtò ſudore per vniuerſum corpus fluente, & ſpecialiter circa frontem, ad quam naturali quodam impetu bilioſi vapores vergere ſolent. Tertiò ex ſymptomatibus; qui enim exquiſita tertiana grauantur, circa acceſſionis initium bilioſo vomitu tenentur, poſt quem ſequitur oris amaror, ſitis incompeſcibilis cum manifeſta linguæ ariditate, alui ſtipticitate, lumborum dolore, totiùs corporis inquietitudine, dolore capitis, peruigilio, & ſæpe etiam vigore Febris delirio. Pulſus celerrimi ſunt, & frequentiſſimi cum manifeſta inæqualitate, quæ tantò maior eſt, quantò magis Febris vergit ad ſtatum, relicto etiam veſtigio inæqualitatis finita acceſſione; propter ſcilicet vehementiam intemperiei febrilis. Vrinæ tenues appalent, fuluæ, & cum nulla, vel pauca nubecula: quæ tamen progreſſu temporis fiunt craſſiuſculæ, melioris coloris & cum laudabili Hypoſtaſi. Id totum legitur in Auicenna, in Paulo; & confirmatur a Galeno his verbis. *Febris tertiana cognoſcitur, quia æqualem, & liberam celeritatem habet, neque vllum adeſt inflammationis ſignum, ſitim inuehit, hominem eſurit, in vigore conſiſtit, calor æqualis eſt quaquam verſus, poſt potum plurimus vapor per cutim exhalat, ſudoris nuncius, vomitus bilis adeſt, venter ſoluitur, & bilioſum mingunt, ſudor apparet vaporoſus calidus per totum corpus æqualiter ſudans. Pulſus velox, magnus, ad infebricitationem deſinit, & acceſionis tempus vltra duo-*

Differentia inter tertianã extẽſam, ſimpliciter, et exquiſitam.

Quales ſunt pulſus eorũ, qui tertiana exquiſita tenentur, quales vrina.

4. canõ c. 37. tract. 2.

Lib. 2. ca. 18.

1. de art. cur. ad glauc. c. 5. & 2. de diff. febr. f

duodecim horas non se extendit, sæpius septem horas, interdum citiùs, & tardiùs, incipit cum rigore, &c.

Quoad differentias, quæ sumuntur a loco, primùm cognoscere oportet, in qua parte gignatur materia, & a qua parte protrudatur in alias partes; aliquando enim est ventriculus, aliquando est iecur si erit iecur (præter id quòd aderunt inditia iecoris calidioris) conspicietur etiam lotium valdè, ac magis coloratum, respectu dispositionis febrilis. Quòd si bilis in ventriculo gignatur (præter id, quod aderit vomitus bilis, qui repræsentabit qualitatem bilis excedentis,) accedet etiam lotium non mutari; idest non reddi coloratum, pro ratione dispositionis febrilis. febris erit intensa, accessiones erunt vehementissimæ, & syncopis aderit; quia in ventriculo non gignitur bilis pallida, nec flaua, sed prassina, æruginosa, & cerulea, quæ quidem pessimæ existunt; vt ij, qui Thessalonicæ viuunt testari potuerunt. corripiuntur frequentissimè a tertiana spuria huiusmodi cum syncopi, eo quia continuo nutriantur bubula, brassica, oliuis viridibus, capparibus, porris, melongenis, lentibus, oriza, & similibus; & in potum aquam ex gelu bibunt, si Amato Lusitano fides danda est. Haud ergo mirari licèt, si in eorum stomachis succi crudi, & praui aggregentur, & congesti fiant, qui cum præsentes sint in ore ventriculi, non ab re est si qualibet cum febre etiam intermittenti, vim & molestiam ventriculo ipsi inferant, vnde syncopis sthomatica oritur, morbus sanè carnifex, & periculosus, prout Galenus testatur, cui Auicennas adhæret, & Alexander Trallianus: qui tamen suggillat Galenum, eo quia non exactè nouerit, hanc affectionem curare; docet namque Galenus, tertianam hanc ex bile præter naturam genitam in ore ventriculi cum syncope, neque per sanguinis missionem curari, neque per pharmacum, vt quæ alia remedia desideret, frictiones videlicet, inediam, mediocrem somnum, concoquentia, abstergentia, & potum vini generosi. hæc Galenus, cit. a nobis loco; a quo Paulus nec transuersam quidem vnguem discedit: Verùm Alexander, & cæteri eum sequentes, qui redundantis materiæ euacuationem exercendam iubẽt, vt ego credo ingens virium robur præsupponunt. quo præsente for-

Quibus dignoscitur signis bilem generatam esse in iecore, quibus in ventriculo.

Quæ bilis in ventriculo gignatur.

Cur qui Thessalonicæ viuũt corripiãtur frequentissimè a tertiana spuria cum syncopi.

Lib 12. methodi fen. 1. 4. c. 6. tract. 2.

Trallianus suggillat Galenum eo quia nõ nouerit febrẽ tertianã intermittẽte ex bile præter naturam ortam curare.

Lib. 2. ca. 37.

taſſe nec Galenus eam abnegaret, modo ſyncopis aduentus non timeatur. Et vt verùm dicamus ita Galenus ait, *qui multitudine crudi ſucci grauatur, hunc ſi modo iuſtam ſemel euacuatione ferre poſſet, nec metus aliquis ſyncopis impediret, ſemel arbitror euacuatum a morbo explicaremus*; ex ijs igitur Alexandrum vnanimem cum Galeno, & concordem iudicate. Ego verò nonnullos ex hac immani febre correptos notaui, vt Illuſtriſſimum Comitem Lucretium a Gambara, Illuſtriſſimum Anibalem Gymnaſium non ſatis laudatum Præſulem, & Archiepiſcopum Sypontinum, admodum Illuſtrem Ludouicum Tontolum eiuſdem ciuitatis Primatem & amicum, nec non hic Ferrariæ nō multis ab hinc diebus Comitem Illuſtriſſimum Federicum Ceſium. quorum Primo, & vltimo ſanguis extractus fuit, & vitam cum morte commutarunt: cæterùm in vita remanentibus, quibus leni pharmaco minorata fuit materia. Receptui igitur canentes concludimus, quòd ij, qui prauorum humorum multitudine premũtur, vacuari deſiderant: verùm quia ſanguinis miſſionem talia corpora non ferũt, ad medicamentum lenitiuum recurrendum ſuadet rei ratio; leuata namque quæ corpus noſtrum regit natura, exonerataq; eo, quo tanquam ſarcina prçmebatur, id quod reliquum eſt euincet. nec vos inducat in euacuationem per ſanguinis miſſionem

11. *Methodi* 15. documentum vniuerſale Galeni; nam documentum illud limitatum eſt ab his verbis (niſi ſcilicet aliquid obſtiterit) cum mille ſint obſtacula, quæ prohibent ſanguinis euacuationem; Nec tandem vos a pharmaco retardare debet præceptum Hypocrates 1. aphor. *Concocta medicari, cruda non moueri*; cum illud locum habeat in cura regulari ſolummodo, non autem coacta, de qua loquens Meſues; *Melius eſt cruda euacuando, ſemel agrum a morte vindicare, quàm expectare coctionem cum agrotantis interitu, & artis irriſione*.

1. Epidem ſectio. 3. t. 80. 4. apho. t. 54. Lib. de cibo ac. præm. Tertiana exquiſita cur breuiſſima.

Prognoſtica.

EXquiſita tertiana (ex Hypocrate) tutiſſima, & breuiſſima eſt; breuiſſima quidem, quia (vt legitur apud eumdem) ſeptem circuitibus terminatur, vel vt habet Galenus nouem cū

lon-

longissima est. Quoad securitatem, Idemmet Hypocrates hęc habet; *Febris quocumque modo intermiserit periculum abesse significatur*, Et Galenus in commento; *Sola enim illa, quæ in quietem febre vacantes desinunt, periculo vacant, & si vehementissimam, & valdè longam habuerint accessionem; si enim adeo breuis fuerit, vt duodenis horis tempore circumscripta, non modo sine periculo talis est febris, sed etiam quàm citò terminatur:* Verùm tutiores sunt, in quibus nubecula in vrinis ante quartũ apparuerit; indicat enim solutionem die septima: ex eodem Galeno, quibus vlcuscula circa labia apparuerint sunt autem vlcuscula salutaria primò, si appareāt die decretorio, & morbo iam concocto, secundò si sint magna, tertiò si perseuerent. Opposita verò, vel sunt inutilia, vel dannosa. Terminatur vt plurimum tertiana sudore per totum corpus fluente, vel vomitu; iuxta illud Galeni, *Tertiana vomitibus, & excrementis biliosis, & sudoribus toto corpore fluentibus finiri debet, quia humor tenuissimus, si modo ascendit vomitum irritat, si descendit aluum mouet, si ad meatus cutis sudorem copiosum, ob sui tenuitatem elicit.* Et Auicennas. *Et quandoque consumitur in vno Paroxismo, ob suæ materiæ tenuitatem*; Et ita profectò euenit, si ritè, & rectè tractatur, alioquin in morbos mortales degenerat, Tralliano præceptore, dicente, *Tertianam exquisitam esse tutam, & breuem, & facilis curationis, maximè si quis eam rectè tractet, alioquin mirum non est*, si difficilis, & grauis fiat, vel in grauiores morbos commigret, vt Galeni exemplo probari potest de macie, seu Tabe ex tertiana improbè curata oborta.

4. c. t. aph. 43. Tertiana exquisita quare vacat periculo. 4. aph. cō. 71. 5. Epidemiorum. 3. de crisibus c. 3. 4. canon. c. 73 Lib. 12. cap. 6. 1. ad glauc. c. 9.

Sed hìc difficultas occurrit, deprompta ex Galeni, ex Hypocratis locis citatis, qui aiunt, febres periculo vacare quocumque modo intermiserint. vnde colligitur, non modò tertianam exquisitam ex flaua bile, & extensam, sed etiam ex bile prassina, eruginosa, & similibus malignis humoribus tutam esse, contrà id, quod paulò ante diximus. *Difficultas proponit.*

Cui obiectioni occurrentes respondemus, tertianam intermittentem ex bilis speciebus præter naturam posse comparari ad febrem continuam ex eisdem materijs genitam, & ad tertianam exquisitam. si cum continua comparatio fiat, proculdubio *Ad difficultatem respond.*

bio

bio minùs periculosa existit: si verò cum tertiana exquisita, esse periculosam nemo non dicet; & id prouenire ex malignitate materiæ, & ex loco vbi stagnat, ventriculo scilicet, qui maximum consensum habet cum corde, vnde syncopis oritur lethale symptoma.

2. Prognosti. c. 38. Præterea Galenus, prauiorem esse affectionem, quando fit ab humore sincero testatur; ac proindè a bile sincera, a qua producitur tertiana intermittens exquisita. Vnde Auicennas cap. de tertiana notha asserit, Accidentia esse mitiora in tertiana notha, quàm in exquisita. quómodo ergo verùm erit, tertianam intermittentem exquisitam esse febrem sine periculo?

Difficultas noua proponitur.

Satisfit difficultati. Verùm est, Domini, quod ab Auicenna, & a Galeno proponitur. dubio enim procul, si bilis misceatur cum pituita, symptomata esse mitiora, quàm si bilis sit sincera; eo quod pituita sui frigiditate obtundit acrimoniam, feruoremq; bilis, vnde accidentia quidem mitiora fient, febris tamen est longior, & difficilius etiam curatur quàm tertiana exquisita; nam licèt pituita sit in causa, vt symptomata fiant mitiora, eadem tamen est in causa, vt febris sit diuturnior, eo quod non tàm citò dissipari potest materia biliosa mixta cum pituita, sicuti biliosa syncera. Accedit etiam, quòd bilis (& quod dicitur de bile intelligitur etiam de alijs humoribus) sincera consideratur ad differentiam bilis non sinceræ, prout scilicet miscetur cum alio humore, vel cum serositate. Si bilis misceatur cum serositate, illa non erit sincera; similiter si pituita misceatur cum serositate, ea non erit sincera; Vnde prauior erit affectio si originem ducat ab humore sincero, quàm si oriatur ab humore mixto, cum serositate: serositas namque causa est, vt faciliùs materia illa resoluatur. Quare Galenus locis citat. per humorem sincerum intelligit humorem secretum a serositate, & hoc posito nulla est difficultas.

Cur tertiana notha difficilius curetur tertiana exquisita.

Curatio.

TOlletur tertiana sublata putredine, a qua pendet; humore scilicet bilioso obstruente, vt ordine quodam auferri possint reliqua. Et quoniam bilis non crassitie, neq; visciditate obstruit,

ſtruit, ſed multitudine; minuenda eſt euacuantibus eſt, quod fiet dupliciter, ſanguinis miſſione, vnà cum ſanguine tollente bilem; & pharmaco, illam attrahente. Quoad Phlebotomiam delibcretur primò an conueniat. In quo ſumma eſt controuerſia. Galenus enim in exquiſita tertiana curandi, eam ommittit, & creditum eſt apud multos ommiſiſſe tanquam inutilem: imò reſpondent hi, quoniam ſperabat, (vt promittit Hypocrates) intrà ſeptimum aut nonum circuitum, eſſe terminandam: Quæ ſententia vana eſt; debebat enim eadem ratione ommittere reliqua medicamenta; Alij dicunt, ommiſiſſe illam, propter vniuerſale documentum: ſed hæc quoque vana eſt; non enim hoc facit in curatione tertianæ nothæ, & quartanæ, quæ etiam putridæ ſunt.

1. ad glauc. c. 10.

Cur Galenus de tertiana exquiſita loquens. nõ tractat de phlebotomia.

11. Methodi c. 19.

Breuiter dicendum videtur, Phlebotomiam dereliquiſſe in curatione hac; quoniam ſupponebat Galenus, exquiſitam tertianam fieri in tempore anni calidiſſimo, & ſicciſſimo, in habitu macilentiſſimo, in corpore debili, in regione pariter calidiſſima, & ſicciſſima, in quibus illam non conuenire idemmet docet, dum ait; *Vbi ætas calida, & ſicca fuerit a ſanguinis miſſione æbſtinendum eſt, etiam ſi morbus magnus fuerit, & ætas florens*. Et paulò infra: *Et qui omninò de temporum ſtatu nihil cogitantes ſanguinem abſtulerunt medici, hos omnes interfecerunt*. Adde his quòd in tertiana exquiſita non ſanguis ſuperabundant, ſed bilis; Tertiana febris dicebat Galenus *ab ea, quæ ardens nominatur humore faciente non differt, vtraque enim a flaua bile fit*; & bilis non ſanguinis miſſione, ſed medicamento purganti euacuatur, quando doceat idemmet Auctor: *ſi ſanguis ſuperabundat hunc oportet euacuare, flaua autem bile, vel atra infeſtante, abſtinendum eſt a ſanguine, & humorem infeſtantem euacuandum*. Prætereà ſanguis eſt frenum bilis (ex communi omnium conſenſu, ſi ergo in tempore anni calidiſſimo, corpore iuuenili, habitu bilioſo, bili frenum adimas, non ſine euidentiſſimo periculo Phrenitidis & peruigilij id facies; inde Auicennas ad rem noſtram. *Caue, ne ad vnam duarum rerum ægrum perducas, humorum cholericorũ ebullitionem, & frigidorum cruditatem*. Quòd ſi hoc effugies, quaſi ex neceſſitate

9. Methodi c. 5.

Lib. curatione per ſangu. miſſionem.

tate tertianâ, quę exquisita est, & simplex, duplicabitur, & continua fiet; quando bilis a calore ambientis foris exsiccata, per sanguinis missionem ad replendum vacuum intrò reuocetur.

11. Methodi. Neq; stabilẽ hanc doctrinam perturbat vniuersale illud documentum Galeni, *saluberrimum esse in febribus omnibus venam incidere, non continentibus modò, verùm etiam alijs omnibus, quas putrescens humor concitat*; nam propositio ista est limitata, vt sępè dicimus ab his verbis (nisi aliquod adsit impedimentum.) Inter impedimẽta enumerari possunt in casu nostro, macilentia, summus calor temperamenti, vel regionis, virium languor, tempus anni æstiuale, essentia ipsa febris, & similia. Quoad secundum, mittendus est ex interna vena brachij dextri. Quoad tertium, in principio propter rationes assignatas. Quoad quartum, præparatio ante phlebotomiam adhibenda est, vt vacuetur Aluus, nisi spontè excreuerit, clysteri leni iam dicto, vel acri, prout medico assistenti visum fuerit. Quoad quintum, copia mittendi sanguinem præscribenda est non solùm a multitudine in venoso genere, sed etiam à viribus,

1. Aphor. cō. 3. iuxta illud Galeni, *Sed, & quantitas euacuationis non solùm humorem superabundantem respicere debet, sed & naturam, hoc est vires hominis qui euacuari debet.*

Pharmacũ duplex vniuersale & particulare. Quoad Pharmacum, quia duplex est vniuersale, & particulare, & ab vniuersalibus inchoandum est, de hoc exhibendo deliberandum erit. Verùm quoniam consilio Hypocratis neces-

2. aph. tex. 9. se est, antequam expurgentur corpora prius fluida facere, hoc est ad euacuationem habilia reddere, oportet victum instituere, necnon syrupos adhunc vsum idoneos.

Instituitur victus in tertiana exquisita. Sit itaque victus, quoad substantiam ex laudabilibus alimentis, quoad quantitatem parcus, quoad qualitates verò refrigerans, & humectans, qualem cap. de Ephemera præscripsi-

1. ad glauc. 9 mus, & Galenus sequentibus laudat. *Semper oportet contrarias qualitates illis, quæ præter naturam inualuerint opponere; cum hoc multò plus iuuet, quàm quomodolibet euacuare.* Cibi igitur humectantes, & refrigerantes omnes exquisitis tertianis sunt vtiles. Quantitas tanta sit, vt concoqui possit. Ex oleribus sint attriplex, blitum, lapathum, malua, lactuca, & cucurbita, & ex

alijs

alijs ptisanæ succus, & alicæ sorbitiones. ex piscibus saxatiles. ex volatilibus, quæ mollibus constant carnibus. Inter quadrupedes agnina, & hædina caro laudantur. De quibus audire aliqua ne pigeat; horum enim naturam nosse non parum confert ad salutem præseruandam, & morbos curandos, vt ex classicis deduximus.

De natura et facultate carnis agnina et hædina.

Agnina enim vtpotè temperatura, & ætate humida, nonnisi calente iam aere comedi debet, quę plerumque herbarum nondum a sole lustratarū, (quibus agni ipsi vescuntur) naturam sapit; vnde viridis quidam succus, lentus, mucilaginosus, corruptioni obnoxius ex eadem in ventriculo, & venis gigni solet; ex quo putredines, & corruptiones oriuntur, & per consequens febres malignitatem pręseferentes pululant; vti in Apulia (quo in loco eius frequens est vsus) & alibi euenisse non rarò notauimus. Caueant igitur, qui sanitati suę consulere cupiunt, ne ante Aprilis idus similibus vescantur carnibus; id quod non ignorantes Turcę Constantinopolitani populi saluti cōsulentes pro decreto obseruant, ne ante dimidiatum Aprilem similes agnorum carnes publicè in macellis venales habeant. Quæ omnia etiam ad hædinas carnes referri possent, non ignorantibus nobis, quòd hædina carò passiuis in qualitatibus temperiem quādam sortiatur; natura enim hędus siccitatem præsefert, quæ siccitas humiditate ætatiua retunditur, & hebetatur; vnde temperies quædam in eo resultat, qua mediante hædina caro mollicula, friabilis, & facilis concoctionis euadit: deprauatur tamen esu herbarum, quibus hædi veluti, & agni aluntur; vnde facillimè corrumpuntur, pessimum ad generādum succum, & eo magis si in vētriculo hædina caro aliquid vitiosi succi offenderit; cui corruptioni magis resistit, si tosta comedatur, quàm aqua cocta, & eo magis si Auicennæ fidem præstantes, frigidiuscula quàm calida accipiatur. Hædinam enim frigidam, Agninam verò calidam comedendam esse ex Auicennæ præcepto habemus; hic enim ne quis me mendacij arguat tradit lib. cit. in quo de regimine eius, quod comeditur, & bibitur agit; *Hædus prætereà cū fuerit frigidus erit melior, propterea quod eius quiescit vapor; & agnus cum est calidus est melior, propterea quod ipsius malus*

Cur Turcæ pro decreto obseruāt ne ante dimidiatū Aprilē agnorū carnes publicè uenales habeant.

Caro agnina, et hædina esu herbarū deprauatur et ferè venenosa efficitur.

Hædina caro cur magis saluti conferat si tosta comedatur, quàm aqua cocta frigida quā calida.

Fen. 3 lib. 3. doct. 2. cap. 7.

odor resoluitur. Hęc Auic. qui fortasse ab Hypoc. eã desumpsit.

Quarto de ratione victus in acutis. Aduertant igitur Medici, qui hædinam carnem pro selecto, & optimo victu ægrotantibus (nulla facta differetia temporis) tribuere solent; & eo magis si fidem præstiterimus magno illi

Caro hedina de mẽte Eras. mi epylepsiã mouet. Erasmo, qui ait, hędinas carnes Epylepsiam mouere, quod factum puto ob rationem supra assignatam; Indè Aetius (qui inter omnes medicos hædinæ carni primatum tribuit) in casu de quo loquimur, vt ex sequentibus colligi licèt, ob damna supra recensita, probat, & appretiat hædum inscium herbæ. Humida

Cur hædus appretietur inscius herbæ supra alios. etenim caro hedina cum sit (dicebat) acrimoniam feruentis caloris retundet; & quia gustui suauis, palatum oblectabit, & consequenter appetentiam conciliabit: attamen sit hędulus inscius herbæ; de quo Iuuenalis satira 11.

De Tiburtino veniet pinguissimus agro,
Hædulus, & toto grege mollior inscius herbæ.

Lib. 10. Sed quem gulosi omnium maximè quærebant erat hædus lupi faucibus ereptus, dilaniatusque; de quo Horatius in Epodis, & Martialis, vitæ parsimoniam, simulque suauitatem significantes, ista loquuntur.

Paruus Onix vna ponetur cãnula mensa
Hædus inhumani raptus ab ore lupi.

Vnde est q̃ caro hedorũ ereptorũ ex ore lupi cæteris iucundita te praecellent. Cur autem huiusmodi hædorum caro cæteris iucunditate præcellere crederetur, assignant Aristoteles, Aphrodiseus, & Plutarcus rationem, dum scribũt, belluam illam nimirum suo morsu carnem teneram, & proindè delicatiorem efficere; nam lupi spiritus, vsque adeo feruidus, ac penè igneus est, vt eam ob cau-

2. simphosiorum. sam durissima ossa in eius stomacho emolliantur, atq; conficiãtur; hinc a lupis commorsa celerius alijs putredinẽ contrahũt.

Laudantur etiam fructus laudabiles, vt Axarolæ, vua pensilis, pruna mirabulana dicta, & similia. Ouorum sorbilium vitelli item, quia hi faciliùs quàm pars alba concoquuntur, in prætio sunt. V num tandem oligophoron esse exhibendum, etiam si nulla in humoribus appareat concoctio, suadet rei ratio; conuenit autem, tum quia mirum in modum refrigerat, & humectat; tum quia vires progressu morbi collapsas reficit, adde his, quia confert ad prouocandum sudorem, & vrinam, ac

pro-

propterea eligi debet album, austerum, & aquosum.

Verùm hoc in loco notare volui de mente Lusitani, quæ in dies tertianarijs picrocholis eueniunt in principio Paroxismi. Et sūt vomitus, syncopis, ventriculi lancinationes, & dolor, q̄ omnia ex ratione, & auctoritate Galeni, nec non Hypocratis sentiuntur: sedantur tamen, si tempore quo ægrotantes a symptomatibus prædictis grauantur, cibum proportionatum gustauerint: non igitur semper ægrotantes quietior paroxismi, ac morbi tempore sunt cibandi. Hæc scripta leguntur in Lusitano. *Iuuenis annos natus viginti quinque, natura biliosus ad vitionem vergens, calore nigello, corporis habitu gracili, & hirto, & ad tactum calido, & qui numquam antea ægrotauerat in tertianam simplicem, non longè ab exquisita lapsus est, is cum primum in paroxismum veniebat, multum affligebatur, angustiabaturq́;, bilem meram vomebat, oris amarorem sentiebat, & syncopim patiebatur; vnde vt tanta effugeret mala paroxismi initio semper panem lotum, & aliquali agresta resperſum in victu concedebamus. hoc enim ordine incedentes prædicta symptomata fugiebat. tandem syrupis refrigerantibus epotis, & leui pharmaco propinatio sanitatem obtinuit.*

8. Methodi. 2. art. medic. 11. Methodi. De rōne victus in acut.

Aegrotantes non continuò hora quietiori accessiones sunt nutriendæ.

Cent. 4. cura 98.

In principio syrupi tales sint.

℞. Ossizacc.
Syr. de cicorea.
De endiuia. ana ℥. ſ.
Aquæ cicor. & borag. ℥. iij. m.

Syr. præparātes bilem.

Cauendum semper in his febribus ab ijs, quæ plurimùm dulcia sunt; inquit enim Hypocrates a dulci bilis, quare aquarum proportio ad syrupum tripla sit oportet. Vide si lubet amatum Lusitanum, qui (ad rem nostram, doctrina, qua pollet) docet, non semper nos debere eadem syrupi vti mensura in omni ferè morbo. veluti si omnes vno calapodio calciari debuissent. In febribus enim biliosis, vbi plerumque sitis viget, parum syrupi, multum verò aquæ miscemus, adeo vt illis sex vnciarum pondus resultat, quia nostra in ijs febribus intētio erat, vt syrupus in longinquas corporis partes permeet: at cum volumus stomachi, & præcordiorum, veluti intestinorum, materiam coquere,

Dulcia in febribus vitanda.

6. populare.

Notam administrandis syrupis.

Cent. 2. curat. 11.

quere, & eam expulsioni parare, tunc aquam imminuimus, & syrupi quantitatem augemus.

Exhibeantur autem syrupi hi, quousque bilis ad expulsionem parata videatur; quod cognoscetur ex Hypostasi laudabili, nec non ex symptomatum mitigatione; præparata itaque bilis purgabitur. Vt

Medicamētū enacuans bilem.

℞. Florum cordial. p. j.
Tamarindorum. ℥. 5.
Senæ or. ʒ. ij.
Tartar. præp. ʒ. j.
Cinnam & anisorum. ℥. s.

f. decoct. in s. q. aquæ cicor. & in col. suff. dissolue.

Syr. rof. solut. }
Et syr. viol. solut. } an. ℥. j. s.
Mellis rosat. solut. vnc. ij.

Rheub. opt. infusi in parte dict. decoct. colat. & express. ℈. iiij. m. clarificentur omnia pro potu.

Vel in forma Boli

℞. Cassiæ recent. extract. vnc. j.
Dyacatolic. ʒ. iij.
Rheubarb. opt. puluer. ℈. iiij.

cum saccaro q. s. f. boli.

Medicamenta particularia sunt Dyuretica, sudorifica, vomitoria, & per Epycrasim subducentia. Vomitoria sunt; Vt

Vomiterium ad bilem educendam.

Aquæ tepidæ lib. j. aceti parum. m. Vel loco aceti addatur syr. acetos. simpl. ad vnc. j.

Sudorofica sunt intus; Vt

℞. Decoct. milij. lib. 5.
Vini opt. parum, misc.

Extrinsecùs verò in regione Thoracis inungantur oleum camemelinum, Anetinum, amigdal. dulcium.

Diureticorū formula.

Diuretica multiplicia sunt, quorum alia leuiora, alia vehementiora.

Leuiora sunt, Vt

℞. Semin. comun. vnc. j.
Radic. appij.

Ru-

Rusci.
Feniculi.
Et asparagi. an. ℥. ij.

Bull. in s. quant. iusculi non saliti, & facta colatura, de ea ℞. lib. 5. & cap. cum saccaro opt. ad moderatam quantitatem.

Vel

℞. Syrupi de cicorea nicol. vnc. ij.
Aquæ capil. vener. vnc. iij.

Vel

℞. Trociscorum de absinthio.
Et Rheubarb. an. ℈. ij.
Aqu. capil. vener. vnc. iij. m.

Quæ per epycrasim euacuant multa similiter reperiuntur, & potissimum Rheubarbarum ad ʒij. exhibitum cum vino aromatico. Galenus laudat vinum, in quo absynthium maceratum fuerit; nam vt ipsemet docet, optimum est absynthium ad bilẽ subducendam, & eamdem sentẽtiam sequitur Mesues. Contrà quos Alexander Trallianus validissima ratione probat, nequaquam esse exhibendum absynthium in tertiana exquisita: sed solum vbi humori bilioso admixtus fuerit pituitosus, & ventriculus langore prematur; Vt ergo huius facti veritas elucescat, ne queso legere pigeat, quę de mente horum Auctorum in medium afferre intendimus. *6. de sanit. tuẽda cap. 10.* *An absinthiũ in tertiana exquisita exhiberi possit & debeat.*

Galenus lib. art. curat. ad glaucon. de tertiana exquisita loquens contestata profert: *Vrina verò potionibus, in quibus Apium, aut Anetum maduerunt prouocanda, & si tibi coctionis signa mostrantur iam cum fiducia aliquid absinthij potes exhibere, quod alioquin summum est stomachi remedium, vbi bilis infestauerit, si præsertim ex ipsius coma quantum sufficiat accipiens melicrato intinxeris.* Quibus Galeni verbis fauent ea, quę Oribasius scripta reliquit, in quo de ijs, quæ vrinam cient agit. & ita habent. *Absynthium per lotium expurgat & maximè id, quod in venis biliosum est; Adde his, vt enim scamonium medicamentum apprimè calidum bilem purgando per Hypocratem corpus refrigerat; ita absinthium per lotium bilem quoque vacuando corpus refrigerat, & per consequens, vt scamonium exquisita* *Sentẽtia Galeni de absinthio exhibendo in tertiana exquisita.* *Lib. 14. suorũ collectorum cap. 49.*

quisita in tertiana conceditur; ita & absinthium concedi poterit.

12. *Sua medicina cap. 60. Alexander Trallianus cõtra Galenũ negat, absynthiũ dari debere exquisita tertiana correptis.*

Contrà Alexander Trallianus Galenum ita sugillat, inquiens. *Miror autem, quomodo Galenus, qui artem legitimè si quis etiam aliorum medicorum exercuit, adeò indistinctè scripserit, vt dicat exquisita terciana correptis absynthij dilutum a septima die propinandum esse; Ego verò falsis tertianis potiùs dedi mixto eioximelitis momento, sic enim pituitæ miscelam, & citrà noxam magis extenuat, & leuiter purgat, vt non vsus veniat origani, aut Isopi, aut calaminthæ, aut palegij, quæ omnia acriora sunt, & cum periculo, crebroq́; febrim iam magis accendunt, &c.*

Nos verò breuiter, exquisitis tertianis afflictis cũ Tralliano liberè pronunciamus, absynthij dilutum, aut infusum, aut ex eo syrupum, etiam apparente concoctione, nullatenus esse dandum; & vt de absynthio, ita etiam de Aneto, aut similibus calidis intelligi volumus; cum horum vice cicoreæ, endiuiæ, cicerbitæ, melonis, cucurbitæ, acetosæ, nenufaris, aut similium lotium prouocantium stillatiuum securiùs, & rectiùs concedere possumus, aut melius (vt Auicenna docet) seminum frigidorum cremorem, succumve hordei, aut Apij vnius, vel alterius radiculæ decoctũ, aut ex ijs, & seminibus prædictis adiectis acidis prunis, & radice nimpheæ, aut eius floribus, vel reliquis cordialibus dictis decoctulum paratum, & immixtum syrupis refrigerandi vim habentibus, quibus & otium, & sudores euocentur.

Si verò exquisita non adeo tertiana febris fuerit, & ægroti ventriculus imbecillis, & frigidus; vt diximus Galeni dogma veritatem cõtinet; quod Auicenna vt solet enarrat; Nam hoc in casu & Apij radicem, & piper hordei aquæ immiscere iubet, vt proprio capite de exquisitæ tertianæ curatione apud eum, qui hæc legerit, inueniet.

Et hę sunt Indicationes a causa, qua sublata, si intemperies, vel ratione febris, vel pharmacorum derelicta fuerit, corrigenda erit frigidis, & humidis internis, & externis, de quibus specialiter capite de Causone. Interim non possum me contine-

re

re quin potum aquæ frigidæ more Neapolitanorum cum Lusitano præter cętera ad hunc vsum conferentem non prędicem: & phlebotomiam semper, nec non medicamentum purgans quandoque non damnem. Lusitanus ad rem nostram sequentia profert.

Ioannes Thomasius mercator Venetus, cũ ex Antuerpia Anconam venisset ex itineris longitudine, & laboribus contractus, fractus & confectus in tertianam incidit, ad quem cum intraret medicus quidam, & illi minorans medicamentum propinaret, & sanguinem per venæ sectionem extraheret, & syrupos illi concederet, grauissimè haberet elapsis quatuor paroxismis, ad eũ sum vocatus die paroxismi, quem magna, & ingente febre afflictum, ac validissima siti cruciatum comperio; in qua accessione assistentes illi aquam abnegant: Ego verò hominem, sic eo tempore vexatum, & valdè siticulosum videns, linguam admodum quoq; aridam habentem, in cuius vrina nescio quid sublimamenti conspiciebatur, aquam ad satietatem bibere concedo, quam ille auidissimè vnico haustu affatim ebibit, a cuius potu vehementer sudauit, & ita bene habuit, vt sequentis paroxismi die immunis euaserit.

De quartana exquisita.

Febris hæc iure dicitur quartana, eo quod periodos habet de quarto in quartum. vnus Plinius inter Latinos *Lib. 7. ca. 59.* vocat hanc febrem quadrimam. quam præsertim Lucillus, & Plautus appellarũt querqueram, ab illo scilicet tremore, & frigore, quod vehementissimum substinent quartanarij. Dicitur tandem febris melancholica, nigra febris, quoniam originem ducit ex melancholia humore nigro.

Vnde febris quartana dicatur, cur quadrima appelletur, querquera, melancholica, nigra.

Definiri potest quòd sit calor accensus in corde, & diffusus per vniuersum corpus a melancholia putrescente extra vasa de quarto in quartum intermittenter. In hac definitione præter alia continetur materia, & est melancholia. Secundò modus, & est putrefactio. Tertiò locus, & est extra vasa. Vltimò inuasionis modus, & est intermittenter. Circa quæ nec de periodis, nec de inuasione, non de humoris conditione, ac de lo-

Definitur febris tertiana & definitionis particulæ examinãtur.

co

co differendum est; cum hæc omnia ex dictis satis pateant: sed tantùm de materia, quam melancholiam esse docet Galenus multis in locis.

2. de diff. feb. c. 5. 1. ad glauc. c. 3.

Sed aduertatur, quòd medici plerumque abutuntur his vocibus, melancholia scilicet, & atrabile; cum interdum melancholiam naturalem bilem atram appellent, & contrà. Vt veram tamen naturam huius febris, & compertam habeatis, nosse oportet quot sint genera melancholia, & ex quibus fiat vnaqueque species quartanæ.

Duo sunt melācholiæ summa genera, & quæ.

Auicennas, & Galenus docuerunt, duo esse melancholiæ summa genera. Alia est melancholia naturalis, hoc est, quæ secundùm naturæ cursum in omni homine generatur: Alia verò est prętér naturalis, quę generatur in corporibus nostris pręter naturæ intentionem. Melancholia naturalis est, quæ generatur in hepate, & tamquam fex efficitur in ipsius sanguine. Præter naturalis verò melancholia communiter a scriptoribus atrabilis nominatur diximus communiter ob rationem supra assignatam. Scribit Galenus, hunc humorem propriè appellari solere succum melancholicum. Ego autem inuenio Hypocratem vocasse illum aquam, vbi ait sicuti cor est receptaculum sanguinis, sic lien esse receptaculum aquæ. Cur autem Hypocrates sic appellauerit melancholiam naturalem nihil certi comperio; nisi dicere velimus, huic humori commixtam esse magnam copiam humoris crudi, seri, seu aquæ; Quod cum intellexisset Aristoteles dicere solebat, eorum, qui laborant liene cicatrices nigras esse, quoniam sanguis illorum aquosus est.

Fen. 1. 1. cap. de humorib. Lib. de atrabile & quar. to aphor. 23. Quæ melancholia naturalis dicitur. Quæ verò pter naturalis. Quarto de morbis circa principium. Vnde est qđ Hypocrates appellet melā choliā aqua. 9. part. probl. probl. 5.

Bilis atra ex quibus generetur.

Hæc Bilis atra, seu melancholia non naturalis efficitur, tum ex bile flaua combusta; tum ex sanguine deusto; tum etiam ex pituita assata; & præter has species melancholiæ est quædam alia species, quæ vocatur a medicis sanguis melancholicus.

Differētia inter sanguinē melācholicū & melancholiam.

Sed percunctabitur aliquis vestrum, quæ sit differentia inter sanguinem melancholicum, & melancholiam. Cui obtemperantes dicimus, quòd sanguis melancholicus statim, ac è venis effluit coagulatur, melancholia verò vbi est extrà venas minimè concrescit, sed diffluit, & potiùs (vt ita dicam) aquescit. Adhæc melancholia naturalis si spargatur supra terram fer-

fermentat ipsam, mordet, vt acetum, & splendentem habet colorem. His sic stantibus videndum est, è quonam generefiat vna quæque quartana.

Galenus (postquam determinauerit, duo esse quartanarum summa genera; legitimam scilicet, & spuriam; & ex melancholia præter naturali fieri quartanam spuriam) probat, exquisitam quartanam fieri ex melancholia naturali.

2. de diff. feb. 5. *3. Prognost. 17.* *3. Aphor. 21.*

Et primò quia corripit homines, quibus vel rõne tẽperamẽti, vel victus an teacti melancholia multiplicata fuerit: Secundò quia quartana frequentissima est tempore autunnali, quo melãcholia naturalis redundat. Tertiò quia symptomata, quæ afferũtur, melancholiæ propria sunt. Et quoniam melancholia duplex est (vt diximus) naturalis videlicet, quę feculentior pars sanguinis est: & non naturalis, quæ assationem aliorum humorum consequitur; Dubio vertitur, ex quanam melancholia efficiatur quartana, & quæ dubium faciunt duo sunt. Primò dictum est, Periodos consequi determinatos humores ab occulta proprietate. Videndum ergo est, quomodo quartana non solùm humorem melancholicum, sed etiam atrambilem consequatur. Secundò dubium facit documentum Galeni asserentis, nullum vidisse ex atrabile morbum, qui ad perniciem terminatus non fuerit: Et tamen luce clarius est, quartanam exquisitam inter morbos omnium saluberrimam esse.

Quartanarũ summa genera duo esse testatur Galenus legitimã & spuriam.

Ex qua materia fiat quartana spuria, ex qua legitima.

Periodus consequitur determinatos humores.

Lib. de atrabile cap. 3.

Morbi ex atrabile vt plurimum lethales.

Ad primum dicendum est breuiter, quòd Periodus licèt cõsequatur proprietatem occultam alicuius humoris, potest tamen consequi plures humores, quando humores illi proportionalem naturam adepti fuerint, ratione cuius similem quoque proprietatem habuerint, quo pacto contingit in atrabile, & humore melancholico, cum vterque terrestrem naturam habeat, ac vterque frigidus, & siccus sit, quod etiam obseruatur clarè in medicamentis, quæ plures humores ab occulta proprietate trahunt, & in eodem humore, qui a plurimis medicamentis trahi potest.

Ad secundum respondetur, Atrambilem perniciosam esse, dummodo non obstet aliquod impedimentum; obstat autem in quartana intermittenti primò ipsa intermissio, quæ omnem mor-

Intermissio omnẽ morbũ securum reddit.

morbum securum reddit. Secundò humoris resolutio; nam antequam cor(quod est vitæ fons)inuadat,resoluitur per insensibilem halitum.

Quartana duplex Incipiens & consequens ad alios morbos. Et hic breuiter notandum,quòd quartana est duplex: Incipiens, & consequens ad alios morbos. Incipiens fit a melancholia naturali: consequens alios morbos verò ex atrabile per assationem. Et nota etiam, quòd sicut melancholia raro, & *Vnde fiat incipiens.* difficulter putrescit propter innatam frigiditatem, & siccitatẽ; *Vnde consequens.* ita etiam rarò quartana incipiens obseruatur, subsequens verò sæpissimè.

Rarò quartana incipiens obseruatur. Cur quartanæ legitimæ et cõtinuæ rarissimè fiant. Notandum preterea est, quòd quartanæ legitimæ(vt ex Galeno,& Auezoar colligitur) rarissimè fiunt; quoniam vix inuenitur in corporibus nostris vnquam pura melancholia naturalis: sic etiam quartanæ continuæ rarissimè obseruantur.

Et huius raritatis duplex est ratio. Vna quia humor melancholicus cum sit terreus, frigidus,& siccus semper in comparatione aliorum paucissimus est in corporibus nostris, adeò vt vix vnquam sufficere possit ad faciendam continuam, & longam putredinem. Alia ratio huius raritatis est; quoniam hic humor maximè infestus est, ob sui prauitatẽ, omnibus membris; propter quod natura nunquam patitur eum copiosè cumulari in ipsis venis, vt sufficere possit ad faciendam continuam febrem.

Cæterùm,ne quid huic tractationi deesse videatur,reuocare in memoriam iuuat,quę paulò ante determinauimus de mẽ-
7.aphor.com. 17. te Galeni;ex putrefactione scilicet, pituitam in bilem degenerare, nedum in melancholiam, cui propria natura similior est; Quando ex recentioribus aliqui probabiliter concludant,nullam esse maiorem assationẽ ea, qua pituita migrat in gypseam, quæ nihilominus non est melancholia. Quo videtur nulla assatione,nulloque calore in atram bilem posse mutari pituitam.

Ad quam difficultatem respondemus, hanc esse differẽtiam inter calorem, seu causam,quæ efficit gypseam pituitam,& eã, quæ ipsam mutat in melancholiam; quòd illa lentè agit, & diuturno tempore, & ferè est calor mitis, & nõ plurimum a naturali recedens: At in ea,ex qua fit melancholia,calor vehentior

est,

est, & citiùs agit, & positiuam inducit siccitatem, citrà resolutionem omnis humiditatis, vt fit in gypsea; sed adeo agit, donec siccitas quędam introducatur, quæ finitima sit siccitati melancholiæ, citra id, quod vel ex toto conterat humiditatem, nec fluiditatem adimat, nec colorē omninò mutet, quod opus non est; siquidem ratio melancholiæ potius in frigido, & sicco quàm in calore sita est, præter quam quod cum hæc sit præter naturalis melancholia, non tenetur sortiri omnes melancholiæ naturalis conditiones.

Causæ.

Causæ sunt in triplici differentia. externæ, vt aer ex sui natura frigidus, & siccus, vel inæqualis, aut ratione anni tēporis, aut ratione tenebricosæ habitationis. Potus sunt, vt vina nigra, & antiqua, vel quæ ex sui natura ad hunc humorem procreandum apta censentur. Cibi præscribuntur a Galeno, vt inter carnes bubulæ, cameliņæ, vulpinæ, & eiusmodi. Inter pisces delfini carnes, & genus omne cetaceorum. Inter olera ferè omnia, excepta lactuca, quam Galenus asserit esse optimi succi; excluduntur etiam legumina ferè omnia, tamquam pessi na.

Ex quibus quartana generatur.

3. De loc. aff. c. 7.

Libro de cibis boni & mali succi.

Internam causam diximus esse vtramque bilem, vt legenti Galenum, & Auicēnam manifestum apparebit. Galenus namque, generatur quartana (ait) ex humore atrebilis putrefacto: putrefit interdum ob crassitiem, aut multitudinem, aut tenacitatem materiæ inutilis, aut aliquam meatuum obstructionem. Et Auicennas, eius causæ sunt, quæ generant melancholiam, postea putrefaciunt eam; & paulò infra euenit vt plurimùm ex successione ægritudinum febrium diuersarum: ex quorum putrefactione, cum adduntur, & non euacuantur, multiplicatur melancholia, quæ multiplicatur similiter ex alijs rebus non naturalibus, quales sunt temperamentum frigidum, & siccum natura, vel aliquo vitio introductum. Ætas senilis, habitus macilentus, hyrsutus, & niger, sexus masculeus, anni tempus autunnale, & aer habitationem faciens, qualem descripsimus.

2. de diff. feb. c. 5.

4. cano. c. 64.

Sed dubitari potest, si habitus durus, hispidus, & niger est

Difficultas proponitur.

inter has causas; qui fieri possit, vt interdum videantur corpora sanguinea, benè colorata, Pueri, Virgines maximè quartanis tentari? Ratio euentus est (loquens de benè coloratis corporibus Mercatus ait) quia cũ pulcriores partes, & temperatiores plures sint in huiusmodi corporibus, & hæ similibus debeant ali, fit facile, vt superabundet succus melancholicus, quo paucissimæ partes egent; & ob id eo sic redundante, quantumuis temperata, & pulcra sit fœmina, necessum est in quartanam febrem incidere.

Sed hæc responsio non tollit difficultatem, quando quidem corpora benè constituta, minimè succos prauos in ea copia producunt, vt possint sufficere huius febris generationi.

Color similes efflorescit humoribus. Præterea dicit Hypocrates, in initio lib. de humoribus, colorem cutis demonstrare dominium humorum; vnde si color in cute floridus est, videtur necesse optimos succos in venis esse debere; quamobrem multò satius est dicere, vbi talia corpora tentantur quartanis febribus, fieri illud propter malam viuendi rationem; quam dicebat Galenus etiam optimas naturales constitutiones destruere. *Difficultati satisfit. Lib. de cibis boni & mali succi c. 2.*

1. sect. probl. 19. De pueris, quos ait Aristoteles quartanæ esse obnoxios, quòd calore naturali plurimùm polleant, dicitur, ætatem pueritiæ minimè ratione ætatis hac febre exerceri: sed potiùs ob sanguinis vitiũ, quo nutritus est puer in vtero; Vel fieri quartanam in pueris propter insignem ingluuiem illius ætatis; quoniam pueri, cum voraces sint, multos crudos humores gignunt; ex quibus multa fex remanet in generatione sanguinis, ac propterea non paruus generatur humor melancholicus. *Pueri voraces, & ideo plurimũ cruditatis cumulant.*

1. De natura human. & 3. prognost. 28. Item (vt notat Galenus) quartana generatur potissimũ post trigesimum annum, & maximè in ætate consistentiæ quicquid dixerit alibi, & præsertim 1. ad glauconem 6. vbi tribuisse potiùs hoc videtur ætati senili; quæ quidem diuersitas conciliatur ab Ætio, quando docet, omnes ætates huic febri esse obnoxias; non quidem, quòd tot ętatum diuersitates vni morborum generi conueniant; sed quod in omnibus melancholicos succos, ob alias causas redundare necessum sit; sic enim, quæcunq; frigidiorem, & crassiorem sanguinem gignere nata sunt, mate- *Lib. 5. c. 83. Omnes ætates obnoxiæ sunt quartanarijs febribus.*

riam

riam huic febri præstare possunt; vt si cui vis temperamento, aut naturæ accedat mœror, sollicitudo, cura, vigilia, amor, tristitia, maximè si præcesserint frigidi, & siccicres cibi, & immodicus aceti vsus; quo quidem frequentiùs vtuntur Virgines ferè omnes; qua potissimùm ratione in melancholiam, & in quartanam dilabuntur.

Porrò Acetum melancholico humori gignendo aptissimum esse, eius qualitates, & vires euidentissimè docent, & nos infra demonstrabimus cum Galeno præsertim 4. simpl. cap. 12. Est etiam præter dictas alia vberioris humoris melancholici causa menstruæ purgationis cohibitio, quandoquidem menstruus ille sanguis etiam in Virgine secundùm naturam se habente, vbi intrà statutum tempus immoretur, si Galeno credimus, nigrior esse solet, sic enim fit, vt fœmina quæ boni est habitus, pulcra, & iuuencula non carò in febrem quartanam incidat.

Acetũ quartanarijs infestissimum.

Sãguinis mẽstruire tentio disponit virgines ad quartanam.

Lib. de atrabile.

Diximus præterea anni tempus autunnale feracissimum esse melancholiæ, & consequenter habilissimum ad quartanas procreandas: sed rationi consonum videtur, exquisitam quartanam plerumque verè accidere: nam cum ex naturali melancholia prodeat, & hæc sit sanguinis fex, eo tempore, eam abundare credendum est, quo & sanguis: Sed is abundat tempore veris, vt omnium Auctorum est vulgatissima sententia; ergo & melancholia: Cum hoc tamen ratione, & experimento constet, non ita esse; nam sanguinis vbertas, quæ eo tempore viget potentior est ad frenandam melancholiam, quàm sit ad morbos eo tempore efficiendos, saltem febriles, donec adueniente æstate sanguis conteratur, & in melancholicos affectus degeneret.

Autunno vt plurimum quartanæ procreantur.

Quare ver feracissimũ nõ sit quartanã febrium.

Lib. 5. c. 83.

Sed hìc iure dubitari poterit de mente Ætij, qui hoc peculiare habere febrem quartanam testatur, vt quicumque ab eâ semel liberati sunt, numquam amplius tententur; quod si verũ est, falsum videtur id, quod docet Auicennas, inter alia signa esse consuetudinem patiendi.

Aetius docet nũquam amplius quartana grauari semel ab ea liberatum.

Ad difficultatem respondetur, duplicem esse quartanam, legitimam scilicet, & illegitimã. legitima, vt audistis est illa, quæ fit ab initio, & quæ fit ab humore melancholico naturali: spuria autem, & illegitima est, quæ sequitur alias febres, & quæ

Duplex quartana legitima & illegitima.

Quæ sit quartana legitima.

gene-

generatur a melancholia non naturali. Iam verò quod dicit Aëtius, certissimum est quidem de quartana legitima, non autem de illegitima, seu spuria, de qua loquitur Auicennas; quoniam non solum semel, verùm etiam sæpius, hominem afflixisse exemplis cognouimus. Possumus quoque dicere, exquisitam quartanam, aut multum durare, & perfectè curari: aut non multum durare. Ea, quæ multum durauit, & perfectè sanata fuerit, amplius non redit: quæ verò non fuerit perfectè curata solet reuerti.

Semel tentati quartana legitima nũquã amplius cruciantur

Cur semel a quartana liberati nũquã amplius ab ipsa tẽ tentur. 1. Ratio. 2. de diff. febrium.

Sed dicetis, quæ est ratio cur a quartana semel integrè liberati numquam amplius ab ipsa excrucientur? Triplex, vt ego puto, ratio huius est. Prima quoniam (vt docet Galenus) in quartana nihil vmquam relinquitur putridi in Paroxismis, sed propter longitudinem mala tota materia euacuantur, & consumitur; adeo vt impossibile sit, vbi semel hæc materia fuit consumpta, vt amplius in ea copia cumuletur, quæ possit satis esse ad generandam nouam febrem.

2. Ratio.

Secũda ratio est, quoniam hic humor paucissimus est in corpore nostro, atq; etiam omnibus facultatibus aduersissimus; vt vbi semel fuit consumptus non patiantur facultates iterum ipsum congregari.

3. Ratio.

Tertia, & vltima ratio assignatur, quoniam longo quartanarum tedio fiunt homines in victu cautiores, & prudentiores; vndè postmodum non ita facilè committunt errores, qui possint nouam febrem generare.

Signa.

Quibus dignoscatur quartana. Primò.

Dignoscitur quartana primò a calore præter naturam, qui acer est, & mordax, sed multò minus febribus biliosis; nec est copiosus, aut vaporosus, sed siccus veluti siccam testam tangeremus.

Secundò.

Secundò temporibus accessionis; Incipit febris hęc non cum forti stati m rigore, sed potiùs cum horrore, qui progressu temporis in pessimum rigorem mutatur. Differt igitur rigor quartanæ a rigore tertianæ, quòd in tertiana rigor a magno procedit ad paruum: in quartana verò contrà. Et rursus rigor quartanæ

In quo differat rigor quartanæ a rigor tertianæ.

tanæ eſt, ex Galeno, qualis eſſe ſolet illis, qui gelu perfunduntur; In tertiana verò fit rigor cum maximo ſenſu punctionis, perdurat decem, & octo horas circiter, & ſoluitur cum ſudore vt plurimum exiguo, omniſq; fętoris experto; nam (vt dicebat Raſis) in his febribus minimam partem vaporum pertingere ad muſculos, & propterea pauciores fieri ſudores toto tempore quartanæ. *Nonò continentis.*

Quoad ſympthomata tenetur quartanarius totiùs corporis laſſitudine quadam, veluti oſſa perfracta haberet, inſomnijs turbatis, timoroſis imaginibus plenis, ſiti vehementi, capitis dolore grauatiuo, alui ſtipticitate, inappetentia vna cum nauſea. Indè Herculanus ſi ſpectemus ſigna, quæ ſumuntur ab actionibus læſis, *Quartanarij mæſti ſunt, timidi, aut vigilant, aut ſomnos turbatos habent; Appetitus ab initio diminutus eſt, poſt initium ſolet fieri maximus*; Quod etiam docuit Hypocrates exẽplo Polycari, & Oneſyanacti. Cauſa huius rei, *quoniam initio ventriculus oppletus eſt pituita, quæ appetitum hebetat, & qua conſumpta progreſſu febris appetitus excitatur.* *Quibus ſymptomatibus p̃natur quartanarius.* *Cur appetitus in quartana ſel re deijciatur in principio morbi fiat verò maximus in progreſſu.* *7. Epidemiorum.*

Pulſus ſunt tardi, parui, rari, inordinati, ac duri. Vrinæ vel tenues, vel decolores apparent, vel liuiditatis quamdam imaginem præſeferunt, procedente verò tempore, vel ad modicam craſſitiem, & colorem mutantur, vel ſi criſis per vrinam contingerit nigræ excernuntur. Omnia quæ diximus, confirmantur Auctoritatibus Auicennæ; *Signa quartanæ ſunt, quod incipit cum paruo frigore, &c. Et Galeni, quartana febris cognoſcitur, &c.* *Pulſus quartanarij quales vrinæ quales.* *4. canon 65.* *2. de criſibus c. 4.*

Prognoſtica.

QVartana ſalubris eſt, cum ſit degenere intermittentium: licèt propter diuturnitatem in Tabem, aut Hydropem aliquando permutetur, maximè ob obſtructionem lienis, vel hepatis, vt docet Ætius ex ſententia Rufi, & non ſiluit mercatus in ſequentibus, vbi concludere videtur, quartanam ex obſtructione lienis diuturniorem eſſe, quàm ex hepatis vitio. *Obſtructum, ac repletum iecur magis ſeptum tranſuerſum premit, atq; huic ineuitabilis ferè hydrops; ſi quidem hepatis ipſius materia* *Quartana aliquando in Hydropẽ & Tabem permutatur.* *Lib. 5. c. 48.*

teria multitudine grauatur, natiuus calor ſanguinis Auctor obruitur, atque adeo extinguitur, vt ſanguificationis priuatio adſit. quòd ſi ſimul lien intumuerit diuturnius malum eſt, quàm ſi ab hepate ortum ſit, & ad Hydropem non rarò ducit. Eſt enim lien ſanguinis depurandi officina, vnde ſi ſuo ſuperſedeat officio, Aqua in Omentum affluet, Hydropem accerſit, vt ex Hypocrate conſtat, præter quæ omnia difficiliùs curatur, ob eius imbecillem calorem, hæc ſunt conteſtata verba Mercati. Nec ſolùm quartana ex ſua natura ſalutaris eſt ex Hypocrate (quod minimè intelligendum eſt ſimpliciter; ſenes enim magna ex parte interficit, & cum febres omnes in ſenibus periculo non vacent, funeſtæ verò, & periculoſiores ijs ſunt maximè quartanæ, quia vt vincantur multò egent calore, quo ſenes carere certum eſt;) Sed etiam referente eloquentiſſimo celſo, quãtum ſit ex ſe; neminem iugulat: imò verò a multis alijs morbis liberat; cui ſententiæ adhæret Hypocrates, dum ait, *a quartana capti non admodum conuulſionibus capiantur; ſi verò prius capiãtur, & quartana ſuperuenerit liberantur*. Et Galenus in commento; *cum duplex ſit horum ſanatio, excretio ſcilicet, & coctio. hæc duo quartana, excretionem ſcilicet a rigore, & coctionem a calore febrili habet*. Et tandem Hypocrates idem met. *Quartana* (inquit) *quæ ſalua eſt, liberat ab ægritudinibus melancholicis, vt ab Epyleſia, melancholia, & in ea eſt ſecuritas a ſpaſmo, & non durat niſi per annum, modo error non accidat; ſunt & quartanæ, quæ per duodecim annos perdurant, quibus omnibus inimicus eſt Autunnus*. Cauſa longitudinis eſt, quoniam vt dicit Plato in Timeo; fit hæc febris a terra, hoc eſt ab humore terreſtri; præter quam quod homines in his febribus manifeſtos errores committunt, qui efficiunt, vt continuus fomes febri ſuggeratur.

2. De morbis mulierum.

Indè Celſus ſæpè hoc milũ. loq. de Hydrope, quartanæ ſuperuenire.

1. popul. p. 3. tex. 4.

2. de diff. feb. c. 5.

Quare febres quartanæ ſenibus maximè efficiant.

Lib. 3. cap. 5.

5. Aphor.

Cur quartana a multis alijs morbis homine præſeruat.

6. Epidemiorum.

Quæ eſt cauſa vt quartana ſit adeo lõga.

Sed obijciet hic aliquis, quomodo ſcribat Hypocrates in fine lib. de carnibus, febrem hanc duabus hebdomadis iudicari? Reſpondemus, ipſum in lib. de carnibus & in Aphor. loqui de æſtiuis quartanis, de quibus mentionem facics etiam Galenus. *Aeſtiuæ quartanæ* (inquit) *magnæ ex parte breues ſunt, autunnales longè, & maximè quæ hiemem attingunt*; cõfert enim

Explicatur Hypocrates, qui ait duab. hebdomadis iudicari quartanam.

3. aphor. cõ. 14

non

non parum ad febris breuitatem, prolixitatem, & securitatem calor, & frigiditas ambientis. Receptui igitur canentes dicimus, febrem quartanam esse tutam quoad se. & quandoque (vt diximus) a mille alijs morbis hominem liberare. Nec quicquam contrà hanc sententiam concludit Hypocrates, cum ait in ea pestilenti constitutione, complures quartanarios interijsse; quoniam id quidem verùm fuit: verumtamen non illi interibant propter febres quartanas: sed moriebantur, vel ob pestis violentiam, vel ob alios morbos.

Hypocratis locus explicatur.
Tertio in tertiũ Epydem. tract. 70.

Cæterùm, & si facillimè ægrotantes quartanam febrem sufferat, nemo non dixerit tamen, eam difficillimè curari; Causa autem propter quam quartana vsque adeo curatu difficilis videatur multiplex est. Imprimis difficultatem facit (vt diximus) materiæ ipsius conditio, quãdoquidem humor ex quo fit quartana crassus est, viscidus, tardus ita, vt vix moueat naturam ad sui expulsionem; vt propterea Plato in Timeo dixerit, omnes morbos, qui fiunt a melancholico humore esse curatu difficillimos, & quantò magis irritantur medicamentis, eo fieri deteriores. Alia causa est corporum adstrictio, siquidem corpora quartana febre detenta, mirum in modum adstricta sunt; vnde cum nulla efficiatur transpiratio consequenter contingit, vt corpora in dies magis repleta febrem hanc foueant. Tertia causa est tempus, quia cum quartana plerumq; fiat Autunno, aut incunte hieme his temporibus compertissimum est, omnes morbos contumacissimos esse.

Vnde est q̃. quartana difficillimè curetur.
Prima causa
Secunda.
Tertia.

Postrema causa est viscerum debilitas; quia cum quotidie in his corporibus fiant cruditates, consequenter crudi succi cumulantur, vnde morbo fomes, & longitudo subministratur: Indè Auerroes ad rem nostram curam quartanæ febris esse pene contrariam curę febris ardentis; quia quemadmodum curatione febris ardentis magis attendimus morbo, quàm materiæ: ita in curanda quartana magis incumbendum est materiæ superandæ, quam ipsi febri. quod ponderauit etiam Aristoteles cũ dixit, *quartanam in sui curationem opus habere multò igne, vt debilis ipsius calor a multo calore euincatur*: Et non siluit Hypocrates, qui post multa, cum concluderet omnem febrem ege-

Postrema cã
7. Colliget 14.
1. Sect. probl. penult.
In lib. de loc. in homine.

V re

re frigefactione, excepit quartanam, quasi in hac præcipuus scopus minimè sit frigefactio.

Curatio.

QVa propter ad curationem ritè & rectè perficiendam, vt tollatur Febris intemperies, tollendus est humor obstrucus, vt ordine quodam auferatur obstructio, prohibita transpiratio, & putredo. Quia ergo humor hic obstruit ratione crassitiei (vt diximus) incidentibus indiget, quæ humorem cum sanguine redundantem ad phlebotomiam præparent, & toto genere peccantem ad Pharmacum. Ante phlebotomiã igitur, quam præcedere debere omnia pharmaca, iam determinauimus; deliberetur an conueniat, nec ne; nam eam conuenire partim ex documento illo vniuersali habetur, partim ex redundantia in venoso genere, partim tamdem quòd quartana Autunno maximè floret, quo tempore saluberrimam eam esse testatur Hypocrates. Huc accedunt Auctoritates Auicennæ, & Galeni. Auicennas enim, *quando quartana est a melancholia cum sanguine, tunc extrahatur sanguis secundum quantitatem necessitatis*, ait. Et Galenus *quartana mediocriter & leniter ab initio tractanda est, nullum fortè medicamen, aut euacuationem exhibentes, nisi sanguis vehementer abundare videatur, nam tunc vena secetur interior, vel media, quæ est in sinistro cubitu: quòd si melancholicus sanguis fuerit, audacius mittatur: si flauus & tenuis, statim supprimatur.* Quomodo autem cognoscere oporteat, an melancholicus sit, aperiatur vena, & diligentur animaduertatur quis nam sanguis effluat; nam si sanguis effluat ater, & crassus perseuerandum est in eo mittendo vsque ad requisitam mensuram: quòd si floridus fuerit, iubet, vt quàm primùm sanguis comprimatur. Hæc habet Galenus; *Cum sanguis erumpit, colorem eius oportet attendere; nam si crassus, & niger est, vitiosus est, ideoque vtiliter effunditur: si rubet, & perlucet integer est, eaque missio sanguinis adeo non prodest, vt etiã noceat, protinusque supprimendus est: sed id euenire non potest sub eo medico, qui scit, ex quali corpore sanguis mittendus sit.* Quoad tempus, mitti debere sanguinem a principio, iam probatum

Dubio vertitur an Phlebotomia conueniat quartanarijs in re ra.

4 c. no. c 66.

1. ad glauc. c. 2.

1. ad glau. 11.

batum est. Quoad locum, mittendus est primò ab interna vena dextri brachij, ratione ex Galeno citata. Et quoniam, ex codē, inuenitur quartana sine affectione splenis, mittendus est quoque sanguis a venis cum splene conspirantibus, quales sunt saluatella sinistræ manus, vena sedis, nec non media sinistri brachij: Quòd si minimè liceat mittere sanguinem è vena, fieri hoc potest per cucurbitulas; & quia contingit interdum, vt quartana subsequatur per suppressionem, vel menstruorum, vel hemorrhoidum, in his casibus multò accomodatiùs est, sanguinem mittere, vel ab ipsis hemorrhoidibus, vel a venis pedū, vt in mulieribus, vel etiam a cruribus scarificatis; nam in libris de cucurbitulis monet Galenus, *Scarificata crura mirum in modum conferre, tum ad prouocandas menstruas purgationes, tum etiam ad prouocandas hemorrhoidas.*

Ci. 1. ad glau. c. 6.

Vix inuenitur quartana sine affectione splenis.

Quoad quantitatem mittendus est parcè, quoniam antecedens causa frigida est, & copiosa, & larga phlebotomia recrudesceret. Item si plusculū sanguinis mittatur, vires statim deijciuntur, neq; possent diuturnitati febris sufficere. Adde his q; aufertur frenum ipsius melancholiæ, quo spoliata magis sæua euadit.

Nota de sanguine.

Et aduertatur, quòd si cum melancholia sanguinis indicia non appareant; in tali casu a sanguinis missione abstinendum est. *Quando quartana est a melancholia sanguinea*, (testatur Auicennas) *tunc extrahatur sanguis: & quando non est necessaria, tunc phlebotomia est nociua, quatenus debilitat, & ducit contrarium melancholiæ, & quatenus mouet humores ad exteriora.* Et Galenus, *quicumque aliquid ex fortibus medicamentis ab initio inconsiderate exhibuerunt, quartanam quæ erat simplex, sæpius duplicem fecerunt.*

4. canon. 66.

Ci. 1. ad glau. c. 11.

Quoad apparatum, nisi Aluus spontè excreuerit: immittendus est lenis clyster, & si non sit satis, paulò acrior, Vt

Clyster ad quartanarios

℞. Decoct. communis. lib. j.
Dyacatolic. arnaldi. ℥. 5.
Confect. amec. ʒ. iij.
Rodomellis.
Et olei amigdal. dulc. an. ℥. iij.

 Zucc.

Zucc.rubr. ℥. j. m. pro clyst.

Quoad Pharmacum exhibedum ad tollendas reliquias melancholiæ, quæ per phlebotomiam tolli non potuit, quoniam dictum iam est supra duplex esse, vniuersale, & particulare; & vniuersale esse præmittendum ante illud, Instituendus erit victus, humorque concoquendus.

1. Sect. probl. penult. Locis cit. Victus ratio instituitur & quartanarijs.

Quoad victum, teste Aristotele, talis institui debet, vt ad calidum, & humidum declinet; *Quartana laborātium* (docet Aristoteles) *victum constare debere ex rore, & igne, sitque facilis concoctionis, nec flatuosus*. A suillis itaq; carnibus arcendi sunt ægri, atque ab omnibus edulijs, quæ viscida, & tenacia sunt, & tardum habent exitum, atque ab omnibus, quæ refrigerant, & exiccant corpus; Vtēdum itaque est volatilibus, capis, gallinis, & domesticis alitibus, non minùs auiculis montanis, quæ optimi sint succi, & in aquis, & paludibus non degunt. Pisces quoque dura carne prædití, & tenacitate carentes, vt lingulatus dictus, mullus, aurata, scorphanus, & similes; qui cum multò pipere, mostarda, sallamentis (quorum solo vsu, se multos curasse testatur Alexander) sapis, siue condimentis, vt carnes, & cætera edulia tuto in escam concedi possunt. Potus a principio sit vinum tenue, oligophoron, progressu verò temporis, generosiora propinentur, ab aqua verò, tamquam ab igne fugiat, ea enim splen tumescit quartanæ fons, & origo. Ex fructibus laudantur vuæ passæ corinthiacæ, pistacia, amigdalæ, & ijs similia ad obstructionem tollendam accomodata. Acetum melancholicis, & quartana affectis infestum esse docuit Galenus, vtpotè quia fermentationem facit, & melancholiam attolit, atq. multiplicat, quæ omnia ante Galenum docuerat Hypocrates: Licèt Paulus, & Aetius in melancholiæ morbo, aceti quàm acerrimi sorbitiunculam post omnes cibos, vbi iam dormire velit æger, præbeant, quod quidem non attenuationis humorum gratiā solùm dixisse existimandum est, sed potissimè ad cohibendos melancholici humoris vapores, quominus ad caput deferantur, & ob id citiùs accidentia, & vigiliæ, ac deliramenta cessent.

Lib. 12. cap. 8.

Acetum melācholicis infestissimus.

1. De simpl. medic. facul. c. 31.

3. De ratione victus in acutis.

Quando, & ad quem finē concedi possit melācholicis acetum.

Ex Paulo & Aetio.

Quō sit intelligendus hic Galenus, qui salsis præcipit vtendū in quartana cū contrariū alibi doceat.

Sed hic ventilanda venit Galeni contradictio, qui primò ad Glauconem in cura febris quartanæ salsis vtēdum esse scripsit. Et contrà 3. de locis affect. 6. 2. Aphor. comm. 18. & lib. de alimento-

mentorum facultatibus cap. de lentibus; *salitas carnes (inquit) melancholicas esse, & duræ digestionis, crassosque succos generare, quæ omnia ad quartanam febrem generandam maximè idonea sunt*. Ad Galeni contradictionem remouendam statutum sit Domini, duorum generum cum sint salita ipsa, vel etenim grandiorum, duriorumque animalium, vel iuniorum: salsis itaque dum in quartana vtendum esse suadet Galenus, de piscibus salitis mollibus, ac iunioribus intelligere ipsum par est, quippè qui succorum lentorem desiccare, atque eorum crassitiem tenuem reddere valeant; quemadmodum scriptum est in lib. de dissolutione continentis capit. 2. non autem de quadrupedibus salitis magnis sermonem ipsum habere apertum est; Eorum namque carnes melancholicę sunt, succosque crassos & viscidos pariunt. Vel dicamus salsis in febre quartana, tum ad attenuandam, incidendamque pituitam in ventriculo existentem in diuturna ea febre genitam, tum etiam pro appetentia excitanda, commodè vti possimus: licèt alioqui melancholicum, atrumque succum pariant. *A contradictione vindicatur Galenus.*

At ne quis existimet fabulosum omninò esse, quod vulgo fertur (nimirum cibaria diuersa, & prauæ substantiæ plerumque a quartana non paucos liberasse) legat librum Ludouici mercati de rectò præsidiorum vsu, in consilio de victus ratione; & interim expendat, prædicta alimenta non raro pro fuisse, quia cum expetita, & concupita magis amplectatur natura, & ob id perfectius concoquat, & ea ratione maius robur sibi comparet, & minùs excrementi, fit facile vt aliquando eis exhibitis sanitati restituatur homo. Vel dicamus, id non aliundè prouenire, nisi quod natura torpens, & ferè morbo connaturalis facta a sua ignauia, & pigritia vsu alliorum, piscium salitorum, molenginorum, nucum, & similium excitatur, quæ excitata materiam longo temporis tractu coctam, ac obedientem per sudorem, aut vomitum, aut secessum, aut sanguinis fluorem, aut insensibilem halitum transmittit: si verò contingat, nondum materiam esse coctam, & expulsioni paratam, mors indè subsequi poterit, vt contigisse legimus alteri iuuenum ex duobus, qui quartana febre molestabantur; quorum historiam amatus Lusitanus recitat *Qua ratione cibaria prauæ qualitatis febri quartanæ conferāt.* *Cent. 2. cura 42.* *Historia Amati Lusitani.*

citat sequentibus verbis.

Duos Iuuenes nouimus annua quartana laborantes, qui cum inter se mutuo quererentur alter alterum ad edulium fouens quartanam inuitauit; nã eius esu, eos a quartana liberari, prout ab alijs acceperat pro firmo inuitans habebat; Erat autem edulium ex melongenis, & alijs confectum, ex quo saturi cum nimio vini potu (vt referebant) discesserunt; sed quo successu audi, nam ambo in ardentissimam febrem illico inciderunt, ex qua simul, et quartana, Inuitatus copiosissimo sudore respersus, euasit, at inuitans mortem cum vita commutauit. Satiùs est ergo meo iudicio, morbum aliquãtulum citra periculum protrahi, quàm cum temeritate, & forsam cum grauiori damno, ipsum velle breuiorem reddere.

Motus nõ conuenit quousq; morbus nõ est coctus. Somnus similiter quousque coctio fit, comendandus est: in posterum verò moderatæ vigiliæ laudantur: Excretiones ordinariæ prouocentur, & animi affectus concilientur.

An victu tenui nutriri debeãt quartanarij an pleno. Verùm circa victum altera dubitatio vtilissima in Praxi detegitur; nempè an in principio huius febris sit vtendum victu tenui, an potiùs victu pleno, & liberali. Omnes Græci, imò verò omnes Arabes in ea fuerunt sententia; Initio numquam vtendum esse victu tenui in quartana febre; auctoritate Hypocratis muniti, qui perpetuum hanc legem tulit, ne initio morborum longorum victus tenuis administretur, nam prius homo vita discedet, quàm morbus in vigore constiterit; Ex altera parte Auicennas efficacissima ratione probat, nequaquam hoc esse verùm, quòd prædicti Auctores auctumarunt, sed victu tenui initio huius febris esse vtendum. Ratio Auicennæ talis signatur, quia initio quartanarum corpora maximè sunt grauata cruditatibus, ne ergo distraheretur natura ad alteram nouã coctionem, cum tunc vni humorum noxiorum coctioni fortiter vacet, victu tenui vti liceret.

Probat Auicennas victu tenui a principio esse nutriẽdos quartanarios.

In hoc medicorum dissidio hoc modo esse respondendum puto; cuiuslibet morbi scilicet, & præsertim quartanæ, vt probauimus, duplex esse principium: aliud breue, quod primis paroxismis terminatur, & vocatur principiũ principij: Aliud est,

quod concluditur terminis cruditatis,& coctionis,quodque cũ longissimum sit, vocari solet principium principatum.Hoc posito, si primò modo accipiatur principiũ, verissimum est, quod scribit Auicennas, vtendum esse tenui victu, ob rationem ab ipso allatam: Si verò secundò modo sumatur, verissimum est, quod dixerunt Galenus, & Græci; scilicet in hoc principio minimè expedire victum tenuem,nã prius homo morietur, quàm morbus in vigore consti:e e.

Quili' et mor tos duo k abet principia. Quæsito respondetur.

Syrupi ad humorem concoquendum aptissimi censentur. Vt

℞. Syr.de boragin.
De Fumaria.
Et de lupulis. an. ℥. 5.
Aqu.melissæ. ℥. iij. misc.

Syr. per quartanarijs.

Ad ministrentur autem syrupi pluries, quousque scilicet absoluta coctione,apparẽte laudabili Hypostasi,symptomata mitigata inspicientur, accessionibus abbreuiatis, & postponentibus consuetam moram; Purgabitur deindè tali medicamento, Vt

Medicamentum purgans ad quartanarios.

℞. Florum cordial. p. j.
Senæ orient. vnc. 5.
Epitimi. ʒ. j.
Cinnamomi. ʒ. 5.

f.decoct. in s. quant. aquæ plur. infus. rosat. persic.& incolat. suff.dissolue

Dyacatolic. vnc. 5.
Confect.amec. ʒ. iij.
Mellis rof.solut.
Et syr. Domini Augustini.an. vnc.ij.
Rheub.optimi infusi in parte dictæ decoct.
Colat.& expressi. ℈. iij.

m. f. potus. Et quoniam difficile est tam crassum, terrestremque humorem vni purgationi cedere,præparabitur denuo, Vt

℞. Syr. de epitimo.
Et de pomis. an. vnc. j.
Aqu.cordial. vnc.iij. m.

Pur-

Purgabitur verò; Vt

Pilul. ad quartanarios.

℞. Pilular. aggreg.
De fumo terræ.
Et de lapide lazuli. an. ℈. ij.

Cum catartico rosat q. s. formentur Pilulæ. iij.

Verùm vtilissimæ, & vsu probatæ sunt, quæ recipiunt.

Aloes. ℈. iiij.
Epitimi. ʒ. j.
Agaric. ℈. ij.
Dyagridij.
Lapidis arm.
Cariophilor. an. ℈. j.

Formentur pilulæ cum succo siclæ, & præbe earum. ℈. j. vel ad summum. ʒ. s.

Laudat quoque Trallianus has, quæ recipiunt.

Aloes.
Epitimi. an. ℥. ij.
Succi absyntij. ʒ. iij.
Medullæ colocintidis.
Et cort. eleb. nigr. an. ʒ. j.
Formentur pilulę cũ mell. rof. Sol. quarũ prębe. ℥. s.

Post quas exhibeatur Apozima; vt

℞. Syr. rof. solut.
Et de Polipodio. an. vnc j. s.

Aquæ melissæ parum misc. & cap.

Vel loco Pilularum,

℞. Cassiæ recenter extract. vnc. j.
Mannæ elect. ʒ. 6.
Dyasenæ Nicol. ʒ. iij.

Cum saccaro q. s. f. boli.

An liceat vomitu vti in Quartanarijs & quo tempore.

4. Aphor. 9. Cur bilē per superiora me lancholiā verò per inferiora euacuādā doceat Hypocrates.

Sed quoniam plerique laudant, pro euacuandis quartanarijs etiam vomitum; operæ pretium existimaui determinandũ fore; An liceat vomitu vti, & quo tempore. Ex vna parte non videtur vllo modo conuęnire vomitus; quoniam scriptum legitur, apud Hypocrate multis in locis, Bilem per superiora, melancholia verò per inferiora euacuandam, & non sine ratione

tione, melancholia enim sua natura humor grauis est adeò, vt ratione grauitatis feliciùs per infernas, quàm per supernas partes euacuetur.

Ex altera parte est Auctoritas Auicennæ, & Galeni, omniumque Græcorum: qui inter cætera ad expugnandam quartanam, tamquam salutare remedium proponunt vomitum. *1. ad glau. 14.*

Ad difficultatem soluendam dicatur, Domini, vomitum exerceri posse ob duos fines: vel vt euacuetur humor melancholicus iam factus, qui est Auctor febris immediatus: vel vt euacuentur humores crudi, qui existentes in ventriculo copiosi, & primis vijs solent esse fomites, & veluti nutrimenta humoris melancholici. Si primo modo loquamur, certè non conuenit vomitus, quandoquidem humor melancholicus nõ euacuatur vomitu, vt loquutus est Hypocrates: Sed si loquamur secundo modo certè conuenit vomitus; eo quia vomitu euacuantur crudi succi, quibus euacuatis consequenter subtrahitur pabulum, & fomentum melancholiæ. *Satisfit supra proposito quæsito de vomitu.* *Cruditas fomes & nutrimentũ humoris melancholici.*

Secundum dubium propositum euacuãdum remanet; num scilicet vomitus administrari debeat in die accessionis. Partem affirmatiuam tenent arabes; & ratio horum est, quoniam in die Paroxismi commotione agitata materia facilior ad expulsionem redditur: imò Hypocrates in lib. de affectionibus, nõ modo vomitorium, sed per secessum purgans in ipsa accessione mandat propinari pharmacum, vt ex ijs verbis, quisque percipere potest, quæ lib. cit. non longè à principio, sic habent. *Si verò quartana apprehenderit, siquidem impurgatus fuerit, primũ caput purgato; et interpositis tribus, aut quatuor diebus pharmacum sursum versus purgans dato in ipsa apprehensione, & interpositis diebus rursus aliud deorsum purgans dato in ipsa apprehensione.* Hactenus Hypocrates; in quibus, vt audistis in die apprehensionis, siue paroxismi pharmacum deorsum purgans dare mandat; Nec enim in hac exequenda operatione timere est humorum putridorum cum bonis miscelam, nec pharmaci motum contrarium humoris motui: atqui non ipsa apprehensionis hora, sed post quatuor horas à Paroxismo pharmacum propinandum esse cum vtilitate experientia docet, vt *Nũ vomitus exerceri debeat in die accessionis.* *Non vomitũ modo: verum & Pharmacũ administrari iubet Hypocrates in die & hora paroxismi.*

Cen. 1. cur. 8. Hystoria Amati qua probat Pharmacũ et vomitũ celebrari debere in die paroxismi.

legenti Amatum Lusitanum patebit, cuius cõtestata hæc sunt verba. *Probus vir Ferrinus, natus annos 34. Quartana laborabat, cui cum multa, & varia medicamenta, quæ tum atram bilem, tum splenem respiciebant, daremus, tandem propinato pharmaco atram bilem respiciente, die paroxismi quatuor horis ante accessionem multa, & nigra excreuit, ac liber a quartana euasit.*

An vomitu vtendum sit a cibo, an verò ante cibũ.

Superest tandem vt inquiramus, an vtendum sit vomitu a cibo, an verò ante cibum. Alexander, & plerique alij videntur laudasse vomitum ante cibum: Galenus verò & eius sectatores prætulerunt vomitum a cibo; imò Galenus eleborum album raphano permixtum ad eum consequendum effectum in potu dabat. Quare breuibus ad litem dirimendam, dicendum puto, In vomitu faciendo vel spectari facilitatem, vel euacuationem solam succorum crudorum. Si sola euacuatio spectetur proculdubio melius est ante cibum vomere: sed si spectetur facilitas vomendi certè multò faciliùs est vomere a cibo, eo quod crudi succi commixti cibis promptiùs cum ipsis cibis educuntur, & propter hoc veteres omnes magnoperè laudarunt vomitum factum a cibis.

Respondetur quæsito.

Quibus præmissis accedendum est ad particularia, ommissis tãtum atque exceptis illis, quæ per Epycrasim euacuant, quæ in quartana talia esse debent.

Medicamenta quæ p Epycrasim euacuant.

℞. Foliorum senæ cum follic. ℥. 5. infundatur per noctem in ℥. iij. Seri caprilli, & mane expressione facta cap. Vel

℞: Mirabulan. Indorum condit. vnc. 5. cap. ieiuno stomacho. Vel

℞. Decoct. scabiosæ.
Et quinque folij. lib. 5.

Sacc. opt. parum misc. & cap. ieiuno ventriculo.

Expletis indicationibus a causa, occurrendum est symptomatibus in parte aliqua impressis, & quoniam præcipua affectio solet esse lienis obstructio, huic occurrendum est internis, & externis aperientibus. Intrinsecùs igitur

Ad obstructionẽ lienis remouẽdam.

℞. Theriacæ opt. ℈. ij.

Cap. cum vino aromatico ieiuno ventriculo. Vel

℞. Dyatrion pipereon. ʒ. j.

Cap.

Cap. eodem modo. Vel

℞. Trociscorum de Eupatorio.

De Lacca. an. ℈. ij.

Cum infus. rosarum, & saccaro f. tabellæ, & vtatur.

Sed præ cæteris omnibus extulit vsum Theriacæ Galenus, de qua loquens Auerroes dicebat: *Inter alias vires, quas habet Theriaca, hāc esse magnam, vt quartanas finiat.* post Theriacā in pretio est vsus absinthij, de quo idem Galenus. *Ego autem multos quartana laborantes hoc præsidio facilè a morbo vindicaui; nam vomitu prius secundum cibum ipsos vacuans, deinde in sequenti die absynthij succum exhibens, vt bilis contemperetur; Item horis duabus ante accessionem antitodum exhibeo, ac mirificè ipsam frequenter vidi proficere, vt protinus, qui caperet sine morbi accessione maneret.* Hæc Galenus. Verùm in vsu horū omnium medicamentorum cauendum est, ne eis vtamur in calidis, & siccis naturis: tantùm enim proficua sunt frigidis, & humidis, aut vbi in quartana abundauerit pituitosus succus.

Lib. 3. cap. de Theriac.

Laus Theriacæ.

Lib. de Ther. ad Pisonem.

Laudat Galenus vsum absynthij pro quartanarijs.

Extrinsecùs verò in regione splenis inungatur oleū de capparibus, de vtroque lilio, & vnguentum ad splenem Calestani. Quibus absolutis si intemperies aliqua remanserit corrigetur refrigerantibus, & humectantibus internis, & externis dicendis.

De quotidiana exquisita.

FEbris quotidiana non ob id, quòd singulis diebus laborātem corripit, Amphemerina dicitur; cū etiam duplex Tertiana, Triplex quartana id habeat peculiare, & proprium; sed quòd ab ea materia proficiscatur, quæ suaptè natura singulis diebus habeat moueri, & succendi.

Febris quotidiana cur ita dicatur.

Definiri potest quòd *sit calor accensus in corde, & diffusus per vniuersum corpus a pituita putrescente extra vasa de die in diem intermittenter.* Et per Galenum *Febris quotidiana exquisita est, quæ ex pituitæ putredine ortum habet, per sentientes corporis partes a natura detrusæ.* In quibus definitionibus præter genus primò ponitur materia, & est *naturalis pituita.* Vbi aduertatur, pituitæ nomen apud medicos dupliciter su-

Febris quotidianæ definitio

2. De dif. feb. c. 4. & 7.

Particulæ definitionis examinantur.

Nota de nomine pituitæ.

mi, aut enim accipitur communiter pro omni humorè, qui coctionem fugit, aut propriè pro substantia contradistincta a tribus alijs. De prima loquutus est Aristoteles (cum ait) *Pituitam fieri in ventriculo*. De secunda loquitur Galenus, qui docet; *Pisces corticis duri crudos generare humores; Pisces verò molles generare Pituitam*; vnde deducitur, distingui humorē crudum a pituita propriè appellata. Quæ pituita adhuc duplex est, Alia enim præter naturalis dicitur, naturalis alia. Naturalis ea est, quæ fabricatur a natura in iecore, Indè Galenus ex chilo scriptum reliquit in officina sanguinis, hoc est iecore, quatuor humores generari; Vnus est, qui supernatat instar spumæ, & vocatur bilis: alius, qui instar fecis subsidet, & est melancholia: tertius, qui pro nutrimento est omnibus, & vocatur sanguis: quartus, qui vltimam perfectionem non est assequutus, sed per vlteriorem coctionem conuerti potest in substantiam, & nominatur naturalis pituita. Præter naturalis verò ea est, quæ in quauis nostri corporis parte generari potest, & adhuc triplex statuitur. Prima, quæ acida vocatur, & fit a summa frigiditate membri, eam generantis, de qua loquens Hypocrates *fermentare facit terram* (ait) *supra terram fusa, ad instar aceti, vel humoris melancholici*: Secunda dicitur dulcis, & a calore temperato originem habet; Tertia, & vltima species salsa vocatur, & quæ teste Auicenna, & Galeno, vel generatur per putrefactionem, vel ob mixtionem salsi & serosi humoris cum pituita naturali. quæ omnia dicta esse volui, vt noscatis, quotidianam non ex quauis pituitæ specie fieri, sed tantùm ex ea, quam naturalem appellamus, & propriè dictam. Secundò ponitur modus, & est *Putredo*. Tertiò locus, & est *extra vasa*. Quartò Periodus, & est *de die in diem*. Vltimò inuasionis modus, & est *intermittenter*. Circa quas partes, nec de inuasionis modò, nec de periodo, nō de putredine, ac de loco differendum est: sed tantùm de materia, quam esse pituitam de mente Galeni iam docuimus.

1. De gener. animalium.
2. & 3. de alim. facult. c. 33.
Pituita duplex.
Pituita naturales quæ.
4. de vsu par.
In iecore quatuor humores fabricātur et q. tales sint.
Præter naturalis pituita quæ.
4. De morbis.
1. 1. cap. de humoribus.
2. De febrib.
Quotidiana nō ex quauis pituitæ specie generatur, sed tātum ex naturali.
3. De crisibus c. 6.
2. De dif. feb. c. 6 & 1. ad Glauc. c. 1.

Et probatur primò ratione. Inuadit homines, quibus ex natura, vel quouis alio vitio pituita redundat. Secundò frequentissima fit tempore hiemali, quod qualitatibus pituitæ respon-

Probatur ex pituita naturali quotidianā produci.

det.

det. Tertiò ex excretis, qui enim quotidianá laborant pituitosum vomitum, & secessum habent, vrinas quoq; vt dicemus, mucosas, & ex prædominio pituitosas. Vltimò ex symptomatibus suo loco referendis.

Quòd verò pituita hæc naturalis esse debeat, probatur. ex salsa enim fit febris ardens spuria, vt testatur Hypocrates: ex Acida, siue vitrea (vt omnes Medici conueniunt) fit quotidiana spuria, quę Ephyala vocatur. Hac ergo putrescente naturali, & per ambitum corporis diffusa generatur exquisita, & inter mittens quotidiana.

Febris ardēs spuria ex quā specie pituitæ generatur. 4. Acutorū. Ex qua specie quotidiana spuria.

Sed hìc problema occurrit, cur fiat, vt pituita præsertim salsa putrescens in vasis, vasa non lędat; quando experientia demonstret, quod etiam Plinius docet, durissimos dentes consumi, & exedi a pituita, qui tamen non consumuntur ab igne, quasi multò maior sit vis pituitæ in corrodendis, & consumendis dentibus, quàm sit ipsius ignis. Respondendum est; id facere continuitate, & motu pituita in dentibus, quibus caret in venis, & extra venas.

Cur pituita salsa putrescens in vasis vasa non lædat. Lib 7. cap 17. Problemati respondetur.

Causæ.

Pariunt quotidianam, quæcunque refrigerando, & humectando pituitam ita multiplicāt, vt cum eam Natura regere nequeat, ommittat; vnde necessarium est, vt putrescat; Vt inter externas aer frigidus, & humidus natura, vel anni tempore, vel vicinitate aquæ, aut aliqua alia extrinseca causa. Potus frequens aquarum naturaliter crudarum, & vinorum crassorum, & recentium. Cibi, vt olera ferè omnia, Pisces lacustres, legumina, carnes suillæ, & glirum, Auesque palustres, otium, longus somnus, retentio pituitosorum excrementorum; & inter animi affectus timor. Internam causam iam diximus esse naturalem pituitam. Inter habilitates ægrotantium recenseri potest temperies naturaliter, vel ex vitio aliquo, frigida, & humida, præsertim hepatis, & ventriculi, habitus pinguis, sexus fœmineus, ætas pueritiæ, aut senilis, anni tempus hiemale, Regio frigida, & humida, & quæ tales febres proferre consueuit, vt a Galeno sequentibus id totum comprobatur.

Quæ multiplicare pituitā causa habent, explicātur. 1. Ad Glau. c. 7. 2. De dif. feb. c. 1.

Fiunt hæ febres

febres ætatibus, naturis, anniq; statibus, & temperaturis humidioribus, &c. Et alibi. *Sicut tertiana a generantibus bilem; Ita quotidiana a generantibus pituitam;* Nec non Auicennas, *fit febris potissimum tempore hiemali, humidis quietis, senibus, infantibus, nauseatiuam satietatem patientibus, & balneantibus se super repletionem, &c.* Cui tamdem adstipulari videtur Hypocrates, qui secum ipso pugnat; nam loc. cit. docet, hieme generari vt plurimùm pituitam: Contrà verò 1. sect. Aphor. hieme ventres natura calidissimos testatur, vt proindè potiùs sanguis, quàm pituita hieme produci videatur.

Loc. sup. cit. *1 De natura. tex. 31.* *Contradicis Hypocrates sibi.* *Aphor. 15.* *Secum ipso cōciliatur Hypocrates.* *Quas ob causas hieme pituita vigeat.*

Ad difficultatem respondetur, Domini, quòd hieme calor natiuus ventriculi copiosus est secundùm substantiam; quoniā non dissoluitur, nisi aliquod violentum occurrat, nihilominus pituita admodum copiosa hieme reperitur, ob tres causas.

Prima. Prima, quia in hieme corporis pori sunt adstricti, & ideo cum non possit dissolui pituita, vt æstate dissoluitur, viget in hieme.

Secunda. Secunda causa est, quia pituita hieme genita non mutatur in sanguinem, sicuti alijs anni temporibus, atqui frigus hiemis penetrat venas, & hepar vbi sanguis generatur, & impedit huiusmodi transmutationem.

Tertia. Tertia, & vltima causa est, quia hieme copiosa generatur; tunc temporis enim homines copiosè comedunt, ac cibis vescuntur pituitosis, ac vinum recens bibunt. Quæ omnia pituitæ generandæ materia sunt.

Signa

Quibus dignoscatur quotidiana. Primò a calore. SVmuntur primò a calore præter naturam, qui nec acer, nec mordax est, nec siccus, sed vaporosus, & inæqualis; veluti per cribrum effumaret. Fit autem hæc inæqualitas propter difformitatem aptitudinis huius humoris ad accensionem, quæ ita manifestè non obseruatur in febribus melancholicis, nec in biliosis.

Secūdò a symptomat. bus. Secundò a symptomatibus, qui enim quotidiana tenetur, nulla siti tenetur: imò potiùs bibendi displicētia, Inappetentia, nausea, vomitu pituitæ, aut aquosi succi, ventriculi flatu, dolore,

re, & sępè etiam syncope; dolorem habet grauatiuum capitis, & inexplebilem dormiendi cupiditatem, alui stipticitatem, & totiùs corporis inertiam quamdam, & pigritiam.

Tertiò initium febris huius est non cum rigore, aut horrore; sed simplici extremarum frigefactione. perdurat ad viginti, & plures horas. & sæpè antequam prima accessio absoluatur, secundæ festinat inuasio ex Galeno; vix enim fieri potest, vt tam viscidus, & humidus humor integrè expurgetur, ac propterea intermittens quotidiana rarissimè obseruatur. Quæ omnia se notasse Auerroes docet, qui inquirens causam propter quam tertiana, & quartana interpollatæ desinant in infebricitationem: quotidiana autem minimè; In quotidiana dicit, & si singulo die finiatur ignis, quia tamen diù durat, præparat semper nouam materiam ad suscipiendam putredinem, adeo vt etiam in exiguo illo interuallo semper aliqua materia putrefactioni præparat; quæ in causa est, vt non deueniatur ad integram infebricitationem. id quod nec in tertiana, nec in quartana contingit: in quibus sicut nihil ignis relinquitur in interuallis; ita quoque nihil relinquitur præparatæ materiæ.

2. De diff. feb. c 6.

4. colliget 29.

Cur tertiana & quartana inte pollata desināt in infebricitationē quotidiana verò nequaquam.

Ad propositam difficultatē respond.

Cognosces quoque hāc febrem ex hora inuasionis; nam accessionum initia habet vespertina, & noctu magis quàm die vexare consueuit, & ob id credimus Hypocrati, per nocturnas febres, quas appellat, quotidianas esse intelligendas; inuadunt enim hæ Solis absentia, nam similia similibus augeri, certum est; quia qua ratione cum omnia Solis absentia frigidiora reddantur, fit vt, quæ frigida sunt, vt pituita, ea hora moueantur.

Cur quotidiana hora vespertina & nocturna inuadit.

3. Popular.

Soluitur eiusmodi febris cum sudore crasso, lento, vaporoso, & fętido.

Quoad quartum, pulsus parui sunt, tardi, rari, inordinati, & vndæ speciem referentes, ac molles.

A Pulsu.

Quoad vltimum, tenues vrinę sunt: progressu tamē temporis crassantur, fiunt colorationes, & melioris Hypostasis; Cuius euentus rationem reddens Auicennas, inquit initio corpus febricitantis valdè adstrictum esse, & propterea vrinas percolari per angustos meatus, & tenues fieri; procedente tamen tempore

Ab vrinis.

Cur a principio in quartanariis tenues vrina sunt progressu verò tēporis incrassantur.

re fieri crassas; quoniam calor agens in pituitosam materiam, eam agitat, & agitando commiscet humores vrinæ, sicque crassam reddit, quemadmodum vbi adhuc magis progressus est morbus, atque apertæ viæ, & meatus, nec non corpus magis calefactum, vrinæ redduntur magis rubræ. Hoc, & quicquid de quotidianæ signis diximus, scriptum inuenitur longa oratione in Galeno; apud Paulum, Razen, Auicennam, nec non Aetium.

1. De crisibus c.5. & cit. locis de febr. & ad Glauconē. Lib. 2. ca. 23. 10. Almansoris. cano. 4. c. 48. serm. 5. cap. 85.

Prognostica.

Ex qua parte periculosa iudicatur quotidiana.

Quotidiana quatenus intermittens periculo vacat: habet tamen periculum adiunctum tripliciter. Primò ratione symptomatū, & præsertim syncopis, & somnolentiæ, quæ imminentem lethargum significare solet: tum ratione prolixitatis, nam ex Hypocrate, & Auerroe solet: quotidiana ob frigiditatem ventriculi in Hydropem commutari; Et Razes *hæc febris multis moratur mensibus, & mortis suspicionem habet*, & alibi; *Quotidiana est periculosa, quia intermissio vel nulla in ea est, vel paruissima, & febris, quæ parum intermittit potest cum continuis æquiparari.* Auerroes, deterior omnibus est, quæ ex phlegmate vitreo generatur, nam hic humor cum sit grauis, viscidus, frigidus, non solum vētriculum mirum in modum labefactat, verùm etiam calorem, & spiritus omnes strangulat: saluior omnium est quæ non multum perdurat temporis, & copioso sudore terminatur; nam humoris significat tenuitatem, & corporis raram texturam. Galenus de quotidiana loquens solitus erat dicere, quotidianam, quæ fit interdiù esse deteriorem ea; quæ fit noctu; & huius rei triplicem rationem reddit. Vna quoniam calor solaris, qui in die viget, additus calori febrili, eum multò valentiorem reddit. Secunda, quia in die sunt patentiores corporis meatus, ob quod deberet calor febrilis expirari, & finiri; quod cum non fiat, signum est, vehemens esse malum. Tertia causa est, quoniam vbi febris interdiù vexat, ægri nequeunt cibari, nisi noctu; vnde interrumpitur somnus, interrumpitur quies; sine quibus res ægrotantium malè aguntur.

1. Epidem. sect. 3. 7. colliget 13. 10 almāZor. cap. proprio.

4. colliget 28.

Vnde est q̄d quotidiana q̄ fit ī erdiù deterior sit ea, quæ fit in nocte.

Prima cā.

Secunda.

Tertia.

Curatio.

Ex methodo proposita constat tolli non posse febrem, nisi sublatus fuerit humor obstruens, qui quia visciditare potissimùm peccat, attenuantibus, & abstergētibus indiget; quòd fiet sanguinis missione, tollente pituitam cum sanguine commixtam: & pharmacis illam trahentibus, quoad eam partem, quæ phlebotomia tolli non potuit. Incipiendo ergo a sanguinis missione, quę iure omnes alias euacuationes præcedere debet, vno tantùm excepto balano, & clystere, vel leni pharmaco in reliquis obseruanda sunt ea, quæ de ipsa scripta leguntur.

Cautela in sāguinis missionem. Et primò, debere mitti sanguinem (præter documentum illud vniuersale) persuademur ex eo, quòd in tanta pituitę copia necesse est, eam intra venas redundare; quæ nullo remedio faciliùs tollitur, quàm secta vena.

Quoad secundum, mittendum esse sanguinem a principiò ex dictis satis constat.

Quoad tertium, mittendus est sanguis a vena interna dextri brachij, vel loco illius a vena media; quæ feliciter secatur in affectibus supra, & infra collum, vt contingit in hac febre, potissimùm ratione symptomatum.

Quoad quartum, sanguis extrahendus parcissimè est; tum quia sit hæc febris media, & frigidissima hieme; tum quia consequitur humorem frigidissimum; tum tamdem quòd os ventriculi malè habet. quæ omnia & si in cura coacta phlebotomiā non retardent, indicant tamen debere mitti parciorem sanguinis copiam.

Quoad vltimùm, nisi spontè fluxerit aluus, leni clysteri irritabitur; qui si non sufficiat, paulò acriori vtendum erit. Vt

Clysteri pro quotidiana febre.

℞. Decoctionis Menthæ.
Chamæmeli.
Absinthij.
Et Anethi. lib. j.
Dyacatolic. ℥. 5.
Dyaphinic. ʒ. iij.
Rodomellis.

Y Et

Et olei amigd. dulc. an. vnc. iij.
Zuccar rubr. vnc. j. m. pro clysteri.

Quoad pharmacum, quoniam ex dictis constat, debere vniuersale particularia præcedere, & purgatione vtendum non esse, nisi humores præparati fuerint; huic operi incumbendum erit, quod fit dupliciter, victu scilicet, & medicamentis.

Victus instituitur quotidianæ. Victus sit talis, vt sua substantia, & quantitate vires conseruet, qualitatibus verò primis, & secundis pituitosæ causæ aduersetur. Aer ergo calidus, vel per se, vel industria præparetur. Potus sit vinum non omninò aquosum; ne relaxet: nec crassum, & rubrum, calidum, & siccum; ne magis astringat, ac febrem augeat: sed ex vtroque moderata mistela conficiatur.

Quomodo vinū calidum affectus frigidos pariat. Atqui vinum quamquam calidum, & potestate siccum existat; immoderatè tamen sumptum, pituitam & frigidos affectus generat; eo quòd dum superari nequit in crudum succum facilè abit. Vini bibaces, & qui maximè in fornacibus laborant, id planè demonstrant; omnes namque Apoplexia, & similibus morbis affecti, morte moriuntur. Cibi sint carnes laudabiles, elixæ cum Apio Nepita, & pulegio, & cum aromatibus cōditæ.

Carnes pullorum vetustiorū aluum astringunt 8. Simpl. medic. Nec audiendus est Auicennas. Hic dum proponēs carnes pullos vetustiores, omnes alios antecedere testatur; quādoque idem Galenus docet, carnes gallinarum vetustarum aluum adstringere: paruorum verò pullorum humores attemperare; ea propter tales carnes, vt & auicularum montanarum conueniunt. A carnib. agninis verò, & omnibus alijs, quę humidiores sunt, & difficulter coquūtur, prorsus est abstinendū. Fugiant pisces, qui febre quotidiana tenentur: & ea, quæ attenuant, & incidunt in escam reponant. talia autem sunt cappares, & aliꝗs, oliuæ, & similia. Somnus (quia quantum iuuaret ad coctionem, tantum etiam noceret afferendo periculum lethargi) procurandum est, vt intempestiuus vitetur, industrijs suo loco propositis. Motus, quousque coctio celebratur, permittendus non est. Excretiones omnes prouocādæ, arte, si id assequi natura nō potuerit ægrotus. Procurandum item est, vt sine curis, & alienus ab omni cogitatione terrifica viuat, sed læto animo, & iucunda amicitia vtatur. His sic stantibus ad præparationem

humo-

humorum deuehiendum, syruppus, qui recipiunt

Ozimelis simpl.

Syr.de Bizantijs.

Et de radicibus. an. vnc. s.

Aquæ capil.vener. vnc.i.j.m.

Syrupi ad humores pituitosos.

Administrandi verò toties sunt, quosque symptomata imminuta videantur, & laudabilior Hypostasis in vrinis appareat. Atque his signis apparentibus, purgandum erit, vt

℞. Florum cordial. p.j.

Agar.trocosc. ʒ. j.

Anisi. ʒ j.

Tartari præp. ʒ. j. s.

Medicamẽtũ purgãs ad humorem pituitosum.

f.decoct. in aq.plurium infus.rosarum persicarũ, & in col.suff. dissolue Dyaphinicon.drach iij.Syr.Domini Augustini,& mellis rof. solut. an. vnc.ij. Rheubarb.opt. infusi in parte dict.decoct.col.& expressi ℈. iiij. m. f. potus. Vel

℞. Cassiæ recent.extr. vnc.j.

Dyacatol. vnc. s.

Elect.indi maioris. ʒ. ij.

Pulu liquir. ʒ. j.

Cum facc. q. s. f. boli.

Boli ad eundẽ humorẽ euacuandũ.

Post id sequens Apoxima propinetur.

℞. Syr de Polipodio. vnc.j. s.

Syr.rosat.solut.

Et mellis rof.solut. an. vnc. j.

Apozima.

Aquæ capil. veneris parum. m. Et quoniam difficile est, tam crassum humorem vni, vel alteri purgationi cedere, repetẽdum pharmacum est, repetitis præparantibus. Vt

℞. Syr.de cicorea compos.

Et Bizantini an. vnc.j.

Aq.capil.vener. & cetrac. ℥.iij. m.

Syrupi valentiores.

Purgabitur verò. Vt

℞. Pillularum aggregat.

De Hiera cum agar.

Et masticinarum. an. scrup.ij.

Pilulæ ad euacuandum humorem pituitosum.

Cum syr. de stecade. q. s. formentur pilul. post quas supradi-

ctum Apozima exhibendum erit.

Absolutis vniuersalibus pharmacis incumbendum est particularibus: & ommissis Dyureticis, sudorificis, & vomitorijs, per Epycrasim euacuandum erit. Vt

Euacuā per Epycrasim. ℞. Semin. comun. vnc. j.
Agar. in pet. rar. ligati. ℥. j.
Pulpæ colocyntid. ℥. s.
Anisi. drach. iij.
Radic. liquir. vnc. 5.

Bull. in s. quant. Iusculi non saliti, & facta colat. addatur saccari opt. ad suff. & cap. vnc. iij. singulis vicibus. Vel

℞. Mirabulam. chebul. condit. vnc. 5. Aquæ capil. vener. vnc. iiij. cap. Et hæc quoad indicationes sumptas a causa.

Prouidendum deindè est symptomatibus, si quæ fuerint; solet autem potissimùm esse frigida ventris intemperies, vt diximus ex Galeno, & hæc curabitur internis, & externis. Internis igitur. *Ci. l. ad glau. c. 6.*

℞. Iulep. de Cannella. drach. ij. Aut tantumdem Iulep. cariophilorum, aut syr. de cort. citr. vel de menta ad vnc. 5.

Extrinsecùs verò inungatur oleo, & vnguento stomatico, oleo rutaceo, vtriusque lilij, & eiusmodi. Et hæc de febre quotidiana exquisita, in qua multa breuitatis causa ommissa sunt, quæ legi poterunt apud Galenum cit. lib. ad Glauc. cap. 6. & 12; Auicennam, & Rasim 10. Almansoris cap. de febre phlegmatica. *Canon. cap. 58.*

De multiplici continuaque tertiana.

Multiplex tertiana quādo generatur. Fit multiplex tertiana; duplex scilicet, aut triplex cum bilis non vnum tantùm, sed multos habet fomites; quorum singuli proportione quadam sibi respondent in putrefactione, & accensione; ita vt primus tertiò, secundus quartò, & ita deinceps respondeat. & quod dico de diebus intelligendum est etiam de accessionibus.

Cum febres multiplices sunt, raro contingit, vt sint exquisitæ; nam cum humores in pluribus partibus putrescunt facilè alios ad accensionem prouocant; atque ita spuriam generant

febrem;

febrem; Hinc tertiana,quæ duodecim horarum terminum prętergreditur, extenditur vlterius, febremque facit appellatam extensam. Pro his dignoscendis partim ordo,partim propria forma inspiciēda est; Nam quoad ordinem, siue periodum,manifestè obseruatur alternatio quædam; primæ scilicet, cum tertia, vt dictum est; quod non obseruatur in quotidianis.

Quoad formam verò inspicienda sunt signa,quæ cap.de tertiana sunt proposita. Est enim adeò proprium tertianarum calorem habere mordacem, incipere cum vehementi rigore,finire ante duodecimam horam, vomitus biliosus, & vestigium inæqualitatis finita accessione; vt nulli alteri cōmune esse possit; ac propterea docet Galenus multò magis formam, quàm periodum inspiciendam esse. *Quæ sunt propria & inseparabilia a tertianis.* *2. De d. f. fb. c. 7.*

Prognostica.

MVltiplex tertiana longè deterior est simplici; tùm quia verè pluribus affici peius est,quàm vno;tùm etiam quia vicinior est continuitati multiplex,quàm vna. Et quoad curationem tantò celerius purgandum est in duplici, quàm in vna tertiana, quantò materiam maiorem supponit; Diximus enim alibi inter cętera pericula turgentiæ connumerari debere multitudinem. *Cur tertiana multiplex lōgè deterior sit simplici.*

Et rursus tantò magis mittendus est sanguis in duplici,quātò probabilius est, humores intrà venas esse magis affectos.

Eligi autem debet in vtroq; remedio dies minoris afflictionis;ne scilicet a pharmaco magis vires prosternantur, quàm à morbi insultu.

Differentiam, quæ intercedit inter duas tertianas,& duplicem tertianam ex professò notat Lusitanus. ad eum recurrere, (si quis eam scire desiderauerit) ne pigeat. Continua mouetur de tertiò in tertiùm,non quia de tertiò in tertiùm humor a venis extrà venas moueatur, quia ex hoc sequeretur, quòd rigor non esset proprium febrium intermittentium: sed a maioribus venis ad minores, & propterea faciūt continuam periodicam. *Lusitanus notat differentia inter duas tertianas & duplicem tertianam.*

Quoad causas,sicut magis putris est,magisq; conclusus calor

lor in continua, quam in intermittente, ita etiam, quæ ad bilem accendendam requiruntur, obstructionemq; faciendam, maiores esse debent.

Quot & quæ requirantur ad febrem intermittentem excitandam. Quæ ad continuam.

Et breuiter aduertatur, quòd ad faciendam febrem intermittentem tria requirũtur; humoris videlicet tenuitas, viarum apertio, & venarum robusta expulsio: Contrà pariter tria requiruntur ad continuam generandam: Imbecillitas venarum, humoris crassities, & viarum adstrictio.

Quibus dignoscatur tertiana continua.

Quoad signa, dignoscitur continua tertiana ex progressu; quoniam nulla est hora, in qua febris prorsus nulla sit: necnon ex initio accessionum; non incipit enim cum signo aliquo refrigerationis, sed ardet statim, & in principio cum humores cor petunt. Pulsus fiunt contractiores, & obscuriores.

Quæ sit febris continua per essentiam, quæ per subintrantiam.

Et aduertatur, frequentem esse distinctionem inter medicos de continuitate; Quædam enim febres dicuntur continuæ per essentiam, & quædam per subintrantiam. Continua per essentiam est, quæ seruat suum periodum, expectando secundam, & tertiam accessionem die, & hora debita. Per subintrantiam verò continua appellatur, cum non finita prima accessione in ea hora, qua verè finiri deberet, succedit altera.

4. Aphor. 43. Tertiana continua periculo non vacat.

Quoad Prognosticum, tertiana continua (referente Hypocrate) magna ex parte periculosa est.

Quoad curationem, curatur continua eisdem instrumentis, quibus intermittens, exceptis tamen quibusdam in quibus modicè differunt; vt quòd cęteris paribus mittatur maior copia sanguinis in continua quàm in intermittente, & quòd celerius puragndum est in illa, quàm in hac, & quòd magis abstinendum est à scamoniatis pharmacis in continua, quàm in intermittente.

Scamoniata pharmaca quæ dicantur. Cap. de scamonio & de colocintide.

Sunt autem scamoniata phármaca illa, quæ constant scamonio, seu Dyagridio. Et est intelligendum de pharmacis per os deuorandis, vt Auctor est Mesues; qualia sunt inter electuaria Dyaphinicon, Hiera Indum maius, elect. rosat. mesues, elect. de succo rosarum Nicolai, confect. Amec, Dyasena Nicolai, Dyasebesten solut & Dyaprunsolut.

In quibus aduertatur. Primò quoad dosim, scamoniata

non

non esse administranda supra mediam vnciam. Secundò, ne calidissimis, & siccissimis temporibus, & specialiter sub cane cõcedantur. Tertiò, quia soluunt efficacissimè, requirunt maximum virium robur.

Quantitas, quo tempore et quibus administrari debeant scammoniata.

Quod diximus de multiplici tertiana, dici poterit de multiplici continuaque quartana, & quotidiana, seruatis seruandis.

De Tertiana Spuria.

DIximus fieri spurias febres cum vnus humor in prædominio, alter in subdominio putrescit; licèt ampliato nomine illegitimitatis, etiam spuriæ dici possunt febres illæ, in quibus humor idem crassior supra factus putrescit; quo pacto Galenus, tertianas extensas, & sufficienter extensas assignat, dicẽs. Prima vocatur simpliciter extensa, quæ ad viginti quatuor horas extenditur: Secunda paululum extensa, & durat vsque ad horas triginta: Tertia amplius extensa vsque ad horas triginta sex. Quarta plurimum extensa, vsque ad quadraginta, & plures horas. Ita vt quoties magis a pura, & exquisita distabit, toties magis spuria, notha, siue extensa nuncupabitur.

Febris spuria quando generatur.

Et Paulus, & Aetius inter spurias quotidianas numerant Ephyalam, quæ ex omnium sententia constat fieri ex crassissima pituita.

Ephyalã inter spurias quotidianas respõdit Paulus et Aetius.

Vnde si verbi gratia, esset tertiana spuria propter durationem, & extentionem non habens alia signa illegitimitatis, significaret, eam ducere originem a bile crassiori, & proptereà indigere victu, & medicamentis, non solùm refrigerantibus, sed etiam incidentibus, & attenuantibus. Quòd si fieret ex prædominante bile, & alijs humoribus subdominantibus putrescentibus extra venas de tertiò in tertium intermittenter, definiri posset, quòd esset *calor accensus in corde, & diffusus per vniuersum corpus ex flaua bile prædominante, & alijs humoribus subdominantibus putrescentibus extra venas de tertiò in tertiũ intermittenter.* Quatenus enim tertiana est, *Bilem in prædominio expostulat*: Quatenus spuria, *cæteros humores in subdominio* requirit: Vt verò intermittens *humores extra venas*: Et vltimò

timò putredinem, *quia putris*. Hinc etiam efficitur, vt accessio longissima sit, adeò vt multoties protendatur (vt cum Galeno affirmauimus) vsque ad horas 36.

1. ad Glauc. c. 8.

Causa interna tertianæ spuriæ quæ. *4. Cano. trac. 2. cap. 35.*

Quoad causas; interna vt plurimùm est crassa bilis putrefacta: interdum bilis cum pituita admixta, & vnita; Indè Auicennas tertiana non pura fit (inquit) a putredine bilis crassæ substantiæ, ob commixtionem bilis cum phlegmate, commixtione complexionali vnita.

Causæ externæ quæ.

Externæ, erunt omnes illæ, quæ quomodolibet varios humores gignere possunt.

Et cap. 37. *Quæ signa sunt tertianæ ex spuriæ.* *Ci. 1. ad glau.*

De signis, Auicennas loc. cit. In non pura tertiana adest grauitas capitis, cum dolore extensiuo, duratque Paroxismus vsq; ad 24. vel 30. horas, & tunc tepescit, donec compleantur 48. horæ. Et Galenus ex historia adolescentis omnia signa huius febr. demonstrauit; inquiens, vrina cruda admodum, febris incipit cum horrore, quæ neque in caliditate, neque in pulsibus exquisitæ tertianæ est similis. Accessio durat ab aurora tertiæ diei, vsque ad auroram quartæ, & semper idem accessionis tempus.

Prognostica.

Spuria tertiana vnde periculũ habeat. *2. De diff. feb. c. 7.* *Loc. sup cit.* *1. Ad Glauc. c. 8.*

SPuria Tertiana diuturnitate posset periculum aliquod afferre; nam adolescens, quem curauit Galenus ab Autunno vsque ad Ver incolumis non euasit. Et Auicennas, *hæc quidem non pura, quandoque prolongatur tempore longo, & circiter medietatem anni, & quandoque perducit ad mollitiem, & magnitudinem splenis*. Et præcitatus Galenus. *Cum in Autunno incepisset, in verè desijsse; tùm quia æger medici præceptis non paruisset; tùm quia læsus ex hieme esset, lien intumuit, præcordia flatibus fuerant oppleta, & iam subtumida quædam aderat in facie decoloratio, adeò vt de adolescente dubitare nobis contigerit.*

Curatio.

Ci. 1. ad glau. c. 10.

OPortet procurare ante omnia vt humores tollantur phlebotomia; de qua loquens Galenus hæc habet, *Quod si*

sanguinem mittere oporteat, neq; hoc ommittendum, sed ab initio statim faciendum. Et Auicennas, *& cum videris vrinas eorum crassas, tunc phlebotoma.* Deinde victus instituendus est, qualem Galenus describit, *Non oportet cibum exhiberi quotidie, sed alternis diebus, victus ratio non sit, quæ humectet, & refrigeret, qualis in exquisitis tertianis exhibetur; sed aliquem modum sumat ad calefaciendum, & incidendum.* hæc Galenus. Tertiò loco humores ad expulsionem præparandi sunt syrupis proprijs, vel ex mente Galeni isopo, origano, spica, nardo, & cæteris, quæ legi possunt apud eumdem. Quo facto exhibeatur pharmacum; In quo aduertendum est, vt cæteris paribus ille humor expurgetur, qui vel copia, vel efficacia alios superat, quod faciendum est in omnibus affectibus mixtis, exceptis tantùm tribus casibus.

Loc. cit.

Loc. cit.

Cautela in pharmaco exhibendo.

Primus est, quando humor subdominans coctus esset, prædominans verò crudus; in hoc enim casu procuranda esset ablatio subdominantis humoris, & abstinendo a prædominante, quoniam consilio Hypocratis, concocta medicanda sunt, cruda non mouenda, nisi materia turgeat; quamquam iuxta Manardum in Epistola ad Carandinum videatur l. gi cōtrarium, qui ab Aliabate iuxtè reprehenditur; nisi saluare velimus tanti viri auctoritatem, & tunc dicemus, ibi loquutum fuisse in cura coacta Manardum: non regulari, de qua coacta etiam loquens Mesues, *Melius est cruda euacuando* (ait) *semel ægrum a morte vindicare, quàm expectare coctionem, cum ægrotantis interitu, & artis irrisione.*

In quibus casibus subdominans humor tollendus veniat primo, et non prædominans.

Secundus casus, quando in subdominante appareret aliqua cacoetia, in prædominante verò securitas, in hoc casu subdominans tollendus esset, quia ab illo mors timeretur, & semel percunti nulla prosunt suffragia ex Mesue.

Tertius, cum subdominans impediret ablationem prædominantis; tunc enim quoniam prædominantem humorem nulla ratione euacuare liceret, a subdominante incipiendum est.

De spurijs quartanis, quæ quia eisdem regulis curantur, non est hoc loco aliquid superaddendum; & idem etiam dicendum erit de quotidianis spurijs.

De Febre ardenti exquisita.

Definiri exquisita ardẽs. Definitionis particulæ explicantur.

EXquisita Febris ardens definiri potest, quòd sit *calor accensus in corde, & diffusus per vniuersum corpus, ex flaua bile putrescente intra vasa, continenter.*

In qua definitione, præter genus, primò ponitur materia, & est *flaua bilis.* secundò locus, & *est intra vasa.* Tertiò modus, inuasionis, & est *continenter.*

Ab ardore ardens nominata fuit. 4. De vict. in morb. acut. t. 13. 4. Acut. t. 1. In Progn. methodi. 2. Acutorũ.

Ante quorum explicationem, breuiter est aduertendum, quod propter caloris copiam, & mordacitatem nomen febris ardentis ex Galeno huic potiùs, quàm alijs datum est; diximus enim, cum eodem a principio, quod licèt nomen ignis cuilibet febri conueniat, per excellentiam tamen huic potiùs, quàm alijs cõpetit; Vnde ab Hypocrate, a Phylosopho, & tandem a Galeno vbique Causon nuncupata est; ad significandum vehemens incendium; Qua etiam ratione Celius Aurelianus, febrem flammosam appellat.

Febr. ardẽs a flaua bile fit.

Quoad materiam ergo fit Febris hæc a flaua bile; nam Pathognomonica signa ipsius, calor scilicet vehemens, & sitis inextinguibilis alium humorem consequi non possunt. quibus potissimùm distinguitur exquisitus Causon a spurio, qui fit a salsa pituita.

Quibus distinguatur exquisitus causa a spurio.

Et probatur primò; genere enim non distinguitur a tertiana Febre, Galeno præceptore cum ait, *Tertiana Febris ab ea, quæ ardens nominatur humore faciente non differt; vtraque enim a flaua bile fit.*

2. De crisibus c. 6.

Secundò anni tempore, fit enim (vt ex Hypocrate habetur) cum tempore æstiuo venulæ biliosum liquorem attraxerint.

Cit. 4. acutorum.

Tertiò ex symptomatibus, quæ flauam bilem solam attestantur.

Quartò, ex victu præcedente.

Quintò ex conditione hominum, quos inuadit.

Dubiũ an febris ardẽs ex bilis specie præter naturam procreari possit.

An autem ex sola flaua bile, an etiam ex bile aliqua præter naturam fieri possit vehementer dubitatur; Ad quæ duo breuiter dicemus.

Et

Et primò, veram ardentem febrem, & propriè dictam fieri solùm ex flaua, tenuissimaque bile; Quòd (pręter innumera Hypocratis, & Galeni loca) probari potest, quoniam ex cit. Galeno Febris ardens est de genere illorum acutorum morborum, qui instabilem sedem, & erroneam habent, ad quæ præcipuè requiritur humorum tenuitas. talis autem est sola flaua bilis: nam cęterę bilis species non fiunt nisi supposita vehementi adustione, cum qua necesse est contrahi crassitiem quamdam, quæ maximè repugnat instabilitati, & mobilitati.

2. Aphor. 19.

Secundò dicendum, in Causone maligno alias bilis species computrescere. Fit enim malignus Causon aliquo interno viscere inflammato, vnde coguntur interiora vri, & tamquam cucurbitulas ad sese calorem attrahentibus refrigerari exteriora, & propterea inter cætera malignitatis signa, quæ febris hæc refert, est linguæ nigredo, & externarum partium refrigeratio. Neq; audiendus hoc in loco videtur Auerroes, quando doceat, nequaquam excitari posse febrem ardentem ex bile flaua putrescente, vtpotè quia siccissimus talis humor est; & ideò alienissimus a putrefactione.

Febrē ardentem excitari a bile flaua haud posse, docet Auerr. eo quia siccissimus talis humor est.

Prætereà bilis pura in cistifellea solummodo retinetur, non ergo dicit Auerroes in magnis venis incendium parare valet; in quibus quotiescumque reperitur; statim extra venas pellitur.

7. Colliget 32. Et 3. colliget 4.

Nam difficultati propositæ ab Auerroe sic respōderi potest, quòd bilis, & si humor sit potentia siccissimus, est tamen actu humidus, & ideò non solùm febri ardenti, sed etiam omnibus febribus, de mente quorumdam, obnoxius est. Item licèt bilis pura non reperiatur in venis, dum suam naturam seruat: tamen dum putredinem concipit beneficio naturæ a reliquis humoribus separatur; ita quòd in venis sola putrescit absque quo sanguis vllo modo putrescat. Nec concludit, dum asserit, puram bilem separatam a sanguine expelli a venis; quia potest facultas expultrix multis de causis impediri quo minùs expellat, crassitie videlicet, angustia vasorum, copia, & eiusmodi.

Respondetur difficultati Auerrois.

Bilis & si potentia sicca actu tamē humida est.

Facultas expultrix multis de causis impediri pōt quominus expellat.

Inter modernos tandem; num ex sanguine putrescente generari possit febris ardens controuertitur. Qui affirmatiuam

Num ex sanguine putrescēte generari possit febres ardens.

partem tuentur, sic argumentantur. Sanguis suaptè natura calidissimus est, & inflammabilis; ergo ad febrem ardentem excitandam, aptissimus.

Respondetur difficultati. Quibus respondetur, sanguinem talem esse, qualis describitur: sed quia dum corrumpitur mutat conditionem, & naturam bilis sortitur; ideò febres ex corruptione sanguinis, non sanguineæ, sed biliosæ nominari debent.

Quoad secundum, requiritur flauam bilem putrescere, nec mirandum est, quòd Galenus dixerit, fieri febrem ardentem bile vna cum sanguine quomodocumque accensa; nam mos est *1. Epidem. co. 2. comm. 72.* Galeni, omnem putredinem febrilem appellare accensionem.

Quoad tertium debet putrescere bilis intra vasa; vt non intermittentem febrem faciat. Dubium tamen est, in quibusnam venis putrescere debeat; nam ex vna parte, quia febris hæc est *2. De dif. feb. c. 2.* de genere synocharum (Galeno præceptore) materiam in vasis magnis requireret.

In quibus cā differat a synocha. Nota hic, quòd Causon, & si cum synocha in multis conueniat: differt tamen primò ab ea; nam Causus a flaua bile, synochus a sanguine originem habet. Causus recipit aliquam imminutionem, siue remissionem: sed synochus a primordio vsque ad finem vnam tantum habet exacerbationem; ne fortè sicut & ipsemmet Arculanus ambas febres in vnum confundamus. *Causon testatur Arculanus de mente Galeni, diuidi posse in Agmasticā, Paragmasticā, & Omothonam.* Vult enim de mente Galeni, Causon diuidi in Agmasticam, Epagmasticam, & Omotonam, sicut Synochon, quod nullibi Galenus, quòd sciam somniauit, ne dicam scripserit.

Ex altera verò parte obstat Galenus, qui exprese asserit, febrem ardentem fieri putrescente bile in venis capillaribus. Obstat quoq; Hypocrates; *Causon*, idest febris ardens *fit* (inquit) *cum venula, tempore estiuo exiccata acres ac biliosas, quæ tenues sunt trahunt ad se humiditates.* *Cit. 1. Epydemiorum. 4. De vict. in morb. acut. tex. 1.*

Dicendum breuiter, exquisitam ardentem requirere bilem in magnis venis, vt seruetur scilicet continentia: in paruis verò venis fit vtique febris ardens, sed exquisitā non est, nisi vna cū paruis accensa etiam magna sint vasa.

Quoad modum Inuasionis, inuadit eo modo, quo synocha.

Causa.

NOn sunt hoc loco repetendæ causæ. Debent enim numerari omnes illæ, quæ habent vim calefaciendi, & exiccandi vehementer. Interdum in causa etiam numeratur cerebri inflammatio, vt legenti Galenum manifestum fiet, *Febris ardens (ait) tum ob aliàs causas, tùm ob cerebri inflammationem fit.* 1.Porret.ic.c. 18.

Signa.

DIgnoscitur Febris hæc (teste Hypocrate) primò à calore, qui ardentissimus est, & mordacissimus. *Quib. dignoscatur Febres ardens. Primò a calore.*

Secundò a sympromatibus; qui enim Febre ardēte tenetur, siti inextinguibili, cum manifesta linguæ ariditate, & flauitie vexatur, capitis dolore, peruigilio, delirio, inappetentia, alui stipticitate, instabilitate, vomitu biliosò, & dolore lumborum. *Ardentibus hæc superueniunt,* Paulus, *Arida lingua, crassa, & nigra ventriculi rosio, deiectiones pallidæ, sitis vehemens, vigiliæ, & non numquam delirium, &c.* *Secūdò a symptomatibus.*

Sed aduertatur hic, quòd & si sitis perpetuò comitatur febrē ardentem, non tamen perpetuò cruciat; quoniam (vt Hypocrates testatur;) *Febri ardenti, si tussis superuenerit, agri minimè sitiunt*, cuius rationem reddens Auicennas, ait *quoniam per tussim pulmones irrigantur, qui cum soleant præ siccitate, & feruore sitim facere, madefacti ab humiditate destillāte per tussim, aut prorsus nullam, aut exiguam sitim excitant.* Est, & altera ratio; cur interdum adsit sitis, sed non sentiatur, quando scilicet mens ægrotat: tunc enim, & si maximè sitiant delirantes non tamen tristem illam sensationem percipiunt; Indè Hypocrates, *Vbi causa doloris neque sensus eius est, ijs mens labat.* *6.Epid. com. 2.tex.24. & 4.aphor 54. Cur febre ardenti laborātibus si tussis superueniat febri agri minimè sitiant.*

Tertiò dignoscitur Febris ex pulsibus; sunt autem pulsus in hac febre maximi, celerrimi, frequentissimi, inordinati, & duritiem quamdam præseferentes. *Tertiò ex pulsibus.*

Quartò ex vrinis, quę tenues, rufæ, cum nulla Hypostasi, vel cum leuissima, & rarissima nubecula apparent. *Quartò ex vrinis.*

Quintò ex tẽporibus acceſsionis.

Quintò, ex temporibus acceſſionis; incipit enim eiuſmodi febris non cum rigore, aut ſigno aliquo refrigerationis: ſed tota ſimul accenditur, breuiſſimum, vel nullum habens augumẽtum ſenſibile, perdurat quatuor, aut quod plus eſt ſeptem dies: nam rarò ad decimum quartũ prorogatur, ſoluitur vel ad mortem, vel ad ſalutem cum ſudore copioſo; vel quod magis illi peculiare eſt, ſanguinis profluuio a naribus. Hæc omnia apud Auicennam, & Galenum, nec non Hypocratem palàm leguntur.

4. cano. c. 42
4. De ratione vict. com. 40
Et 3. aph. 54.
Lib. coachar. pranot.

Febris ardẽs an ſemper ſit de genere acutarum.
Et tex. 78.

Diximus de mente eiuſdem Hypocratis, febrem ardentem non protogari vltra ſpatium quatuordecim dierum; vnde deductum fuit, verè acutam eſſe. Qui quidem pugnantia loquitur 3 Epidem. in tertium, quo in loco, enarrans hiſtoriam Virginis Abderitæ, docet, eam laboraſſe febre ardente, & tamen peruenisse vſque ad 27. diem; & tex. 80. eiuſdem libri enarrans etiã caſum Erophili cuiuſdam Abderitani, teſtatur, eum ardenti febre oppreſſum perueniſſe vſque ad 100. diem. Quæ omnia probare videntur, ardentem febrem non eſſe ſemper morbum acutum.

Ad difficultatem propoſitam reſpõd.
Febris ardens dupliciter dicitur ardens propriè & cõmuniter.

Cui difficultati occurrentes reſpondemus febrem ardentem dupliciter dici; ardentem propriè, & communiter. Propriè ardens, (ſiue ſpuria ſit, ſiue legitima) ſemper acuta eſt: Cõmuniter autem accepta non ſemper. Ad Virginem abderitanam, & Herophilum dicendum, vel eas febres non fuiſſe propriè ardentes, vel non fuiſſe ſemper ardentes; alioquin tot diebus perdurare non potuiſſent.

Sympt omata febris ardentis ex bile vehemẽtiora ſunt ſymptomatibus febris ardentis pituita ſalſa.

Sed dicet aliquis veſtrum, quæ ſunt ſigna, quibus valeamus dignoſcere febrem ardentem propriè ex bile, & febrem ardentem propriè ex pituita ſalſa? Nulla profectò ſigna, & indicia certa ſunt; niſi quòd omnia in ardente ex bile ſint vehementiora, quàm in ardente ex pituita ſalſa: quicquid dixerit Trallianus cap. proprio, febrem ardentem ſpuriam eſſe magis exitioſam legitima, vt Vigiliæ, inquietitudo, ſpiratio vndequaque difficilis & crebra, aduſtio, dolor capitis, dolor lumborum, deliriũ, peruigilium, linguæ ariditas, & flauities, necnon fluxus ſanguinis narium.

Sed

Sed hic duo occurrunt notatu digna. Primum quod occurrit est, cur lingua incendium, & humores significet; vnde Galenus *lingua nigricans ardentem febrem significat*, & Hypocrates *lingua humores significat, rubra sanguinem, flaua flauam bilem, & alba pituitam*. Secundum, cur stillæ sanguinis, in febre ardenti, mortalem esse febrem demonstrent; vt experientia magistra docuit in Sileno, Phylisco, Epaminonda, de quib. Hypocrates in epidemijs, qui omnes, cum ipsis guttæ sanguinis è naribus profluxissent, interierunt; quę est ergo causa, vt sanguis guttatim exiens sit adeò exitiosus? *Cur lingua incendiũ & humores significet.* *Cur stillæ sanguinis in febre ardenti mortalẽ esse febrẽ demonstrent.*

Diligentissimus Galenus difficultatem soluit, quãdo ait exeuntibus sanguinis guttis ex naribus, indicari, sanguinem quidem prauum esse, verumtamen non posse expelli præ infirmitate naturæ, vt necessum sit, naturam succumbere, & morbo superari. *2. Prore'icorum 47.* *Soluit difficultatẽ Gal.*

Primę difficultatis duas affert causas Aristoteles, cur lingua incendium, & humores diiudicet. Vna quia lingua superposita est pulmoni; vnde recipit de facili spiritus igneos a pulmone prodeuntes, & sic arida fit, & nigra exæstuantibus pulmonibus. *4. Sectione probl. probl. 54.*

Altera, quia lingua ob sui naturam rara est, & laxa, & sic facile suscipit, & ebibit humores per corpus vagantes. *Cur lingua humores significet.*

Prognostica.

FEbris ardens periculosa est ex omni via, nisi de genere sit Paracmasticarum. De ea loquens Hypocrates hęc habet; *A febre ardente habito rigore superueniente solutio fit*, quod Galenus ponderans in commento rigor excitatur a bile per sensibilia membra, veluti motu delata; vnde Aluus soluitur, sudores, & vomitus excitantur, & bilis expurgatur. Quod tamen intelligendum est si vires ægri firmæ sint; nam 4. Aphor. 46. Idem met inquit, mortale esse, si rigor superueniat febri ardenti, virtute existente debili. Idem Auctor. *In febribus non intermittentibus si partes exteriores frigidæ, interiores vruntur, & sitim habeat, lęthale est*. Et Galenus. *Quando causus interna quidem vrit, externa verò nec mediocriter calefacit, lethalis* *4. Aphor. 58.* *Co. 4 tex. 48.* *1. Prorrt. 3. 7.*

lis est. Et 4. Aphor. 43. *Febres quæcumque non intermittentes tertia die fortiores fiunt, magis periculosæ*; Necnon cit. 4. tex. 50. *Vbi in febre non intermittente difficultas spirandi, & delirium acciderit, lethale*; Tandem Aphor. 6. *Quibus in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio soluuntur*. Auicennas de ea verba faciens, hæc habet; *Rarò febris ardens senibus accidit, & si accidat eis, pereunt; quoniam non fit nisi a causa valdè forti; tùm quia maximè vires seniles informæ sunt, adeò vt nequeant febris ardentis violentiam subsistinere*. Similis sententia habetur ex Galeno Aphor. 1. Aphor. 14. ibi; senibus non acutæ febres accidunt, & si quando rarenter talis his accidat febris, qualis iuuenibus, omninò ad interitum ægrotantis terminatur; quoniam indicium est, immēsam quamdam esse causæ febrem facientis magnitudinem.

Tex. 26.

4. canon. c. 41.

Cur febres ardentes periculosæ ī senibus, plus iusto.

Et tandem vltimò Hypocrates, *si è naribus fluxerit sanguis, soluitur ægritudo, at q̃ si sudores superuenerint iudicatorij legitimi cum vrinis albis, crassisq; & leuibus subsidentijs*. Quòd si sudores frigidi fuerint (eodem Auctore teste) lęthale est.

4. De vict. in acut. tex. 10.

Reddit ratione̅ huius rei Aristoteles; vbi ait, propterea medicos iudicare prauos sudores in febribus frigidos; quoniam signum est tantam esse materiam, quæ cum non possit a febre calefieri, minimè quoque concoqui, ac superari potest.

31. Sect. prob. probl. 24.

Cur sudores frigidi in febribus lethales existimantur.

Pessimum etiam est inuoluntariè lacrymari, vri, & non sitire, fastidire cibos, profundè dormire; corpus iactare, aut diù, noctuque vigilare. perniciosa quoque vox canglosa ex gutture resiccato, vt docuit Hypocrates, capitis dolor, corporis insolita grauitas, conuulsio, vel motus tremulus, maximè si accidat vrina existente crassa; quia indicat ex bilis efferuescentia omnes humores agitari, & admisceri spiritibus, qui ad caput multa vitiosa deferunt. quòd si vrinæ nigræ, paucæ, tenues emittantur, perniciosum quoque, sicut aluum duram esse; Malum profectò desipere, & floccos carpere, aut festucas euellere; atqui Galenus testatur, neminem superstitem euasisse ex ijs, qui floccos euellebant, & festucas carpebant.

Signa lethalia in febrib.

1. Proret. 13.

Curatio.

Febris ardens, quoniam acutissimus affectus est, celerem curationem postulat; debet autem accelerari curatio Pharmaco, aut Phlebotomia, quoniam in acutis vtraque solet esse vsui, facta diligenti prius inquisitione an hoc, an illo æger indigeat; Et posito quòd vtroq; indigeat, vt frequenter euenire solet, a phlebotomia inchoabitur. In qua obseruanda sunt ordinaria capita.

Et primò an conueniat, nec ne cum Hypocrate deliberandum: sanguinem esse mittendum quotiescumque vna cum bile sanguis redundauerit ratio suadet: nec est cum Auicenna Phlebotomia deneganda, timente, ne maior feruor ipsi bili accedat; nam timor hic vanus est, quando ibi loquatur de febre intermittente, & de prædominio bilis absque mixtura sanguinis. *Nota de phlebotomia.*

Quoad secundum, mittendum esse sanguinem inter ipsius morbi initia, antequam noua mala inuadant; iuxtà illud Hypocratis. *Cum morbi inchoant, si quid tibi mouendum videtur moue: cum verò consistunt, ac vigent melius est quietem habere.* *Aphor.* 1.

Quoad tertium, secandam esse internam dextri brachij venam; vt monet Galenus. *Eodem cit.* 4. *com.* 24.

Quoad quartum, copia sanguinis mittendi habetur ex viribus, vnà cum morbi magnitudine, & sanguinis redũdantis copia: hæc enim ambo quantitatem præscribere mittendi sanguinis alibi docuimus.

Quoad quintum, mittendus est seruato ordinario apparatu; Atque interim instituendus est victus, qui sua substantia, & quantitate vires conseruet, qualitatibus verò morbo, morbiq; causis contrarietur. *Victus in febre ardẽti instituitur.*

Vnde electo aere, natura, vel industria frigido, & humido, aperto, & perspirabili, raró carorum amicorum conuentu, & lecto pensili ex pellibus accomodato. Potus sit vinum oligophoron, nisi aquæ compotationi a primis annis fuerit assuetus ægrotus: nam in hoc casu aqua gelida incocto hordeo vtatur in potum, ratione consuetudinis, quæ nõn est immutanda, vt infra dicemus de mente classicorum, etiam si aliquid prauitatis *Quo in casu aqua ad potũ concedi possit & debeat ægrotãtibus febre ardenti molestatis.*

Aa habeat.

habeat. Nam aliter, & aliàs perniciosissima aqua ad potum febrientibus existit, eo quia in bilem conuertitur, coctionem impedit, delirium procreat, cruditates auget, & morbis omni-
3. Acut. 40. bus expositum corpus reddit, vt ex Hypocrate deducitur, Galeno, & ex communi classicorum schola, qui ponderantes aquę vitia in febribus (ea abnegata) ad vinum oligophoron confugiunt, vt in proxima sequenti quæstione demonstrabimus. Quando de vino exhibendo in febribus, & morbis acutis tractauerimus.

Cibi sint ex oleribus lactuca borago, acetosa, endiuia, & palmites cucurbitularum, carnes laudabiles cum dictis oleribus elixæ. Ex cerealibus hordeum, & far. Somnus omni industria concilietur. motus omnis vitandus est. Excretiones ordinariæ irritandæ, & ex animi affectibus spes, & gaudium concilientur.

Exhibendum postmodum Pharmacum est, & nulla facta mora, quoniam (vt diximus) morbus acutus est, & in eo tardare malum; vnde Mesues; *ò corporum curator auxiliari ne differas, quia semel pereuntes nulla prosunt suffragia.* Sit autem
Pharmacum ad febres ardentes. Pharmacum, vel in forma potus. Vt

℞. Florum cordial. m. p. j.
Tamarind. ℥. 5.
Radicis torment. ʒ. ij.
Tart. præp. ʒ j.
Anisi. ℈. ij.

Fiat decoct. in suff. quant. aqu. cordial. & in colat. suff. dissolue.
Syr. viol. solut.
Et mellis rosat. solut. an. ℥. ij. s.
Rheub. opt. vigor. infusi in parte dictæ decoct. colat. & expressi. ℈. iiij. m. f. potus. Vel in forma boli. Vt
In forma boli. ℞. Dyacatolic. ℥. j.
Dyapr. lenit. ʒ. iij.
Tripheræ persic. ʒ. j. s.
Cum saccaro. f. boli. Post quos pro Apozemate
℞. Syr. viol.
Et ros. solut. } an. ℥. j.

Man-

Mannæ elect. frondis ℥.j. s.
Aquæ cicor. parum misc.

Deinde si opus fuerit ad particularia Pharmaca accedēdum erit, post quæ remanente in toto, vel in parte intemperie, ipsa corrigitur internis, & externis. Interna diuiduntur in vniuersalia, & particulari. Vniuersalia sunt, potus aquæ calidæ, & lac asinæ coctum. Potus aquæ gelidæ comendatur a Paulo, nec non a Galeno his verbis; *dupliciter solui debet morbus* (loquens de febre ardente,) *aut excernendo humores biliosos, aut eos extinguendo. Excernuntur per sudores, vomitiones, & imum ventrem; extinguuntur aqua frigidæ potu.* Quorum opinioni assentiri videtur Celsus, qui de eadem verba faciens contestata profert. *Quidam aqua frigida tantùm ad satietatem data pro medicamento vtuntur, quod vbi factum est multa veste operiendus est æger, & collocandus, vt dormiat, ferèque post longam sitim, & inediam, post infractum calorem plenus somnus venit, per quem ingens sudor effunditur; idque præsentaneissimum auxilium existit.* Particularia verò sunt, quæ respiciunt certa membra.

Lib. 2. c. 29. 6 Methodi c. 5.

Lib. 3. cap. 7.

Quoad potum igitur electa in primis aqua, omni vitio carēte: & perspecto, ne aliquod impedimentum adsit, vt cruditas, obstructio, ætas senilis, inassuetudo, pectoris angustia, & natiui caloris imbecillitas, exhibenda erit tempore æstiuo, apparente laudabili coctione, post totiùs corporis expurgationem, hora scilicet, qua æger mitius se habet.

Quæ requiruntur ad potum aquæ frigidæ ad satietatem factam.

Cæterum Auerroes quinque machinis munitus inuehit hìc contrà Galenum, & probat, haud recipiendam esse sententiam eiusdem Galeni: sed aquam esse exhibendam, nulla apparente coctione, dum febris feruet.

An aqua ad satietatem debeat exhiberi post expurgationem corporis apparentibus signis coctionis cū Galeno An verò in principio adhuc cruda materia cum Auerroe.

Primò vsu, & experientia comprobatum fuisse docet, frigidam potionem ad satietatem datam etiam in materia cruda profuisse.

Secundò bilem non propterea dici crudam, eo quia crassa sit: sed quia nimiùm feruida, acris, & mordax. aquæ igitur potione potiùs concoquetur bilis, quàm secus.

Tertiò febris ardens vsque adeo immaniter corpora nostra

 depo-

depopulatur; ergo si semper erit expectanda coctio, periculum imminet, ne priusquam materia concoquatur, extinguantur ægri.

Quartò expendendum esse in propinanda frigida, vtrùm maius fiat detrimentum, an iuuamentum, quando administratur in materia cruda. & si maius est iuuamentum, libenter amplectendum esse illud auxilium; Vnde cum (si exhibeatur frigida in cruda materia) id solùm detrimentum metuatur, ne morbus longior fiat, & è conuerso incēdium mirum in modum extinguatur; fit iuuamentum sit multò maius detrimento.

Postrema ratio est, Razen testatum esse aliquando Dominum, & seruum ægrotasse, atq; Dominum, exhibita, statim frigida, salutem obtinuisse, seruum verò fuisse extinctum, quia non accepit frigidam. Quid igitur in hoc casu determinandum?

Proposita difficultas soluitur. Prudentissimi Medici munus erit, spectare habitum corporis, statum febris, & consuetudinem; nam si corpus aridum, & ex carne sit, sitque febris maxima, & æger compotationi fuerit assuetus; certè statim ad frigidæ exhibitionem veniendum, *Quæ debeant obseruari in potu.* quia periculum imminet, vel a febre occidatur, vel in marasmū labatur: Verùm si æger, non ita macer, neque ita aridus sit, ac febris paulò mitior, & æger non fuerit assuetus, melius est differre huiusmodi auxilium, in tempus coctionis. Post exhibitionem aquæ, exhibeatur aliquod medicamentum, quod venis omnibus sit gratum: vel exhibeatur antea, vt medico videbitur; Vt radix boraginis, buglossæ, aut conserua de floribus boraginis, aut scorsonariæ. Exhibita aqua continendus æger in quiete est, & pannis coopertus, vt post aquam assumptam subsequatur criticus sudor; Quantitas verò exhibendæ aquę non omnibus est determinata, sed ante omnia attendenda est consuetu- *1. Sect. probl. 57.* do, & vires. obseruandum quoque est, quod monet Auicennas, *An aqua ad satietatē data* vt scilicet oblato vasculo aperti oris, quantum vnico haustu assumi potest, bibat ægrotus.

debeat propinari paulatim, an cumulatè in febr. ardenti. Sed dicetis, quòd Aristoteles docet, medicos consueuisse in febribus exhibere aquam paulatim gustando, eo quòd hunc in modum magis humectat; quemadmodum pluuia, si paulatim descen-

descendat magis humectat terram, quàm si affatim; vnde cum in exhibitione frigidæ optetur humectatio, Aristotelis consilio videtur, potiùs conuenire, vt paulatim sumatur, quàm vt affatim.

Ad difficultatem dicendum, aquam potari vel ad sitim extinguendam, vel ad ardorem compescendum. si propter sitim sumatur; Ratio Aristotelis vera est, atque ita faciendum: Sed si sumatur propter refrigerationem, & ad extinguendum ardorē febris, vt solet propinari in ardore febrili, multò satiùs est, eam sumere cumulatè, affatim, & cum impetu. *Respondetur ad difficultatem.*

Post frigidam Hypocrates lac asinæ comendat, vbi postquā dixit, *quòd vomere confert, & ventrem subducere si os amarum fuerit*, subdit demum, *verùm si adhuc non aperiatur, lacte asina cocto purgabis*. Cæterùm idemmet Auctor pugnantia loquitur, dum docet, *lac dare febricitantibus malum esse, malum & caput dolentibus, &c.* Cui opinioni assentiri videtur Galenus. *4. De ratione vict. in acut. tex. 8.* *5. Aphor. 64.* *Pugnantia loquitur Hypocrates.*

Nos, vt *Diuinus senex* à tàm euidenti contradictione vindicetur, & pro veritate facti, concludendum suademus; lac cum duplici ratione corporibus exhiberi possit, pro cibo videlicet, & pro medicamento, Dicendum est in libro de ratione victus in morb. acutis, Hypocratē lac in ardenti exhibuisse febre, non tamquam cibum, sed veluti medicamentum aluum subducens. In Aphorismis autem, dum illud in febribus vetat, cibi loco, & nutrimenti febrientibus nō propinandum suadet; Et ratio est, quia lac assumptum ratione cibi non plurimùm, sed modicum fore credendum est; cum autem exigua est eius quantitas a febrili calore facile in nidorulentam qualitatem vertitur; atque corrumpitur, idcirco improbum ipsis esse perhibetur. *Saluatur Hypocrates a contradictione. Lac duplici ratione corporibus exhibetur pro cibo, & pro medicamento.*

Particularia pro corde reficiendo, & refrigerando exhibeātur intrinsecus. Vt *Ad cor reficiandum.*

℞. Pulpæ pector. caponum. ℥. iij.
Semin. comun. vnc. j.
Specierum Diamargar. frigid.
Et margar. præp. an. drach. j. s.
m. & cum saccaro fino & aqua rosat. q. s. f. elect. Vel

℞. Con-

℞. Conseruæ florum borag.
Buglossæ.
Et rosarum. an. vnc.j.
Margarit.præpar.
Et specierum omniũ fragment.prætiorum. an. ʒ.s.
Syr.de pomis. vnc.s.
Fol.aur.nu.2. m. f.conditũ. Vel
℞. Confect.Alchermes. Vel
Confect.Hyacinti. ℈.ij.
Cap.cum aqua cordial.vel cum vino paucifero.
Extrinsecùs in regione cordis.

Epytemata cordi ꝓficua. ℞. Rerũm pro Epytematibus cordis temperat.in forma, q.s. & vtatur.

Fiunt autem Epytemata cordialia. Vt
℞. Florum cordial. m. p.j.
Aqu.cordial.om. an. lib. s.
Vini arom.
Et aceti op. an. vnc.iij.
Specierum cordia.temp.℥.s.m.

Post Epytemata inungatur aliquod cordi familiare, vt ℞. Olei Magni Ducis. ʒ.j. Vel vnguenti cordial. Arnaldi. ℥. s. Quæ etiam testibus adhibebis, vix enim credi potest, quantus sit testibus cum corde consensus.

Verùm quia frequenter caput adeo intensè dolere assolet, vt verendum sit, ne humoris aliquid illuc irruat, ipsi prouidendum est Ozirodino. Quod
Recipit succi lactucæ.
Olei rosf. an. vnc.ij.
Aceti. vnc.s. m.

Et syncipiti, ac temporibus applicetur; tùm propter laxitatem coarticulationis; tùm propter ossis tenuitatem. quæ omnia Galenus animaduertens, ita de hac re tradit, dicens.: *At verò Regio capitis iuxta syncipút, propter laxitatem coarticulationis, iuxta coronalem suturam, & ob ossium tenuitatem, & raritatem facilè tùm caliditatem, tùm frigiditatem omnium, quæ adhibentur pharmacorum intrò distribuit, quare siue refrigerare oporteat* (*2. Medic.s.loco.*)

teat

teat ex calidltate ardorem, siue calefacere frigiditatem, aptissimus est capitis iuxta syncipat locus.

Prodest & succurrere Hepati, quod etiam in febribus ardentibus maximè affici solet. Intrinsecùs.

℞. Dyarodonis Abbat.
Et Dyatrion sandal. an. ℥. s.
Cum saccaro in aqua rosac. dissoluto. f. Tabellæ.

Extrinsecùs verò in Regione pectoris iuxta Hepar. f. Epytema. Vt

℞. Rosarum.
Et florum cordial. an. p. j.
Foliorum plantas.
Et lactucæ. an. m. j.
Sandalorum om. an. ℥. s.
Aqu. rosarum.
Et acet. rosf. an. lib. ʒ.

Epytema ad Hepa refrigerandum.

m. pro Epytematibus hepatis. Post quod inungendum est vnguentum rosatum, sandalinum, infrigidans Galeni, & similia.

Præter dicta, ab omnibus ferè medicis in causo, seu febre ardente exquisita balneum aquæ dulcis celebratur: Sed hoc remedium hodierna luce non adeo facile in vsu est, quia hodie homines non solent se ita frequenter lauare, vt antiquitus faciebant; Quicquid sit tamen de hoc, rationabile tale medicamentum videtur, & prout tale a me proponitur, & comendatur in febre ardenti exquisita: nam de spuria loquens Galenus manifestis verbis demonstrat, balneum aquæ dulcis haud conuenire; cui opinioni adhæret Alexander. *3. Acuto ꝯ.* *Cap. proposito.*

At Auicennas contrà non solum probat conuenire balneum febri ardenti spuriæ: imò verò magis conuenire, quàm in ardenti legitima; & ratio fauet Auicēnæ, quoniam pituita salsa opus habet attemperatione. nihil autem reperitur, quod possit magis salsum liquorem attemperare, quàm aqua dulcis. Vos Domini, vt de hac re liberè proferre possitis, & vt duo hæc medicinæ lumina concilientur, determinare ne pigeat, balneum aquæ dulcis posse administrari in causo spurio solùm post curationem; ita vt quando Galenus damnat balneum, damnat *l. 4. cap. 42.* *An balneum aquæ dulcis conueniat cū Auicenna ĕ febri ardenti spuriæ.* *Determinatur quæstio.*

cruda

cruda existente in hac febre materia; Ratio, cur post coctionem illud sit celebrandum, est quia humor hic cum relinquat post coctionem multas reliquias, & cineres, oportet illos per balneũ, vel exhinanire, vel demulcere. & sic intelligenda sunt Auicennæ verba.

QVAESTIO VII.

An vinum debeat exhiberi in febribus, & morbis acutis in principio.

Constans, & omnium in arte medica intelligentium scriptis vulgatum effatum illud est, medicæ rei maximam partem in curandis morbis esse sitam, vt apta ægro viuendi ratio, atque forma præscribatur. Quare Hypocrates viuendi præscriptum in morbis magnam vim sanandi, occidendique habere concludit.

Non ab re igitur futurum puto, si accuratè, & diligenter aliquam huius viuendi præscripti particulam trattauerimus.

An videlicet vinum in febribus, & morbis acutis, ac sub eorumdem initio indulgeri ęgris, iuxta artis normam debeat, possitque. Quod arduum sanè, ac periculosæ plenum aleæ opus est; tùm quia Veteres hac in re pugnantia videãtur loquuti; tùm quia recentiores (vt aiunt barbaro vocabulo) practicantes in varias veluti hæreses abiere.

Cæterùm, si vini genus, ægrotantium consuetudo, & ea, quę abducuntur aduersus sententiam nostram, quibusdam quasi finibus circumscribantur, distinguantur, atque enodẽtur haud erit difficile, huius rei veritatem indagare. quin & illud spero fore, vt lectores hac quæstione non cursim & quasi per transennam, sed diligenter perlecta veritatis lucem exhauriant, intelligantque aliqua vulgi potiùs opinione, quàm sapientum placitis recepta.

At verò vinum officere, cum febris ardet, & morbus acu-

tior

tior vrget, nonnulli hisce rationibus adducuntur, vt credant.

Prolatur vinum in febre arcēri et morbis acutis nō conuenire.

Primò.

Primò Febris (qua Febris eſt) refrigerantia, & humectantia depoſcit; ergo vinum reſpuet, quod calidi, & ſicci temperamēti eſt. Conſequens eſt Hypocratis; *Aqua frigefacit, vinū verò calidum, & ſiccum eſt*; Galeni *calefacit enim vinum, & exiccat (vt nouimus)* corpus totum. Et libro de diſſolutione continentis; *Cibaria calida conueniunt ei, cui dominatur frigiditas, & vitare debet ipſa ille, qui eſt calidæ complexionis, & in temporibus calidis, ex quibus ſunt frumentum coctum, fęnum grecum, & Dactili, & Seſamum, & Banabis, & Appium, & Ruta, & Raphanus, & Rapæ, & Synapi, Paſtinacæ, Allia, & Cepæ, Porri, Caſeus antiquus, & vinum.* Nec non Fernelius; *Vt enim calx ad arboris radicem conſperſa fructum accelerat, arborem verò perimit; ita calidius alimentum, maximèque vinum (ſuſcitato calore) ſpiritus, facultatesq́; erigit, mortem verò maturat, dum enim corporis calorem auget, ſubſtantiam minuit; dumque innati calidi ſpiritum, & calorem habitu fouet, eius ſubſtantiam, quæ humidum eſt primogenium diſſipat, exorbetque, omnem vitam alacriorem, ac vegetiorem, breuiorem tamen facit.* Antecedens verò liquet, eodem Hypocrate, qui ait, *Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè verò pueris, & qui tali victu vti conſueuerunt.* Conſtat, igitur noxium ægris vinum eſſe, ac maximè pernicioſum.

2. De dicta 22.

7. phor. com. 56.

Cap 8.

Lib. de cauſ. morb. cap. 4.

1. Aph. t. 16.

Secundò.

Secundò, quod eſt ſano robur, eſt laboranti morbus, ex Hypocrate: ſed vinum eſt ſano robur, ergo vinū eſt laboranti morbus.

In aphoriſm. 67. lib. 7.

1. Aphor. cō. 4.

Maior probatur a Galeno, his verbis; *In ſanis itaque corporibus ſemper oportet robur ſeruare virium, vel augere alimentis, non diminuere; In ægrotantibus autem rarò quidem accidit, vt robur corporis maius reddere, quàm acceperimus ſtudeamus, magna verò ex parte ſtudemus in longis morbis fouere vires, in acutis debilitatas conſeruare; nam ſi eas tales, quales acceperimus augere velimus, morbum augebimus.*

Minor omnibus inconfeſſo eſt, quam probat Hypocrates, his verbis, *Celerrimè igitur, & maximè vinum alit, tardiſſi-*

mè autem, & paulatim caro bubula, coclea, verticilli marini, & eiusmodi.

Tertiò. Tertiò, morbi acuti a bile procreantur: sed vino bilis intenditur; ergo.

7. Aphor. t. 12. Maior est eiusdem Hypocratis, nec non Galeni. Sic enim Hypocrates. *Bilis quidem semper acutos morbos operatur.* Galenus verò, *Acuti a flaua bile in nonnullis corporis partibus, quas ij malè habent humores, superfluis, & in deterius versis constituuntur.* Et alibi. *Neque meus is mos est, vt de eisdem eadem sæpius repetam: ita nunc satis erit ea tantum, quæ in alijs libris demonstrauimus commemorare, acutissimas scilicet, & ardentissimas febres a flaua bile oriri.*

Lib. de medi. to 8 de hipoc. & Plat. de cre'is c 6.

Morbi acutis ex bile procreantur.

Lib. de bonit. & vi io suc corum c. 11. Minor suadetur Auctoritate eiusdem Galeni, qui hæc habet. *Nec biliosis igitur vinum concedendum est, nec perustis, neque in calore multò, aut inedia, aut merore, aut anni tempore, Regionibus, vel cæli statu calido. Idem è diuerso in his probatur, qui ex calefactione opus habent, ac pituitosis, frigidisque intemperaturis, crudiorumque humorum copiam colligentibus, vitam ducentibus otiosam, in Regione frigida, hiemis tempore, cæli statu frigido, atque humido, his omnibus vinum bonum est: malum verò ijs, qui contrario modo se habent, non quatenus succos vitiosos creet, sed quòd calefaciat, quos refrigerare conueniebat.*

Quartò. Quartò, quod auget symptomata acutorum morborum, in his morbis haud est concedendum: vinum autem hoc facit; ergo.

Maiorem nemo negauerit.

Minor probatur. Inter præcipua symptomata sitis, dolor capitis, delirium, & præcordiorum æstuatio recensentur; Quòd verò augeat sitim testatur Aristoteles. *Non tamen illud est in obscuro* (inquit) *quòd valdè sitientibus potus est dandus, siue ex potatione vini, siue ex defectu potus sitis aduenerit.* Quòd capitis dolor vino recrudescat, indicant verba Galeni. *Cum verò in huiusmodi morbis fortem capitis grauitatem, vel mentis læsionem suspicatus fueris, a vino penitus est abstinendum.* Et alibi. *Solet autem facillimè replere neruos vinum, vt quod calidam*

3. Probl.

3. Acutorum com. 41.

5. aphor. com. 3.

habeat

habeat temperaturam. Nec non 8. de compositione medic. secundus locos; *Od id etiam vinum conuenientissimum est, citra inflammationem, aut Erysipelas, aut abscessus, aut calidam intemperaturam ægrotantibus*. Et 1. de sanit. tuenda, cap. 11. *Sanè vinum ne gustare quidem suaserim. quippè quod haustum, & calefacit corpus, tùm caput halitu replet*. Et tandem, vt vnico verbo omnia complectar; Idem sequentibus conclusionem confirmat. *Vinum curat eas, quæ ex magnis fiunt euacuationibus dissolutiones, & tunc præsertim quando ad ventriculum fluunt humores*. *Sed aduertendum est* (prosequitur) *an aliquid sit, quod prohibeat huiusmodi exhibitionem, veluti si aliquod vnum ex visceribus inflammationem patiatur, aut caput vehementius doluerit, aut passio aliqua, quæ delirare cogat, adfuerit; aut febris incendens in morbo crudo, magna enim, & quasi insanabilia ex potu vini in huiusmodi affectionibus nocumenta proueniunt*. Et certè Hypocrates, de Delirio loquens, vinum interdicit, non secus ac ijs, quibus præcordia æstuant. Hoc modo affectos (inquit) calefacere oportet calefactorijs humidis, & potionibus, excepto vino; Nullo igitur pacto concedendum in morbis, ac febribus acutis.

Cap. 7.

1. de art. cur. ad Glau. c. 14.

Vinum interdicitur capite dolentibus.

3. De morbis vinum delirantibus interdicitur, et quibus pcordia æstuant.

Quintò cõtrariorum eadem est disciplina: sed aqua in morbis acutis, non solùm ad potum, sed etiam vt præsentanijssimum remedium adhibetur; Quid ergo vino enecandus æger? Maior probatione non indiget, est enim commune in Phylosophia pronunciatum; Minorem probat Galenus his verbis. *Cæterùm vbi magnitudo febis obstat, sicut in continentibus, nec vino est vtendum, nec lauacro, nec ijs, quæ habitum rarefaciant vnctionibus, sed aqua frigida sicut prius diximus pota in his febribus est optima*. Et paulò infra; *Porro tradita iam methodus est eius, quod conducit ante alia semper deligendi, Ostensum præterea est ipsius febris, prout febris est, aquam frigidam semper esse remedium. &c.* Ergo aqua propinanda est, non vinum, quod vergeret in ægrotantium ruinam.

Ci. 1. acut. cõ. 41. & 11 Methodi c. 9.

Sextò Hypocrates vinum aliquibus febrientibus exhibendum, docet. *Si quis enim interrogat dandum ne sit vinum febrientibus? Respondetur* (d cit) *nõnullis dandum*; ergo non omnibus.

Sextò.

9. De Hypocratis et Pla. decretis.

In 6. Hypocratis de morbis vulgar. cō. 4. tex. 20. nibus. Idem confirmat Galenus his verbis. *Nemini verò dubium est de his in præsentia sermonem ab Hypocrate fuisse factū, cum inter omnes constet plurimis ægrotis vinum officere.* Et lib. acutorum Petronam insimulat, qui in morbis acutis vinum cum carne concesserat; ergo.

Septimò. 5. De sanit. tuē la c. v't. 6. Ep dē sect. 4. de boni & vitio succ. Septimò tàm Galenus, quàm Hypocrates vinum interdicūt ijs, qui natura calidi, & sicci sunt. *Vinum autem* (dicit Galenus) *frigidis, siccisq; naturis vtilissimum esse prius dictum est; an vero calidis omnibus & siccis idoneum non sit, sed vtilior his aquæ potio sit, sicuti in lib. popul. morbis, siue Epydem. legimus, nunc æstimandum.* Et 1. ad Glauconem. *Abstineat se a vino* (ait) *quod syncopis causa est*; Ergo multò magis febricitantibus, Vinum causa syncopis. phreneticis, peripneumonicis, & pleuriticis denegandum.

Octauò. Ante coctionem vinū nō est exhibendū per Auicēnā. Fen. 4. 3. et 4. 3. Acut. in cura pleuritidis. Octauò vinum in morbis acutis ab Auctoribus solùm cum morbi vis declinare cœperit conceditur, quod & ratio dictat; ergo in principio propinandum non est. Antecedens probatur ab Auicenna. *A vino vero antequam morbus*, concoquatur omninò abstinendū. & Galenus ait 1. de art curat. ad Glauconem in cura febris tertianæ. *Sed & ijs, qui ira, aut mœrore aliquo, aut cogitatione febricitant, quando omninò ab affectu quieuerunt, vinum est exhibendum, & qui furore febricitant, prius verò non tutum est vti vino.* Necnon Celsus, qui de pleuritide loquens. Lib. 4. c. 6. *Sed hic* (ait) *vinum sorbere morbus ipse non patitur, inuicem eius cremor ptisanæ sumendus est; At vbi paulum is se remisit vini aliquid dari potest, &c.* Auctoritatibus accedit ratio; cum enim vinum nutriat, vt concoquatur caloris auxilium implorat, hic autem a concoctione morbi reuocaretur, non sine ægrotantis certissimo nocumento; hinc Galenus præcipit in principijs acutorum morborum distrahendam non esse naturā a coctione humorum. Sic enim ille. *Melius est naturam permittere vacare circa morbi concoctionē, morbo in suo vigore consistente, quàm distrahere ipsam ad cibos nouiter assumptos conficiendos.* Et alibi. *Neque enim distrahere oportet naturam ad alteram nouam coctionem: cum tunc uni humorum noxiorum coctioni fortiter uacet, haud multò post ipsam sit euictura.* Ad hæc in principio ægrotantium, vires non adeo prostratæ sunt, vt vino

no indigeant ad eas reficiendas; ergo iam quòd neque in statu opportunum sit vti vino, ex verbis Hypocratis disertissimè colligitur. *Quando morbus in suo vigore constiterit tunc victu tenuissimo (ait) vtendum;* Qui etiam alibi, vinum in eorum numero, quæ celeriter, & maximè nutriunt, reposuerat; vnde probatum remanet, nec in statu conducere vinum; ergo tantùm cum morbus vim remittit, si tamen concedi debeat, propinandus. 1. Aphor. 1.8.

Nonò Galenus in Ephymeris febribus vinum interdicit. *Qui verò ex Bubonibus febricitant arcendi sunt a vini potu, donec bubones soluantur.* Ergo eo magis, vbi viscerum inflammatio, capitis dolor, delirium, peruigilium seuierint, committetur error, si illud ægroti b.bent. Nonò.

Decimò vbi timor immineat phrenitidis a vino se abstineat æger, ex Hypocrate; *Cum verò in huiusmodi morbis fortem capitis grauitatem, mentis læsionem suspicatus fueris a vino penitus est abstinendum.* Et loquens de Angina. *A vino abstineat, & ptisanæ succum tenuem sorbeat.* Et de Lethargo. *Attamen hoc curandum est, vt plurimùm spuat, & calefiat, & a vino abstineat.* De Peripneumonia; *Et ad ipsos quidem dolores cum irruunt calefactoria leuia, & humida adhibendo locum calefacere, & humectare oportet. vbicumque dolor fuerit, ad reliquas verò partes frigefactoria adhibere vicissim, ea apponendo, ac tollendo, & ubicumque arserit, frigus facere, a uino autem penitus abstinere.* Et tandem in cura doloris capitis a causa calida. *Cũ a capite initio sumpto dolor acutus statim nocẽ interceperit, his sternutationes fortes inducere oportet; quòd si sensum æger receperit tapsiæ succum in multa calida aqua dato, quo quàm citissimè reuomat, posteà attenuato, & a uino prohibeto per septem dies.* Et paulò infra. *Hoc modo affectum calefacere oportet calefactorijs humidis, excepto uino.* Quin etiam Galenus dum de inflammatione partium internarum edisserit, & præcipuè de pleuritide. Interdicatur eis vinum, expressis verbis proclamat; Idem confirmare videtur 4. Methodi cap. 7. vbi loquens de Dysenteria, Icteritia ex lienis obstructione, hepatisque calida intemperie, ac dolore cholico, medicamenta ijs morbis accommodata cum aqua, si febris ad fuerit, sin minùs cum vino exhi-

Decimò. 3. De ratione vict. in acut. tex. 41. 3 de morb. in cura phrenitidis. 1. ad Glauconem. 8. Methodi c. 4. 7. De simpl. medic. facul. 5. De compositione medi. 5. locos, c. 8. & 9. 1. Acut. c. 22.

Venenosum esse vinū in pleuritide, & morbis omnibus acutis, testatur Brasauola, & Auicennas. exhibenda præcipit. Et in eodem vltimo lib. legitur. Vinum opportunissimum remedium esse dummodo ab inflammatione, ac intemperie calida, & sicca immunes sint ægri. Præterea Auicennas pluribus in locis, quos recensere breuitatis causa ommitto, ac Brasauola, experientia ducti, validissimum venenum pleuriticis vinum fore asseuerant; ergo prædictis morbis hoc venenum, vt ita dicam, haud quaquam conuenire rationibus, & Auctoritatibus classicorum virorum conuicta medicorū familia penè affirmat vniuersa. Hæc fermè sunt omnium rationum momenta, quibus vini vsus ægris interdicitur, quæ strictim, & ad Phylosophiæ normam a me in vnum conglobata hic posita sunt, vt quibus fundamētis ingens hæc de vino ægris noxio moles sit innixa, innotescat. Cæterùm quā minimè probabilis hæc ab imperitis in arte medica diffamata opinio in plebem sit, ostendam deinceps; meos tamen lectores exorauerim, vt re introspecta non tàm sophisticis quibusdam conclamationibus ad concionem promouendam solùm compositis, quàm medicorum sapientissimorum placitis, rationibusque consentiant.

Notādum 1. Notandum primò vinum (quod calidum & humidum Con *3. Probl. t. 1.* ciliator differentia septuagesima esse contendit) ab eodem sic *Vinū calidū & humidum definitur.* definiri; liquor artificiosè ab vuis maturis extractus, inter cæteros liquores humanæ naturæ conueniens, ac familiaris. Hoc *Vinum hoc multas differētias habet.* multas habet differentias. quarum prima desumitur a substantia, secunda a virtute, tertia ab ætate, quarta a colore, quinta ab odore, sexta & vltima a sapore. Hinc quædam appellare consueuere vinosa, seu poliphera, & crassa; quædam aquosa, subtilia, seu oligophora; Alia generosa, quæ mirificè calefaciant; quædam imbecilla, seu edentula cum Plauto & sensibiliter refrigerant; nonnulla recentia, & excrementosa; Alia veterana, seu Protropa, cum Plinio & spirituosa appellantur; Rubra, & nigra aliqua; Alba, flauaque multa; Inodora nonnulla; Pleraque Aromatica, sicuti insipida, ac suauia reliqua.

Notādum 2. Notandum secundò, vt panis, qui sub hoc nomine complectitur Triticeum, Hordeaceum, & ex castaneis confectum absque

que vlla additione (vt sic) ideo solùm, quia Triticeus præstat caeteris ipsum significat, & alios excludit; Ita etiam cum quàm plures vinorum differentiæ reperiantur, cum de vino Auctores loquuntur notius, ac nobilius cæteris est præferendum; hinc naturæ miraculum Galenus differens de aqua (vt sic) aquæ perfectissimæ, non paludosæ, limosæ, ac eiusmodi qualitates se explicare concludit; deducitur igitur ex his, non omne genus vinorum vnico verbo explicari, sed tantùm suauius, potentius, perfectiusque, atque adeo excludi oligophoron, siue pauciferũ, quod (vt Brasauola Auctor est) vinum æquiuocè tantùm dici potest; idque Hypocrates confirmare videtur, his verbis. *Si cum febre capitis dolor, uel delirium adfuerit omninò a uino se abstineat ager, & loco uini uinum aquosum offeratur.* Cui Auctoritates Aristotelis, & Galeni accedunt. Interdicit enim Galenus vinum corporibus biliosis, & febricitantibus; & Aristoteles pueris, & mulieribus, & deindè vnico consensu concludunt; Cæterùm loco vini vinum aquosum bibant: Hinc colligitur, quatuor in casibus denegari iure vinum, in morbo acuto cum delirio, & capitis dolore, in febribus, in corporibus biliosis, atque in pueris, & mulieribus; & tamen omnibus his conceditur vinum oligophoron. quòd si sub nomine vini includeretur, sibi ipsis proculdubio pugnarent Auctores. Aduerte præterea quando legitur apud Hypocratem, & Galenum bibat vinum, vel loco vini aquam, non esse intelligendos simpliciter de aqua, quæ vt videbimus perniciosissima, & infestissima est: sed perindè ac si dixissent ex duobus malis minùs eligendum esse. Si æger exhorruerit vinum, aut non assuetus fuerit vini compotationi, præstat gustare aquam, quàm illud exhibere, siue polipherum, siue oligophoron fuerit.

Cum de vino loquũtur Auctores (vt sic) absque additione de perfectissimo loquuntur.

3. acut. com. 40.

Cit. 3. acut. s. 41.

Lib. de bonit. et vitio succ. c. 11.

6. Epid. sect. 4.

Lib. de somno et vigilia.

Vinum oligophoron nõ includitur sub nomine vini.

Notandum tertiò ex verbis classicorum Auctorum apertissimè colligi, oligophoron vinum specie ab alijs differre. *Inter caules, ac lentes non inuenies ullum, quod humectet, non allium, cepam, porrum, quæ refrigerent, ac lactucam, quæ uim calefaciendi habeat, & si inter hæc alia magis, alia minùs humectent, refrigerent, ac calfaciant. At uinum uetustissimum Romani cecubum uocant ab albo, austero, recenti, crassoq; uino tantùm di-*

Notãdum 3.

stat,

stat, quod illud uehementer calfaciat, hoc sensibiliter refrigeret; Hæc habet lib. de bonit. & vitio succ. Galenus, & similia. Et Auicennas ex vinis calida natura sua nonnulla inueniuntur, frigida multa. Nec non Ludouicus Lemosius assignans causam caliditatis, & frigiditatis vinorum, hoc euenit (dicit) quia specificè inter se differunt. Quod demum Buccaferreus vina inter se specie, & natura discriminari confirmat, cum alia substantia crassa, & qualitate calida, alia subtilia, & frigida sint, eo quod in his aqua prædominetur.

In fine c. 11. 4. De simpl. medic. facul. capite ca. 14. 1. Can fen. 2. doctr. 3 c. 10. 7. Methodic. 6. Cur ex vinis aliqua calida, frigida nō nulla sint.

Notandum quartò, vinum oligophoron (de quo differit Galenus, abesse a nocumentis vini, & aquæ) ab eodem triplici in genere constituitur, aliud recens, aliud mediocre, aliud veteranum. & hoc vltimum, (quia de cursu temporis gradum caloris intenderit) ipse cum febris ardens sæuierit, vel interdicit, vel nonnisi dilutum concedit; Vt etiam Ioannes Donatus Sanctorius lib. Epistolarum medicinalium cap. de vino fieri docet. *Enimuero (dicens) si quis hoc sincerum febrientibus dare dubitabit, dilutum prorsus, & aqua admixtum haud quis ambigere debet, nempè illud, quod huc usq; dictum esse de puro, & sincero intelligendum est, cum ob aquæ mixtionem refrigeret; ac magis humectet.* Ad hæc idem oligophoron (Auctoritate Hypocratis, Galeni, & Aristotelis) vt sine noxa ab ægroto ebibi possit album colore citrino, subcroceo: non flauum, aut fuluum esse oportet. vigoris autem nihil insit, cum vehemens odor argumento sit (vt dicebat Galenus) calorem imperium obtinere. *At qui, quæ in uino hoc (loquens de oligophoro) est carentia odoris, ea imbecillitatis, frigiditatisque efficacissima exestit nota, quippè in hoc aquæ est assimilis, non secus quàm fortis odor efficacissimum roboris signum.* Quoad saporem non multum ab aqueo recedat, aquæ mixtiones respuat, vel parum admittat, nec dulcorem, nec austeritatem nimiam habeat: sed substantia subtile, clarum instar aquæ translucidum, quacumq; crassitie, ac turbiditate vacet. Quoad tempus, nec veteranum, nec admodum recens vt ebulliat, sed a fecibus expurgatum esse oportet. cuius rationem reddit Galenus his verbis. *Sic etenim recens uinum, penitiora corporis non permeat, uetus acre, & mordax est,*

4. Metheorū com. 41. Notādum 4. 3. Acut. cō 8. Vinum oligophoron tripliciter constituitur. 12. Methodi c. 5.

3. acu. cō. 20. Qualitates vini oligophori desi gnantur.

7. Methodi. 4 De compos medic. per genera.

est, ergo ætate medium potius est, quod plurimum intra quinque, & decem annos consistit. Præterea diligenter prouideatur, ne cum coctum non nihil, aut alicuius mixtione deprauatum sit, tetrum odorem non inhalet, sapidum sit, nullamque infensam qualitatem contineat; quæ conditiones, tum rubeo, tum dulci vino adscribi poterunt; adhibendo primum vbicumque restrictione opus fuerit, & alterum in affectibus pectoris, ex eodem Galeno, cum ait. *Verum, vt vno absoluam verbo vinum dulce in acutis morbis ad expuitionem, tum propter dictas opiniones, tum propter communem uinorum omnium rationem qua uires roborant idoneum existit, & maximè ijs, qui quauis humida, quæ tum in Thorace, tum in pulmone continentur; expuunt.* 3. acut. cō. 2.

Notandum quintò, prædictum vinum oligophoron (quod sine vllo damno comprobabimus supradictis morbis non esse interdicendum) aliud esse naturale, aliud artificio comparatũ. Naturale illud est, Brasauola teste, quod sua natura vite parente procreatum est tale, vnde Galenus. *Vinum siquidem aquosum leuissimam in ligno uitis habuit transmutationem, leuissimam quoq; & elementi terrei permixtionem, ita vt aqua sit, quæ tum paululum terræ, calidæque substantiæ assumpserit, particepsve fuerit, tum leuissima in horum coniunctionem indiguerit confectione.* Artificio verò comparatur infusione aquæ, quapropter, & si vinum suaptè natura merax, ac generosum esset, mixtio aquæ eius vires retundet, magis, & minus, iuxta mixtionis mensuram. Hic etiam maxima animaduersione dignum illud est, eiusdem Auctoris sentẽtia, & diligenti obseruatione; cauendum videlicet, quòd si vinum generosum fuerit, multò ante potum attemperandum esse: quod etiam præuidens Lusitanus scriptum reliquit ad nostram doctrinam. *Si tamen Medici, tàm Hyspaniæ, quàm alterius regionis opus habeant vino illo præpotenti diluto vti, prout quotidie interuenit, confuso, non in poculo ea hora, qua æger vult bibere, permittant vinum temperetur, sed potius duabus antea horis iubeant vinum dilutum sit, vt melius mixtio fiat; & vini præpotentis igneæ partes refringantur, euanescantve, quod multò meliùs fiet si vasculi, quo vinum continetur orificium apertum absque operculo habeatur:*

Notãdum 5.

Vinum oligophoron duplex. Quale naturale est.

Artificiosum oligophorum quale.

Vt vinũ generosum fiat oligophoron, quæ requirãtur.

Etenim si in stomacho vino recepto mixtio fieret, fortè mutua agentium agitatio aliquid damni inferret. Quapropter vbi vinum oligophoron natiuum deesset, huius loco suffici posset arte paratum, vel ex generoso, & meraco. Ad hæc Galenus postquam enucleauit vini oligophori naturã, quod exhiberi a medico possit in morbis acutis, Massicum vinum, signinum, surrentinum, tiburtinum, & sabinum exempli loco ponit; ac subiungit maximè conducunt stomachis, qui bile diuexantur, & proptereà vbicumque vel propter ardentem febrim, vel abundantiorem bilem in syncopem aliquis inciderit, concedendum. *Huiusce generis vinorum optima sunt* (dicit Galenus) *surrentinum, signinum, sabinum, tiburtinum, & marsum, hæc omnia vina stomacho, qui amara vexatur bile salubria sunt. Ideoque illis vtendum, quoties is, vel ex ardenti febre offensus syncopem attulerit, vel aliàs multum in eum bilis fluxerit, uel multam imbiberit.* Quod confirmare idem videtur, cit. lib. de bonit. & vitio succorum, sic enim, *Corporibus biliosioribus, nec Phalernum, nec Timolides, Fuluum, nec Aursium, nec Lesbium praedictis haud absimile utiliter bibuntur; Sunt enim huiusmodi calida omnia, sola ea bona esse possunt, si bibantur, quæ substantia tenuia sunt; quod genus in Italia est, quod Gaurium uocant, & albanum, eorumque quæ in sabinis, & tuscis nascuntur quædam, neq; enim cuncta huiusmodi sunt, sed circa Neapolim quoque in imminenti huic colle natum Amineum; Tale est in Asia apud nos Tibicenum, & Arsenium, deindè etiam Titacazenum; atque hæc ago exempli causa retuli. Caeterùm* (subdit) *huiusmodi uina ubique ferè gentium reperi, sed quæ aduenæ ignorent duplici de causa, cum quòd paucissima omninò prouenniunt, tùm uerò quòd longam nauigationem non substineant, nec possint propterea a mercatoribus in alienas regiones transuehi*, hæc sunt concepta verba Galeni. qui etiam cit. 12. Methodi paulò infra ad rem nostram hæc scribit. *Quare huiusmodi uina* (loquitur autem de oligophoris,) caliditate prædita non sunt, vel si inueterascant parum caloris obtinent, hinc perseuerante syncope illa concedere peccatum non est, quamuis vel bili, vel febre ardente proficiscatur, etenim preter quàm quòd calida non sunt, nutri-

12. Methodi c. 4.

Exempli loco dum de oligophoro vino tractat Galeno ponit surrentinũ, marsum signinũ, et tiburtinũ.

Capite 11.

Vinum oligophoron vbique ferè gentium repertũ fuit a Galeno. Cur aduenæ vinum oligophorum ignorent.

nutrimenti parum afferunt. Reliquum est si fides tantò viro est adhibenda, vt nos in eam sententiam inducamur, huiusmodi vina in Italia reperiri, ac morbis acutis valde proficua esse. Nec illud optimum effugium est, Hypocrate, & Galeno inter viuos dum degerent, huiusmodi vina ad inuenta esse, & valdè accomodata, sed temporum iniuria, naturam illa deprauasse, vnde hac tempestate nulla ratione concedenda; vt medicus mihi quidam Anconæ Doricæ commorâs obijciebat. Hęc enim inanis euasio videtur, cuius rei argumentum est, quòd sabinum vinum etiam ætate Hypocratis ad decimum annum vigorem conseruabat; & vsque ad quartum, quia adhuc recens iudicabatur, ad potum minimè aptum erat. quod etiam peti potest ex Galeno, qui loquens de vinis oligophoris. *Recens* (ait) *uinum penitiora corporis non permeat, uetus acre, & mordax est. Ergo ætate medium potius est, quod plurimùm intrà quinque, & decem annos consistit.* Et 1. de Antitodis capite 3. Idem Auctor. *De surrentino autem, quid me dicere opus est, quod omnes iam sciunt, ante annum ferè vigesimum crudum adhunc esse, vigesimo enim tandem anno niget, potuique aptum diù perseuerat.* Nunc verò (vt ipsa conuincit experientia) nedum primùm attingit annum, cum deprauatur, ac flaccescit; ergo his temporibus vim eam remisit, quam Hypocratis, & Galeni tẽpestate obtinebat, atque adeo si admitterebant ipsi, maiori cum fiducia nos hac de causa concedere poterimus.

Vina oligophora morbis acutis valdè proficua.

7. Method. Et 4. de composit. medic. per genera.

Notandum sextò (cum Brasauola) magnum discrimen esse inter hæc, maius nutrimentum afferre, celerius nutrire, ac solido nutrimentum esse; verbi gratia vinum celerius nutrit & minori molestia, quàm mulsum, vel ius, oua, caro, & similia. Mulsum verò vino præstat in nutritione maiori, idest quantitate præcellit nutrimenti, Hypocrate Auctore. *Caterùm mulsa* (inquit) *Vino albo, tenui, paucifero, quodammodo fortior est, quodammodo imbecillior, demum panis, & caro nutrimentum solidius, ac maioris quantitatis afferunt.* Hinc Celsus *plus alimenti est in pane, quàm in vllo alio*, asserebat; sed quia hanc qualitatem habent, ægrius etiam digeruntur; vnde vulgatum illud; *Omnis repletio mala panis verò pessima*; quare propter celerem

Notãdum 6. Differunt inter se maius nutrimẽtum afferre celerius nutrire ac solido nutrimento esse.

Mulsum magis nutrit quã vinũ oligophoron. 3. acut. t. 20.

Lib. 1 cap. 3. Panis valdè nutrit.

Cur repletio panis pessima.

letem nutritionem, & quia vinum virtutem non lędit, excellit quibuscunque, & magis conducit; quod docuit Galenus, dum dixit. *Quo magis uinum uincitur quantitate, & consistentia cęteris rebus, tanto celeritate in nutriēdo illud cęteris anteire:* Et inter omnia vina aquosum minimi nutrimenti est, dū aquæ illud comperat, his verbis; *Promptum tamen fuerit talia uina dignouisse omnium quidem imprimis, quod ea, tenuitate ad aquā proximè accedunt, deinde albedine quoque, quin gustatu uideri etiam aquosa possint, quæque astringendi uim eminentem nullam obtineant, interque diluendum aquæ multę mixturam non ferunt; unde ea ueteres medici aquea uocarunt;* Eamdem doctrinam confirmant Auicennas, Isac, & Alsabas dum de vino disserunt; Et Hypocrates, mel nutrire duplo vino oligophoro, testatur, cum ait; *Si duplam uini mensuram ad mellis delinctū; quis biberit a solo nimirum melle ualidior longa redderetur:* Quare etiam si vinum enutriat, non ita tamen, vt damno aliquo esse possit: imò si propter hanc causam timēdum nobis est, nec ius, stillatitium, nec carnes, nec oua comodè exhiberi debebunt, cum vino in vehementiori nutritione anteponantur.

3. De alimēt. facultatibus. Vinum celeriter nutrit.

De bonit. & vitio succorum. cap. 11 Vina oligophora proximè accedunt ad naturam aquæ. ideo aquosa & aquea vocantur a veteribus.

De rōne uict. in acutis.

Notandum septimò, (cum Alexandro) Consuetudinem in morbis prę cęteris rebus maximè esse perpendendam; cum vnicum auxilium sit, ac certissimum præsidium, quo obniti nocumentis, & affectionibus possimus; hinc est quòd Galenus de Ephemera febre scriptum reliquit, se numquam aquam in infirmitate propinare incepturum, si æger ad bibendum non assueuisset: Et lib. de consuetudine cap. 1. disertissimè declarat, quàm perperam faciant illi, qui ægroto nō assueto aquam præscribunt. vbi duo loculentissima exempla adducit, quæ quia, vt legantur digna existimauimus, hic ea notare non piguit. *Enim vero* (dicit Galenus) *de frigidæ quoque exhibitione, quam in acutè ægrotantibus sæpè numero facimus nonnulli nobis aduersantur, prohibentes ipsam dari febrientibus, ac iubentes nos illis indicationibus esse contentos, quæ ab alijs scopis sumuntur, quas, & a locis affectis, & ab eorum affectione, ætateque, & Regione, et anni tempore, et ab ipsius laborantis temperamento, et facultate vsurpare consueuimus, ridiculū esse afferentes, si dum* phleg-

Notādum 7. In Problematibus.

8. Methodi.

phlegmone laborat iecur, vel pulmo, vel ventriculus, vel aliqua alia ex ita præcipuis particulis, qui frigidæ potator est frigidum offerri potum, nullam aliam ob causam, nisi ob consuetudinem permiserimus; æquè enim hoc esse(aiunt) *ac si concedatur, aqua frigida leuari eos, qui ita assueti sunt, licèt febricitent, quasi omnibus quocumque modo ægrotantibus omnia, quæ ipsis consueta sunt facere permittamus, nec vna cum alijs omnibus scopis, cum quoq; qui a consuetudinibus est, admittamus.* (Et subdit,) *Aristoteles Mytilenæus vir in speculatione perypatetica primatum tenens, cum in morbum quemdam incidisset, qui a frigidæ sanè potione iuuari poterat, quia tamen talem potum numquam ingessisset, medicis eum bibere consulentibus, repugnabat, manifesto se scire affirmans, frigida gustata spasmo correptum iri, nam & hoc ipsum asserebat, se vidisse in alio, qui sibi, & corporis habitu, & temperamento erat similis, calidæque potioni assuetus, quòd si tali potui sicuti nonnulli assueuisset, maximè quidem, nec ipse illius oblationem timuisset, tandem tamen (medicis eum omninò compellentibus) frigidam potauit, at ille quidem obijt, vt audiuimus.* Hæc Galenus lib. de consuetudine, quibus adde; *Quin, et quibus cibum in die capere consueuerũt, nisi pransi fuerint imbecilles, et infirmi fiunt, et ad omne opus timidi, et cardialgici, pendere enim videntur ipsis viscera, et mingunt calidum, et viride, et stercus comburitur, sunt, et quibus os amarescit, et oculi cauantur, et tempora saliunt, et extrema refrigescunt, et plurimi quidem eorum, qui pransi non sunt cenam comedere non possunt, si verò cenauerint ventriculum grauant, ac multò magis ægrè cubant, quàm si pransi fuissent.* Cum ergo talia sanis eueniant ob mutationem comestionis ad dimidium diei partem, præter consuetudinem protractæ, neque consuetudini addere quid comodum videtur, neque detrahere. Et eodem cap. paulò infra. *Eduliaque consueta licèt concoctu difficilia sint, nonnulli faciliùs concoquunt, quàm insueta, licèt faciliora sint concoctu, excretionesque consuetas, et si eæ incommodæ sint, quia tamen in consuetudinem venerunt, requirit corpus, atque his priuatum in morbos incidit.* Præterea idem ait, consuetudinem haud minoris momenti esse; sed maximè animaduersione

Cõsuetudinis magna vis. Hyst. Aristotelis mytilenei.

Cap. 1.

Non est immutanda consuetudo etiã si aliqd prauitatis hẽat.

10. Methodi c. 10.

uersione dignam, cum illa nobis corporis temperamentum ob oculos subijciat. Et ibidem: *illis, quibus vinum dum benè se habent noxium non est, neque etiam dum morbo confliciantur nocumentum futurum*; asserit. Vnde in eam sententiam Hypocrates. *Quæcumque sanis comoda sunt, ea etiam ægrotis exhibita fortiora sunt; Vinum & mel optima iudicata sunt in hominibus, si iuxta naturam, & sanis, & ægrotis cum temporis opportunitate, ac mediocritate exhibeantur; & bona sunt quidem ipsa per seipsa, bona etiam permixta, & tùm alia, tùm quæcumque memorabilem vtilitatem habent.* Nec non idem victum humidum illis prodesse, qui febre laborant, præsertim verò pueris, ac illis, qui iam consuetudinem contraxerunt, docuit. Et 1. aphor. *Consueti solitos labores ferre, & si sint imbecilles, aut senes, non consuetis, fortibus, atque iuuenibus faciliùs ferunt*; Item cit. lib. *Quæ ex tempore consueta sunt, & si deteriora sint, insuetis minùs molestare solent.* Demum tantam vim habet consuetudo, vt idem Galenus concludat, quòd si duo infirmitate laborent, quorum alter emissionem sanguinis, vt per necessariã exigeret, cui tamen numquam fuisset incisa vena: Contrà verò alter, cui minùs, eductio sanguinis necessaria foret, qui tamen iã assueuisset, potiùs secundo, quàm primo incidendam venam duceret.

Lib. de aff. t. 54. — *1. Aphor.* — *Tex. 49.* — *Tex. 50.* — *7. Methodi c. 6.* — *Nota de assuetudine.*

Notandum octauò, licèt satis fusè de aquæ qualitatibus disseruimus, cui conducat, quavè dispositione propinãda sit, opere tamen pretium existimaui quicquid de hac re, vt etiam de vino oligophoro, monumẽtis tradiderint fusius Auctores, omni breuitate maiori comprahendere; vt clarius innotescat nostri temporis medicorum deprauatus vsus (si quosdam benè sentientes excipias) & vt exordiar a Galeno. *Aduertendum* (docet) *ac perpendendum, quæ sint nocumenta aquæ, ac memoria conseruanda, quæ non aliundè proueniunt, quàm a natiua frigiditate, cuius vitio diuturno tempore moram trahit in ventre, fluctuationes excitat, conuertitur in flatum, corrumpitur, facultatem omnem stomachi labefactat, ægrè concoquitur, et tandem cum non digerat alimentum, parum eiusdem distributioni proficua est, adeò vt, nec commoda ad dispertiendum cibum sit.* Et paulò post

De curat. per sang. missio. cap. 4. — *Vituperia aquæ.*

Cæterùm cognitis oligophori vini virtutibus, planum fiet, naturam illius vitijs aquæ aduersari, nam ventrem non implet, imò tumorem illius dissoluit, et propter mediocritatem caloris in eo non consistit, et propter ad dilatandum inditam facultatem cibū conuehit, ac dispensat per totum corpus, succo optimo praeditum est, valdè ad mixtionem accomodato, et ad ea concoquenda, quę in stomaco, ac in venis stationem im fecere vigorem auget, aditumque ad excrementa patefacit, quę euacuanda sunt. Et idem Auctor 3. de ratione vict. com. 40. *Cum igitur super singulis, de quibus enunciat Hypocrates sermo de optimis fit: ita et nunc intellige optima quę dicuntur ad optimam referens aquam; Hęc igitur quamquam optima sit: multò tamen tempore in ventriculo manet, fluctuationesque plurimùm parit, quo fit, vt cum biliosus ventriculus fuerit, corrumpatur et illa. Pręterea et cum ex ventriculo ad ieiunum intestinum ęgrè perueniat non facilè distribuitur, neque in Hepar, et minùs in Renes, Thoracem, et Pulmonem, quo fit vt neque vrinam mouere nata sit, neque sputum educere, neque pręterea sitim sedat, quòd in amplis tùm ventris, tùm intestinorum animalis instrumentis plurimo maneat tempore, neq; prorsus ima ipsorum penetret partes, neq; ariditatem humectet. quod autem non alat antea dictum est, quo fit, vt neq; facultatem vitalem roborare possit, atque ea est causa propter quàm Hypocrates ad Mulsam, Oximel, & vinum se contulit in ęgris ab aqua abstinens. Iam igitur ob eas causas numquam ea quis vtatur, vtuntur tamen & alij quidam medici, atque etiam Hypocrates, sed hic minùs, cæteri magis.* Hæc omnia protulit Galenus, & similia, qui præsertim loquens de vino oligophoro. *Si quidem vinum aquæ præstat, non solùm ad coctionem, quæ in ventriculo fit adiuuandum, sed etiam ad concocta distribuenda, ad sanguinem creandum, ad nutriendum, ad lotium citandum, & ad corpora difflanda.* Et Paulus. *Cæterùm vinum (inquit) calorem genuinum refocillat; vnde concoctio melior, & sanguis probus euadit, cibum per omnia corporis membra, vt quod facilè penetret, deducit; quàm ob rem ex morbo emaciatos reficit, corpusque ipsorum auget, etenim cibi cupiditatem facit, pituitā extenuat, bilem per vrinam educit, & bonum colorem conciliat,*

Laudes vini oligophor.

Loquitur de aqua optima vt optima ē.

Quia vituperosissima est aqua, ea est causa propter quam Hypocrates ad vinū se contulit in ęgris.

6. De morb. vulgar. com. 2. & 4.

7. De cōposit. medic. per genera.

Vinū præstat aqua in multis (loquitur de vino oligophoro.)

animo

animo lætitiam, voluptatemque parit, & robur adijcit, quod non facit aqua. Et tamdem Galenus præcit. paucis verbis clarius idem docuit, dum ait; *Vinum oligophoron quibuscumque in rebus aqua eligibilius, hinc Hypocrates non solùm in Ephemeris, sed etiam in morbis acutis admittebat.*

Lib. acutor. ū. Vinum oligophorū ex Galeno quibuscūq; in rebus eligibilius aqua.

Notandum nonò, duo in febribus ex Galeno ad eam delendam considerari; Primùm est virtus, sine qua reliqua sunt inania, hinc admonet medicos, vt dextro oculo virtutem, sinistro morbum oculatè perspicerent. Alterum quod consideratur essentia febris est; In quibus perpendendus calor febrilis, eiusdemque caloris causa, quæ non alia, quàm putridus humor videtur, & hic idem suis causis non vacat, nimirum ab obstructio ne dependet. Quare hactenus quatuor intentiones habemus. Prima conseruandi virtutem, cum illi præcipuas medici partes adscribantur, vt de mente Hypocratis iam diximus: Et Celsus. *Maxima dignitas ipsarum est virium, quando viuere nobis ex harum custodia constat, cum vitam, aut ipsas esse vires, aut earū actiones sit necesse.* Secunda est Febris, quæ tunc aboletur, cum putredo abigitur, quæ remota causa, idest obstructione proculdubio tolletur. At quoniam haud facilè euacuari potest, si primum non concoquatur, iuxta Hypocratis dictum. *Concocta medicari, cruda non moueri, &c.* Concoqui verò nequeat, nisi corroborando virtutem, vt disertissimè docentur a Galeno. *Ad sanitatem reduces humores putres* (inquiente) *vbicumque facultatem concectricem corroboraueris.* Ideo quoad executionem præcipuum locum virtus obtineat, quippè quæ aliarum actionum principium sit. Secundum obstructionem repellere. Tertium humores præparare. Quartum euacuare; & demum prauam intemperiem, idest febrem delere: Atq; ita quod fuit primum in intentione, vltimum locum occupat in exequutione, vt præcit. Galenus lib. Methodi docet. Hoc iacto fundamento facilè erit damna aquæ oculatè prospicere, ac vini oligophori vtilitatem; quoniam inter quinque necessaria ad febrem depellendam, vel ad minimum dimidij aqua conducet, vt demonstrabitur; & idem Galenus his verbis confirmat. *Aqua non inseruit, nisi vt medicamentum ad intemperiem calidam*

Notādum 9.

Pro curanda febre quatuor vigēt intentiones.

1. Aphor.

3. Acutorū.

dam

dam remouendam, & siccam, quamuis ad id ipsum parum proficua sit, nam quoad alias indicationes tantùm abest, vt prosit, vt potius noceat. Testatur hoc Galenus, cui, qui fidem non adhibet facilè per singula discurrendo certior fiet; proculdubio virtutem plurimùm aqua cum natiua frigiditate, ac pondere opprimit, & audacter fatebor, quacumque alia re magis illi officit. Auget nedum remouet obstructionem. Digestioni impedimento est; cum medio calore, cui aqua aduersatur, perficiatur. quod si per accidens non euacuat, per se minimè ad id idonea est; verbo demum illud commodi affert, quòd febrilem intẽperiem pellit, & hoc vix sine euidenti periculo vitæ potantis; vnde cit. Galenus asserebat; *Prætermisit Hypocrates aquæ frigidæ vsum in morbis acutis non alia de causa, nisi quia rarò, vel numquam æger est, cui omnes conditiones requisitæ adsint.* Virtus vigeas videlicet omnium partium, materia benè cocta, Habitus ægri, nec macie, nec obesitate affectus, assueuerit aquæ cõpotationi, non senectam attigerit, & sit anni tempestas æstatis. Hinc Brasauola (docente Galeno) ad eam concedendam non adeo facilis est. *Duo* (inquiens) *parat issima in febre ardẽti sunt remedia hæc, venã incidere, frigidam propinare: verùm quidem est opportunum quocumque tempore sanguinem mittere, dummodo vigeat virtus: at multa desiderantur in præscribenda gelida;* Quæ si medici incuria ad vnguem non obseruentur, quid indè eueniat leges infra; & inter multos narrat de quodam Galenus, qui febre ardenti conflictabatur, & propter frigidæ potum prius expirauit, quàm bibendi saturitatem habuisset. *Vidi autem* (inquit) *ex ijs, qui ardenti febre laborabant quẽdam, cum morbus inualesceret, & frigidam impudenter biberet, nec vmquam quoad moriretur expletum.* Et 7. Methodi cap 5. recenset alium, qui intemperie quadam stomachi calida, & sicca vexabatur, & cum coactus fuerit frigidam compotare, incidit tamen in tàm vehementem gulæ frigiditatem, vt deglutire non valeret, cui rei cum nullum remedium adhiberi posset, occubuit. Huiusmodi exempla per multa apud Cornelium, Alexandrum, Aetium, Paulum, Erculanum perlegere poteris, quæ satietati occurrens prætermitto; Liceat tamen locum ex eodem

Loc. cit.

9. Methodi c. 9.

Lib. 9. c. proposit.

In febre ardẽti duo præcipua remedia sanguinẽ mittere. gelidã cõpotare.

3. De sympt. caus. cap. 8.

Galeno depromptum, & satis accomodatum, vt tãdem finem imponamus, adducere. *Ad frigidam exhibendam accedes (*dicit Galenus,*) sed diligenter ante discernens, quantum ex ea nocumentum contingere possit; nam si id aut exiguum erit, aut nullũ, offerenda potui est, quæ prorsus sit gelida quantum bibere ægro libet: quinnimò magis id audebis, si frigidæ potioni insueuerit. Sin magnum timetur incomodum, ab hac quidem abstinendum; atq; alijs auxilijs, quibus obstructio eximatur, & abundantia vacuetur, & febris feruor deferueat, vtendum. Porro incommoda, quæ frigidam potionem intempestiuè, immodicè q; exhibitam sequuntur in his consistunt, quòd lentos, crassosque humores, siue hi obstructiones, siue putredinem, siue phlegmonem, siue qualis erysipelas, aut scirrus, aut adema est affectum creauerint, attenuari, degerique prohibent, atque hæc vna noxæ species est non contemnenda. Altera talis est multa laborantis imbecillæ particulæ, siue ita se ex naturali intemperie habeant, siue ex vitio ascititio a frigida lędunt ur; alij namque gula adeo vehementer est affecta, vt vix deglutiret, alij ventriculus sic, vt vix concoqueret, alij ipsum ventriculi os, aut iecur, aut colon, aut pulmo, aut septum transuersum, aut renes, aut vesica, aut tale quidpiam aliud a frigida percussum ad proprium opus infirmum est redditum; Nonnulli autem ex intempestiua immodicaque eius potione non multò interposito tempore, nec postmodum, sed illico difficultate spirandi, & conuulsione, & tremore corripiuntur, ac toto (vt semel dicam) neruoso genere læduntur.* In dictis itaque perniciosa est aqua, non exiguitas caloris, quam obijectant aliqui in vino oligophoro. Sed nolo, tàm bonas aquæ virtutes hìc finem habere; Sciscitarer libenter ab illis, an aqua vbi nostri corporis aditum sibi parauit digeratur natura, an potiùs indigesta remaneat. Si secundum admittatur, planè necessum est, vt corrumpatur; Si digeritur abstrahit naturam, & illam reuocat a digerendo materiam, morbi originem. quid ergo ea opus? Quæ non corroborat, non alit, non humefacit, non euacuat, nihilque vtilitatis affert, nisi (vt Trincauellius testatur) dum moram trahit in stomacho, & in intestinis corrumpitur, in bilem transmutatur, & incrementa non exigua infir-

mitati

mitati affert; atque (auctore Hypocrate) conuulsionē procreat; neruorum distentionem denegrationem, & febrilem rigorem; & tex. 18. ossibus infensa, neruis aduersaria, Dentibus, cerebro, & medullæ spinali, sicuti temperatus calor amicus illis valdè est. Quare aqua natiua sua frigiditate omnes corporis partes infestat: non vinum oligophoron. *5. Aphor. t. 17.* *Aqua sua natiua frigiditate vniuersum corpus infestat.*

At obijciet fortasse aliquis verùm esse, aquam frigiditate excedentem hæc damna afferre posse, atq; etiam in magna quātitate haustam; at si calida propinetur (vt antiquorum Romanorum vsus fertur fuisse) & modica quantitate non læsuram. *Obiectio.*

Cæterùm iste toto aberrat cœlo; quoniam calida (ex Galeno) nonnisi ad excitandum vomitum, carnis mollitiem procreandam, neruorum incontinentiam, mentis debilitatem, fluxum sanguinis, animi deliquium, & ad mortem tamdem conducit; Nec modica quantitate sumpta proficua est, nisi inscitiæ, nequitiæq; Galenum, & Auicennam insimulare velimus. Primus enim docet plurimis in locis, febris ardorem Antiparystasi incendi; & alter (nō secùs ac igniti carbones aspergine aquæ magis incendūtur) augeri, & intendi calorem febrilem, aquæ paucitate præsertim frigidæ affirmat. En Hypocratis, Auicennæ, & Galeni Auctoritate comprobatum, aquam, siue frigida sit, siue calida, nec in potu haustam, nec ad satietatem, solùm deseruire pulmentis decoquendis; Et tamen tàm frequentes, tàm sollicití, tàm Anxij illam concedunt, vbi minùs è re esset, & vinum oligophoron interim interdicitur, quod totidem commoda, quot damna aquam, vinumque polipherum afferre pro cōperto est apud Galenum, qui loquens de vino oligophoro hæc habet. *Vinum aquosum nominant homines id, quod colore, & consistentia aquæ assimilatur, transparens enim, ac splendens est, ac purum, & consistentia tenue apparet, dumq; temperatur multæ aquæ haud substinet mixtionem, vnde ab antiquis oligophorō, idest pauciferum vocatum est. Est, & viribus aquæ simile, nec capit imbecille, nec neruos imbecilles tangens, quoniam, nec manifestè calefacit, idoneum autem est hoc vinum ad eorum, quæ in pulmone continentur eductionem, virtutem nimirum roborans, & humores humectans, ac incidens moderatè. Idem, & febrici-* *Respondetur obiectioni. Cit. lib. com. 13.* *Lib. de vinis.* *Vini oligophori laudes celebrātur et aquæ vitia ex Galeno dānantur.*

tantibus citra periculum datur; nam huic vni ex omnibus vinis inest, vt aquæ, & vini malitias effugiat; præterquam autē quod numquam caput lędat hoc vinum, semper etiam iuuat eos dolores, qui ab humoribus in ventriculo cōtentos excitantur, sedans. Inuenies autem aliquando quosdam, ob aquæ potionem capite dolentes, quæ dum corrumpitur naturale robur ventriculi exoluit quoniam (imbecillo reddito) ichores biliosi ex ore ventriculi in eius spacium confluere consueuerunt, sicuti ijs, qui ieiunarunt accidit, a quorum malitia, & læsione prædictum vinum hominem liberat; Primùm, ac statim Epycrasios, idest contemperamenti ratione, postmodum autem eo, quòd roboratus venter deorsum, quæ sibi noxia sunt pellit. Sic expresse Galenus. Et ne videamur ista gratis comminisci, classicorum Auctorum nonnullos locos in medium afferemus, quo clarius liqueat quantum inter vinum, & vinum æquiuocationis adinueniatur. Cum Hypocrates aliquos referat in morbos incidesse propter vinum; Similiter 4. eiusdem lib. cit. affirmat, cuidam alteri delirium excitasse; Et lib. de internis affectionibus, vinum maximam vim ad sanguinis profluuium è naribus euocuandum habere docet. Et Galenus inter multa, quibus calor efferuescit, vinum prædicat. Non minùs ergo vinum, quàm aqua interdici debet, cum non minùs noceat, quemadmodum sæpius quidam obijciunt, & sibi videntur demonstrasse, & reuera demonstrant. Cæterùm vino oligophoro refragari, se interim non animaduertunt. concepta eorumdem Auctorum afferam verba, *laborarunt* (inquit Hypocrates) *Vini nimia abundantia, & meri.* Et verba faciens de illo, qui phrenesi correptus fuerat, *Huic* (subdit) *aduersus casus euenit, ob nimiam quantitatem potentis, & meracis vini.* Idem docet de abundantia sanguinis, qui è naribus emerserat; Et Galenus, *Iam alios quoque vidimus comitiali conuulsione correptos, cum aut non probè concoxissent, aut vini, & quidem meracioris plurimum potassent, aut vbi veneri immodicè operam dedissent.* Et 3. acut. com. 3. *Valenter igitur vinosum vinum, & calefacere, & caput replere, & desipientias procreare, & calorem febrilem augere est opere pretium.* Nec non 3. de morbis vulgaribus com. 2. Ægroto 8. *Omnium est vinorum immodico vsui*

6. Epidemiorum sect. 2.

Lib. de morbis & symptomatum causis de attenuante victu 8. de cōp. medic. per loca.

3. Acut. com. 3. & 3.

5. De loc. aff. c. 6.

vsui commune, quòd neruos tentet, & mentem. Item de salubri dieta com. 2. *Nam vinum quidem meracissimum* (inquit) *calefacere simul, & exiccare, quis est qui ignoret?* Et tamdem (vt cum Hypocrate claudam) qui lib. de morbis popularibus in cura adolescentis, *Verùm postea* (ait) *rursus insaniijt, & breui mortuus est vndecima die;* Euentusque rationem reddens, *Occasionem fuisse puto* (subsequitur) *quòd meracum multum bibisset, priusquam insaniret.* Vino igitur vinoso, & generoso: non oligophoro horum morborum causa adscribenda est. de quo nusquam scriptum reperies, eo febrem incalescere, capitis dolores, inflammationes augeri, phrenitidem excitari: sed sanitatem potius inducere, & enarratis indispositionibus plurimum conferre. Neque in obscuro id latitat. Galenus testatur. *Quinimò* (inquit) *quemadmodum fulua, quæ potētia calida sunt, statim caput replent: sic hæc* (loquens de oligophoris) *præter id, quòd nihil vmquam noxæ afferunt, etiam iuuant, sedatis interdum doloribus, quos contenti in ventre humores procreare solent.* hæc formaliter Galenus. Et lib. cit. cap. 12. *Cum caput non solùm tunc doleat, cum ipsum affectu proprio laborat, sed etiam ob ventriculum, qui humorum vitiosorum vapores transmittit, huiusmodi dolor vini pauciferi potione sanatur.* Et 12. Methodi cap. 4. *Huiusce generis vinorum optima sunt surrentinum, sabinum, segninum, massum, tiburtinum, hæc omnia vina stomacho, qui amara vexatur bile salubria sunt; ideoq; illis vtendum, quoties is, vel ex ardenti febre offensus syncopem attulerit, vel aliàs multa in eum bilis fluxerit, vel multa imbiberit.* Et 12. Methodi cap. 3. in cura febris cum syncope. *Si autem ad eos, quos syncope iam præmitssis accitus, siquidē æstas sit, Regio naturaliter calens, & æstuans, aut status cœli vehementer calidus, cū frigida vinum dabis: si nihil eiusmodi sit, cum calida.* Qui similiter hæc scripta reliquit. *Rursum autem vinum, & nigrum austerum in his morbis* (loquens de quocumque humorum fluxu) *vtiliter exhibere poteris, si neque capitis grauatio, neque mentis attentatio fuerit, neque sputi quominus exeat impedimentum aliquod, neque vrinæ retentio extiterit, Deiectiones verò liquidiores, ac ramentosæ fluxerint; nam in huiusmodi omnibus casibus,*

Lib de bonitate & vitio succorū c. 11. Vinū fuluū caput replet aquosum sedat dolores ex euaporatione natos.

Dolor capitis vini paucifeṙi potione sanatur.

9. de Hypocratis et Platon. decretis cap. 6.

bus, similibusq; alijs, maximè conuenit ex albo, ac tenui sumere.

Vinum generosum caput calefacit aquosũ caput refrigerat. Ad alia Hypocrates 3. acut. tex. 1. *Vinum generosum* (inquit) *vehementer calefacit, caput lædit: aquosum tamen contrarium omninò efficit.* Et Galenus eodem lib. com. 2. *Non solùm vinum aquosum non lædit debile caput, sed corroborat.* Nec non com. 3. *Vinum generosum solùm est illud, quod aquoso opponitur; unde vehementer eo corpus calore æstuat, caput repletur, Insania generatur, & febris recrudescit; Sed hoc non est vinum album, & tenue.* Item com. 4. cit. libri. *Prauum autem febri auxilium est vinum fuluum, quod vehementer calidum sit: conueniens est aquosum, virtutem scilicet roborans, & humores, tùm humectans, tùm incidens mediocriter.* Et com. 7. *Fuluum vinum calefacit, febrem auget, caput lædit, quibus vina aquosa solùm conferunt.* *Et bonit. succorum.* Cæterùm lib. de vino. *Aqua dolores capitis excitat, quod ideo euenit, quia cum corrumpitur, stomachum labefactat, & caput vaporibus replet, vehementer offendendo.* Et dũ curationem his damnis præscribit. *Qua labe* (inquit) *homines euadent, quotiescumque vinum album, & aquosum potarint.* Sed non hìc immorandum. 11. Methodi, cap. 4. *Vina fulua caput lædere, aquosa nil detrimenti afferre* asserit; *5. De loc aff. c. 4.* Qui præscribens viuendi rationem cuidam ludi magistro comitiali morbo laboranti, vinum album, & aquosum compotare iubet, parum astringens, cuius quidem rei rationem sic reddit. *Quemadmodum huius vini genus stomacho robur est; ita etiam numquam caput lædit, quod proculdubio fumosa vina, & generosa faciunt.* Neque hoc reluctatur illi, quod de puero Epyleptico docet. ibi enim intelligendus de vino calido, & generoso, vt supra.

Lib. 11. fen. 3. cap. 8. Sed ad Auicennæ Auctoritatem accedamus; hic enim vinũ album, subtile (ait) illis conducere, qui calore præter naturam affecti sunt, quia non solùm capiti detrimentum non est, verùm etiam abolet omnia illa damna, quæ a stomacho proueniunt. Et quod mirabile est; idem vinum ab ebrietate liberat, atq; huius rei veritas ex eodem Auicenna peti potest, cum admonet; *Qui calore vehementi, vel ebrietate prematur propter vinum, sumat vinum oligophorum.* *1. par. canon. tract. 1. t. 35.* Et Galenus 2. de composit.

medica-

medicamentorum sec. locos cap. 1. præscribens victum in cura doloris capitis ex ebrietate, & meri potu. *Abstinendum verò consulit a glandibus palmarum, proprietatem enim quamdam habent capitis dolorem inducendi, permittendus est eis potus aquosus ex aquosis vinis, quale est in Italia sabinum, in Asia Titaca Zenum, &c.* Et lib. de dissolutione continentis cap. 10. *Lac* (ait) *Dactili, ruta, fenugrecum, & synapi faciunt dolere caput, & vinum citrinum antiquũ facit dolere caput, & inebriat plusquam vinum ponticum nigrum; At vinum album, & omne vinũ paucam substinens aquam non facit dolere caput, imò sedat dolorem capitis, & est capiti meliùs, quàm aqua quando est sola.* Cui consentit Isac, inquit enim; *Vinum aquosum afflictos febre adiuuare, ac recreare, cum non calfaciat, mentem non infestet, nullumve damnum inferat.* Demum Arculanus, & Brasauola dũ inuestigant qua ratione vinum aquosum a nocumentis exulet tàm vini, quàm aquæ: Ideo (inquiũt) ab ijs damnis, quæ vinum afferre solet ab esse, quòd non calfaciat, non euaporet, caput nõ lædat; ab aquæ verò prauitatibus alienum, quòd eam frigiditate non adæquet. *3. acut. cõ. 8.*

Quare concludamus, vinum præpotens, & vinosum nobis ab eruditis Auctoribus interdici: non oligophoron, quod tantis quasi elogijs ab omnibus, vt vidimus celebratur. His positis.

Prima conclusio. *Vinum vinosum vehementer calefacit, & exiccat; ea propter in febribus, & morbis acutis nullo modo confert.* *Vinum vinosum vehemẽter calefacit & exiccat.*

Hæc conclusio vltimò notabili nostro rationibus, atque dissertis etiam classicorum est confirmata Auctoritatibus, quibus nonnullas addere placuit.

Amatus Lusitanus centuria 1. curat. 28. *Hoc quod vinosum, sine potens vinum medici vocant ad confirmandam hanc conclusionem calidum* (inquit) *& siccum est, ac facillimè caput tentat; ideoque omninò febrientibus abnegari debet.* *Probatur cõclusio auctoritate Lusitani.*

Et Galenus 3. acut. com. 3. *Et calorem febrilem augere & desipientias procreare, & caput replere, & calefacere venosi vini proprium est.* Et com. 4. cit. lib. *Prauum autem auxilium febri* *Probatur Galeni auctoris.*

est

est vinum fuluum, quòd vehementer calidum sit. Item 4.auctorum. *Fortia siquidem vina uehementer calefacientia caput humoribus, vaporibusque replent, et febrem accendunt.* Et 1.de art. curat. ad Glauconem. *Si ex uisceribus aliquid inflammationem patiatur, aut caput uehementius doluerit, aut passio aliqua, quæ delirare cogat, adfuerit, aut febris incendens, a uino penitus est abstinendum.* Idem similia habet cap. de vino (cum ait;) *Nec solùm quia multa caliditas tales humores amaros reddit, uina fulua febricitantibus non conueniunt: sed etiam quia cum crassa sint, neque ad urinam transeunt, nec secum unà biliosos humores educunt, ac euacuant.* Et paulò infra eodem lib. subdit. *Flauum uinum summè calidum est, quemadmodum quod post ipsum est fuluum, quod febris calorem intendit, mentem, & caput* *2. De dieta.* *lædit.* Hæc scripta apud Galenum leges 8. de simpl. medic. facult. & similia apud Hypocratem.

Vinum oligophoron frigidum & humidum.

Secunda conclusio. *Vinum oligophoron prædominio est frigidum, & humidum; unde iure ab Auctoribus classicis in febriũ ardentium, morborumque omnium acutorum principio, maximo ægrotantium cum beneficio conceditur.*

Prob cõcl. ab Auicẽnas & a varijs classicis.

Lib. 1. Fen. 2. tract. 3. c. 11. Fen. 3. 3 canonis a cap. 24.

Lib. de locis i homine in cura Tabidorũ.

Primam huiusce conclusionis partem suadet sic Auicennas. *Vinum præterea & calidum natura, & frigidum est, cum quosdam corroboret, quosdam debilitet.* Idem fen. 3. p. canon. doctr. 2. cap. 3. & lib. 4. fen. 1. tract. 2. cap. 39. *Vinum* (intelligit oligophoron,) *succurrit aquæ penetranti uigore suo, & permixtione eius, quod est in eo de calefactione pauca, quare infrigidat uehementer, & humectat.* Id ipsum Hypocrates cõfirmat 2. de dieta & 2. de ratione vict. sect. 4. tex. 26 *Vina acida refrigerant, extenuant, acetum refrigerat, & exiccat, quòd corporis humidum colliquando absumat.* Cuius opinioni Galenus adhæret pluribus in locis, potissimum verò lib. de bonit. & vitio succorum, cap. 11. circa finem. Vbi hæc ille. *At in uinis uetustissimum Romani Cæcubum uocant, ab albo, austero, nouello tantùm distat, quòd illud uehementissimè calfaciat, hoc sensibiliter refrigeret.* Et lib. 4. simpl. medic. facult cap. 14. (ait;) *Quippè causam sermo scrutabitur, propter quàm uinum natura frigidum, atque inualidum ab extrinseco arguatur calore, & faciliùs cæteris ui-*

nis

nis acescat. Nec non 5. de sanitat tuenda. *Calidissimum ergo si colorem spectes flauum, minimè verò calidum album.* Et eodem textu inferius. *Si perpendere uolumus calorem, illud erit uinum calidum, quod flauo colore constabit; Sed album dico oligophoron, minimè calidum est; Illa deindè uina, quæ inter ista medium locum tenent, prout magis, uel minùs ad illa accedunt, tantum illorum uirtutem produnt.* Item 2. de ratione vict. *Aquosum autem uinum appellant homines, quod aquæ tùm colore, tùm substantia simile est, perspicuum siquidem, ut aqua, splendidum, & purum, & substantia tenue, protinus autem, & facultati aquæ simile existit, neque imbecillum caput feriens, neq; infirmos neruos, quando ne quidem manifestè calfaciat.* Et lib. de Antitodis cap. 3. *Aquosis quidem non multorum annorum (ita enim uina appellant) colore alba, corpore tenuia, atq; ut diluantur non multæ aquæ indiga; demum talia cum sint, ut nec caput omninò offendant, nec uentris, uenarumq; coctionem euidenter adiuuant; ita nec corpus planè calfaciunt, nec denique benè alendo corpori conducant, ac celerrimè omnium uina hæc inueterantur.* Hisce consentiunt, quæ habet 2. Aphor. *Vina aquosa* (ita appellat alba, & tenuia) *quemadmodum quoad formam parum ab aqua distant, ita etiam quoad uirtutem.* Quod confirmare videtur 12. Methodi cap. 4. *Austera uina* (dicens) *colore alba, substantia tenuia uentriculum roborant, corpus refrigerant, caputque inter omnia uina minimè tentant.* Nec non cir 2. Aphor. comen. 21. *Equidem multos ipse sanaui* (dicebat) *qui indesinenter famescebant, uinum ipsis abundanter exhibens, ex eorum genere, quæ multum calfaciunt, neque enim acerba uina colore alba talem famem sanant, siquidem neque calfaciunt, sed quæ colorem fuluũ habent maximo sunt illis remedio, qui canino, quẽ uocant laborant appetitu.* Et lib. de dissolutione continentis. *Cibaria frigida debent administrari ei, qui est calidi corporis, & in temporibus calidis, & in ciuitatibus calidis, & est ex illis hordeum, & omne quod fit ex eo, cucurbita, & cucumeres, & lactucæ, et endiuiæ, et portulacę, et papauer; Nec non acetum frigidum, subtile, nocens neruis, uinumque album colore, substantia tenue.* Et lib. de vinis. *Vetustissima uina* (ait) *ab albo simul, et recenti, et au-*

Cap. 5. Com. 3. Com. 11. Cap. 9.

stero differunt, ut alterum quidem ualidissimè calfaciat, alterum
Com. 3. *sensibiliter refrigeret.* Item 3. de ratione victus in acut. *Vinum siquidem album, austerum minimè calidum inter uina existit, atque ob id ijs, quæ ad uentrem fiunt destillationibus, idoneum.*
Com. 20. Nec non cit. 3. acut. *Atqui, quæ in uino hoc est carentia odoris, ea imbecillitatis, frigiditatisq; efficacissima existit nota, quippè in hoc aquæ est assimilis: non secus ac fortis odor efficacissimũ*
Tex. 22. *roboris signũ.* Deniq; Diuinus ille Senex Hypoc. 2. de dieta ad rem nostrã, *Vina acida* (dicit) *frigefaciunt, attenuant, & humectant; frigefaciũt, attenuant humiditatis euacuationẽ a corpore facientia; humectant autẽ per aquam unà cum uino ingredientẽ.*

Illustrium adeo trium virorum Hypocratis, Galeni, & Auicennæ, multorum aliorum adiunges Ætij, Gentilis de Fulgineo, Venustij, Buccaferrei, Conciliatoris, Vgonis Senensis, & Tadei Florentini, qui vt declarẽt quod nobis credere iuuat eruditissimè, quæ supra docuimus, firmissimis rationibus confirmant; vt facilè cuicumque ipsorum scripta consulenti, patebit; si minùs adhærere libet, quod ego eorum sententiam sequutus, affirmo.

Lib. 1. cap. ante penult. Aetius disserens de refrigerantibus medicamentis. *Vinum aquosum* (inquit) *non calefacit & hinc est, quòd ægrotantes nullo vitæ discrimine propinare possunt, qui febre tenentur.* Et eodem tex. paulò infra. *Vinum album, & austerum non calefacit, vt cætera vina assolent, sed sensibiliter refrigerat.* Idem testatur
Lib. 4. cap. 3. Oribasius. Brassauola, disserens de hoc vino, propter similitudinem, quam cum aqua præsefert, docet etiam, quoad virtutem illi adæquari. & subiungit interdum quædam vina reperiri, quæ refrigerationi aquá accomodatiora sint propter eorum penetrationem, qui etiam vinũ aquosum affirmat respectu humani temperamenti, frigidum esse, & humidum, & quamuis in illo nonnihil caloris resideat, non manifestum est.

An vinũ penetrare faciat aquã an contra aqua vinum. Respondetur difficultati. Sed hic dubio verti potest, an vinum penetrare faciat aquã, an verò contrà aqua vinum. Nos breuiter respondemus, quòd in vino (vt dicebat Brasauola) adest vestigium caloris, ac proindè sua caliditate aquam penetrare facit; & aqua sua subtilitate etiam vinum; nam aqua, secundum totum subtilior est vi-

no;

no; Vinum autem secundum aliquid est subtilius aqua. Quod etiam significare voluit Aphrodiseus, quando determinat (his verbis) vinum oligophoron magis refrigerare, quàm aqua. *An quia in vino oligophoro adest vestigium caloris, per quod praesens sit omnibus partibus; Aqua autem sua frigiditate moram trahit in Hyppocundrijs.* 3. Sect. probl.

At verò ad ea, quæ missa feceramus, regrediamur. Manardus lib. 19. suarum Epist. quod ex consensu Classicorum docuimus, apertis verbis, & ipse edocet. Et Gentilis de Fulgineo in Auicennam. *Sciendum primo est* (inquit) *reperiri quoddam vinum, quod est frigidæ complexionis, quamuis sit vinum è vite, & hoc est, quod inuenitur in Italia album, & rubeum, gustu acerbũ, quasi propinquum sapori vini.* Et Buccaferreus, *vinum* (loquens indifferenter de omnibus) *Aqueum est, & frigidum, quoad formam calidum, & si non desint vina, quæ frigida, & quoad materiam, et quoad formam sint, cuiusmodi oligophora ponuntur.* Epist. 3. Lib. 4. fen. 1. tract. 2. c. 7. 4. Methodũ com. 30.

Nec dissentit Venustius in suis consilijs. duas vini species reperiri asserit. Alterum generosum, & calidum: Tenue alterum. & aquosum. Et quemadmodum illud vehementer calefacit, ita istud humectando perceptibiliter refrigerat. Quod etiam apud Conciliatorē leges in propria differentia vini, apud Vallesium 9. suarum cõtrouersiarum, Vgonem Senensem 2. Aphor. Cardanum de erroribus medicorum; Et tãdem apud cit. Tadeum Florentinum lib. acut. quàm plurimis in locis, quæ pro arbitrio lectori percurrenda relinquo. Cap. 8. Cap. 11. Cap. proposi.

Cæterùm quòd humectet etiam plusquam par sit (si loquamur de vino oligophoro, habetur ex Hypocrate) qui differens de Pleuritidi, & Peripneumonia sic ait. *Si morbus siccior, quàm vt quispiam existimet, fuerit, non multum dare oportet, sed ante sorbitionem, vel mulsum, vel vinum vtrùm magis congruat, propinare conuenit.* Et Galenus in comen. *Non immeritò igitur Hypocrates humectantium aliquid ante ptisanam assumi iubet, vt vel aquam mulsam, vel vinum, tamquam hæc, quàm aqua magis humectent.* Nec non 1. de sanit. tuend. loquens de victu propinando puero satis humido temperatura. *Huiusmodi vinum quàm dilutissimè qui ea natura puer est ne gustare qui-* 1. acut. t. 22. Cap. 11.

dem suaserim, quippè quod haustum humectat nimium, & si paululum qualitatem auxeris iam modum excesserit.

Probatur rationibus vinũ oligophoron refrigerare et humectare. Sed missis Auctoritatibus; rationibus, & argumentis instemus.

Primò. Primò illud vinum proculdubio calidum, & siccum erit in sententia Galeni pluribus in locis, præsertim lib de vinis 4. de simpl. medic. facult. & de bonit. & vitio succorum, quod multis annis conseruatur, plurimum coloris acquirit, odore vehementi, & sapore præditum sit, non facilè acescat, nauigationem ferat, & in locis calidis sit procreatum. Sed vinum oligophoron integrum annum non attingit, quin corrumpatur, odoris, & saporis expers videtur, acescit facile, vt idem Galenus Auctor est: *Celerrimè omnium vinorum* (dicens) *alba, & aquosa inueterascunt*. Nauigationem non patitur, quin ne transferri quidem potest, vt experientia docet, frigidum solum parentem habet; ergo, &c.

Quibus notis vinum polyphorũ quibus oligophorum dignoscatur.

Lib. de vinis.

Secundò. *1. Ad Glau.* Secundò, Galenus tertianam febrem curãs, iubet in ea illud obseruandum, vt vehementer humectemus, & refrigeremus; & Paulò inferius, vt natura sua calidum deuitemus; Et tamdem concedens prædictæ febri potum, præter quàm quod ne verbũ quidem de aqua facit, persuadet vini oligophori potionem; Vnde planè conuincitur, vel Galenum pugnantia loqui, dum asserit, humectandum, & refrigerandum vehementer esse, vel huiusmodi vinum magnam habere vim ad refrigerandum, & humectandum: Et quia piaculum magnum est, Contradictionis Galenum arguere; fas est credere, & pro comperto habere, vino oligophoro inditam facultatem refrigerandi, & humectandi esse.

Tertiò. Tertiò docerent velim, cur huiusmodi vinũ apud bonos Auctores aquosum appelletur? & præsertim apud Hypocratem. Ad quid dicatur aquæ similitudinem adumbrare? vt legitur in Ætio. Exiguum, vel nihil caloris obtinere? ad quid a vini qualitatibus alienum? effectus planè contrarios vino producere in Brasauola legatur? non ob aliam reor causam, nisi quod aqua prędominetur. Frigidum igitur, & humidum existet; Hinc Galenus vice frigidæ aquæ concedebat, postquàm toties edocuit;

vinum

vinum oligophoron qualitates, & similitudinem aquæ præseferre.

Secunda etiam conclusionis pars Auctoritatibus,& rationibus comprobatur. Atque vt ab Auctoritatibus exordiamur. Hypocrates differens ter de potione,quæ febri accomodata sit, ter admittit, & laudat etiam vinum oligophoron, quasi verò aquæ oblitus de ea nihil. Et præscribens idem Auctor in febre ardenti viuendi rationem, in febri lęthali, & pleuritide vinum iubet propinari. Quod confirmat 1.acut.tex.22. dum de capitis affectionibus edifferit: Vbi de morbis siccis sermonē faciens ante sorbitionem iubet, vinum, vel mulsum propinetur, prout opportunum existimabitur. Et lib.3. comendat vinum etiam si capitis dolor,vel delirium præmat.Item lib.4.docet,eos quibus febris delirij causam præbet,& corpus valdè fluidum habēt vinum vinosum, & adstringens potent, hoc docet Hypocrates supradict. locis: Quod Auicennas confirmare contendit,qui febris in vniuersum curationem præscribēs, vinum iubet album, & aquosum potemus, interdicens aquam. Sicuti etiam lib.3. de Pleuritide, Asmate, Peripneumonia, & affectibus omnibus thoracis verba faciens,testatur. Id totum pari consensu commentatores confirmant,& præter eos Cornelius Celsus, Arculanus, Isac, Aliabas, Alexander Trallianus, Serapio, Antonius Gazza, qui eos magis in arte medica sibi gloriæ famam compararunt, quo ocularè rimati sunt ea, quæ aquæ potus infirmis corporibus damna inuehere solet, & commoda quæ a celebri hoc liquore proueniunt (si de vino oligophoro tamen loquamur) hinc Galenus tuto concedendum hoc vinum in febre asserit. Et eiusdem libri comm.10. dum de vino fuluo loquitur. *Vinum* (inquit) *fuluum capiti magis infensum, quàm nigrum videtur, cum etiam calore præstet, quapropter etiam febrem auget, quibus morbis solum aquosum vinum opportunum est.* Et com.8. quamuis Hypocrates multa de vino disseruisset vnum tamen prætermisisse affirmat, quod ipse subiungit velle determinarē, hoc est, vinum aquosum maximè febricitantibus proficere, atque enumerans qualitates, quibus hec vinum præditum esse deceat, ait, album quoad colorem, tenue quoad substantiam

Tertiò morbis.

2. De morbis.

Hypocrates vinum iubet propinari in Pleuritide et febre interficiente.

Tex.41.

Tex.42.

Lib.4.

Cap.1. tract. 4.

3. Acutorū.

esse

esse debere, non enim austerum, aut adstringens, non dulce, seu acre desideratur; imò huic solùm beneficio naturæ concessum est, quod non solùm a vini damnis, sed etiam aquæ alienum sit. Hæc sunt formalia verba Galeni. *De vino hæc loquutus Hypocrates, continuò ad melicratum transit; cæteris quidem ferè omnibus de vino demonstratis, ac prætermisso vno, quod non absoluit & ego obiter percurram, quòd scilicet febrientibus maximè idoneum aquosum sit; est autem vinum hoc album colore, substantia tenue, nullam earum, quæ cæteris vinis insunt, habens qualitatem; Nempè huic omnium soli, vt tùm aquæ, tùm vini mala effugere est datum, prodeunt autem talia in vnaquaq; gente aliqua. In Italia imbecillum sabinum, quod febrientibus administrant, In Asia Titacazenum, & Tibicenum, Sed vini huius notas vbi intellexeris, facilè in qualibet gēte reperies, reperi equidem talia in Phenicia, Celicia, Palestina, Sciro, & Creta, in quibus Regionibus non facilè gignuntur vina tenuia, & aquosa, imò in Regionibus vidi omnibus, et quòd magis sit mirum in Aegypto.* Quæ verba dum Brasauola comentatur. *Nocumentis* (inquit) *Vini abhorret, quia nec fumosum cum sit, nec vaporosum membris calorem non affert, nec minùs capiti inimicū; Aquæ verò damna nulla præbet quoniam frigiditate uacat.* Proh Deus immortalis, si oligophoron nihil detrimenti habet, quod de aqua non dixeris, Si non lædit, quod de Poliphero, ac vinoso non concedes; cur hoc (demissa aqua) vel secundi huius generis vino non propinabis ægrotis, quemadmodum classici vnū ore admittunt, vt proindè Galenus fateatur, Hypocratem præcipisse vinum propinari non solùm febribus ephemeris, sed morbis acutis; ea propter in accessionibus concedit, & ipse, qui etiam 5. de locis aff. cap. 6. gramatico epylepsia grauato non negat, vt ex verbis textus apertè colligitur. *Iussi igitur* (inquit) *ei probam cōcoctionem accuratè procurare, ac panem optimum præparatum exhibere, atque hunc quidem solùm si non sitiret, si verò siti cruciaretur ex vino dilutum, et quidem albo, et modicè astringente; nam huiusmodi uinum ut uentriculum robustum efficit; ita haudquaquam tentat caput, id, quod facere solent ea, quæ uehementes uires obtinent.* Et 3. acut. *Vinum dulce profert* (loquens

Marginal notes: *Vinum oligophorō vbiq. gentium reperitur.* — 8. Methodi. — 9. De simpl. medic. facul. Lib. de caus. procatarticis. — Com. 2.

quens de Pleuritide, & Peripneumonia) *ad expuitionem tùm propter dictas operationes, tùm propter communem uinorum omnium rationem, qua uires roborant idoneum existit, & maximè ijs, qui quauis humida quæ tùm in Thorace, tùm in pulmone continentur, expuunt.* Quod confirmare videtur Hypocrates similiter in cura Pleuritidis, dicens, *Curare uerò Pleuritidas hoc modo oportet ut plurimùm ueluti Phrenitidem, & Peripneumoniam præter quam quod hic balneis calidis, & uino dulci utendum est.* 3. De mo: bis.

Verùm vlterius instemus. Celsus an non febricitantibus vinum indulget? Et lib. 4 nonne Pleuritide laborantibus comẽdat? Quid? An non idem celebrat Trallianus, & Brasauola pluribus in locis? an non Nicolaus Florentinus in sua medicina innumeris quasi elogijs prosequitur? Quid Arculanus ad rẽ nostram pertinens non docet? *Vinum oligophoron minimum alimenti habere, quod aquæ haud absimile, digestioni facile, corpori non infensum, neruis non infestum facilè distribuatur per membra, non calefaciat, humectet, concoctionem tàm uentriculi, quàm uenarum adiuuet, minimum sanguinis procreat, lotium prouocet, somnum conciliet, & febre laborantibus cęteris uinis sit conducibilius.* Quorsum existimatis, Aliabatem, Conciliatorem quæstione propria hunc liquorem adeò accomodatum esse morbis acutis asserere, nisi quia probè nouerant, illius virtutem? hinc Isac in hæc incidit verba. *Vinum album, & aquosum ijs, qui febre pręmuntur perhiberi tuto posse, cum per aditus quosdam occultos, ac sudorem facilè digeratur refrigerando, cęteris antecellat, sitimque abigat.* Quo loco obseruandum, hic non esse sermonem de quacumque leui febricula, sed de febre maligna ardenti, quæ cum morbis acutis commiscetur, vt disertissimè Brasauola declarat, cum inquit, *Febricitantibus vinum aquosum concedatur, verùm illud intelligendum esse* de morbis acutis; nam in tertiana quartana, & similibus vina vinosa etiam non interdicuntur.

Lib. 3. cap 6. Cap. 6. Lib. de dieta particolari.

Sed transitum ad alios Auctores faciamus. Alexander Trallianus differens de Phrenitide vinum iubet propinari, præsertim iam assuetis vino, veluti in affectibus pectoris. Serapio idẽ docet,

Lib. 1. c. prop. Lib. 6. tract. 1. c. 20. Lib. 8 c. 68.

docet, & Aetius, & Capiuacceus, qui disputãs de febricitãtiũ potu ista concludit. *Vel Febris vehemens erit, vel mediocris, si vehemens, & acuta, & grauia symptomata se prodent, veluti dolor capites, delirium prorsus a vino vinoso abstinendum, & vino aquoso mero, sed his substituatur vinum oligophoron dilutum, vel Ozimel aqua permixtum.* Et Ioannes Donatus Sanctorius lib. 3. suarum Epistolarum medicinalium de vino oligophoro scribens, hæc profert. *Porro mirari non subit, hoc uinum potiùs febrem remittere, quàm augere, nam ea, ex quibus hic succus exprimitur, dum in uitis esset ligno minimam transmutationem sortitum est, terreique alimenti admixtionem, exiguam, contrarium autem est in uinoso.* Quid de Amato Lusitano dicemus, an non Pleuritide laboranti, & febre interficiente huiusmodi vinum concessit. *A uino porro is numquam abstinuit* (ait) *sed uinum, quo utebatur album erat, natura frigidũ, quòd omnes Longobardi Albanum appellant, neq; mirari est si dixerimus, uinum hoc frigidum natura esse, cum proculdubio frigidum existat, quia suis qualitatibus frigidum corpus reddit, imò multò plusquam aqua infrigidat, nam aqua solùm quia frigida infrigidat; Vinum uerò hoc, non solùm sua frigiditate infrigidat, sed etiam faciliùs quàm aqua penetrat.* Et paulò infra. *Hoc quod uinosum, siue potens uinum medici uocant facillimè caput tentat, quòd omninò in febribus abnegari debet; Aquosum uerò, album, de quo in præsenti a nobis sermo fit oligophoron dictum, quia nullam ferat in dilutione aquam febrientibus tuto concedi potest, ut Galenus suis ægrotantibus propinabat.* Item Gentilis in Auicennam in cura febricitãtium in genere, hanc quæstionem agitans, vbi multa asserta constituit in fine concludit. *Etenim Italia regionibus propter inueteratam consuetudinem, & assiduam bibendi uinum uel ab ipsis incunabulis multò securius concedendum illis, qui febre uexantur, quàm extra Italiam degentibus, & tutius hac tempestate, quàm maiorum nostrorum memoria; atque adeò ea præcepta quæ nobis Saraceni tradiderunt* (alludens ad Auicẽnam) *nequaquam ad vsum nostrum contrahi debent cũ lege illis interdiceretur uini potus; pariter nec præcepta Græcorum traduci ad nostram ætatem debent cum uinum usq; ad decimum*

Cur

mum octauum annum gustare interdiceretur; Hęc Gentilis, cui adhærent multi, quos breuitatis amans, prætermitto. Vna, vt tamdem finem imponamus, Auctoritas relicta est Antonij Gazæ; qui præscribens viuendi rationem in morbis acutis, *Vinum* (testatur) *Aquosum, & natura, & arte comparatam adinuenitur vtrumq. ijs, qui febre ardēte molestantur aqua multò conuenientius existit; quamquam imperiti quidam medici sint, qui omnia questu metientes, peritum Auctorem nullum percurrere uolunt: dumq. eos adhibere hoc uinum oporteret, Aquam exhibendam tradunt, Infirmum non solùm ad stomachi debilitatem traducentes, sed etiam totum corpus obstruendo labefactant uirtutem.*

Sed omnissis Auctoritatibus, rationibus instandum est. Primò illa in morbis adhibenda sunt, quæ præcipuis indicationibus nobis declarātur. Vinum est tale; ergo vinum morbis adhibendum est. Maior probatione vacat, cum doceat Galenus, & vniuersa medicorum familia, morbum non curari nisi mediantibus indicationibus. Minor suadetur; Et primò. Si a virtute indicatio petenda est, quæ denotat nobis conseruandam esse, planum videtur disertissimis verbis præcipi, cum vinum quacumque re (vt diximus) antecellat ad conseruandam, & roborandam virtutem. Si a morbo desumenda est indicatio, nempè a febre, quę nobis significat esse contrario profliganda; cum vinum oligophoron frigiditate, & humiditate sit præditum cur vbi febris desęuiet, interdicetur? Pari ratione si indicationes a causa deriuabimus; idest ab humoribus putridis, & obstructione; Quis est qui ambigat, vinum nobis proculdubio iubere, cum facultatem dilatandi, concoquendi, euacuandi tum sudorem, tum lotium obtineat.

Probatur rationibus vinū oligophoron propinandū in febrib. & morbis acutis.

Primò.

Et demum si indicationem captabimus ab accidentibus, quodnam erit accidens, a quo manifestè non admoneamur, vinum propinandum? cum humores ad æquabilitatem reducat, sitim abigat, imò magis quàm aqua (teste Galeno) qui ad rem nostram. *Si cum uino bibatur aqua sitim efficacius extingui, quàm si sola, uino scilicet ipsam ad distributionem promouente.* Somnum conciliet, quod etiam Galenus ipse testatur his verbis. Sed quid opus est fortia medicamenta memorare, cum

tri infensa, virtuti inimica, & quas concauitates peruadit offendit, Lienem intumescere facit, infestat hepar, supernatat ventri, ægrè penetrat, & digeritur; & si quis eam hauriat dum pedes frigidos habeat, maius detrimentum quacumque re procul dubio infert. Actenus Hypocrates, qui in eodem textu concludit. *Est aqua perniciosa, quin perniciosissima bile abundantissima*; Quare ô Hypocrates aquæ aduersaris? non aliam ob causam nisi, quia frigiditate pollet. Quod si verùm est, vti verissimũ, frigiditate tot damna dimanare, & ea quæ putrescunt Galeni sententia exiguum naturalem calorem obtinere, concoctionẽ non fieri nisi caloris beneficio, cur dubitamus ea, quæ mediocri calore nos fouent maximè vtilia, ac necessaria fore, imò affirmare tenemur. Quòd si cauendum est ab exiguo calore, cogitur medicus saccarum amandare, mel, & reliqua, quæ dulcorem in se habent, ea solùm ratione, quia calfaciunt. Quare Syrapia, conseruæ, panis, carnes, oua, iura, & cætera huiusmodi dimittenda erunt.

2. *De tẽperamẽtis cap. 6.*

Quintò. Quintò ea, quæ moderatè refrigerant, & humectant in morbis acutis valdè proficua censentur; huiusmodi est vinum; ergo. Maior probatione non indiget. Minor est Galeni sexcentis in locis, & præcipuè 12. Methodi, & 1. acut. *Cap 4. Com. 1.*

Sextò. Sextò quod virtutem reparat, peccantem materiam concoquit, sitim sedat, putredini infensum est, sudorem pellit, leuiter ventrem lenit, somnum conciliat, delirium abolet, ardorem bilis profligat; morbis acutis, & febribus valdè conducit: sed vinum ita natura comparatum est, vt effectus iam dictos pariat; ergo. Maior sole clarior est. Minorem (vt vidimus) probant Galenus, Auicennas, & Alexander Trallianus.

1. De cõpos. medic. per loca. 2. Methodi. Et lib. de loc. aff. Lib. de vino. Septimò. Tex. 8.

Septimò quæ infirmus anxiè expetit, concedenda sunt, etiã si non ita accomodata videantur. Sæpè æger vinum maxima cupiditate expetit; ergo. Maior est Hypocratis 2. Aphor. cum ait. *Parum deterior potus aut cibus suauior autem, melioribus quidem sed minus suauibus est præferendus.* Et Galenus in comento. *Non solùm hoc est faciendum, vt ægro gratificemur, sed quia meliùs ipsi extitit; nam quæ cum voluptate assumuntur ista ventriculus amplectatur, & concoquit, quæ displicent refugit*

vnde

vnde nausea,& vomitus. Minor quotidiana experientia conuincitur; Quòd si deterior potus conceditur, quantò magis vinum adeò expetitum ob causas allatas concedi deberet?

Octauò consuetudo immutanda non est. vino iam assueuerunt; ergo. Maior est Hypocratis 2. Aphor. *Quæ ex longo tempore consueta sunt, & si deteriora sint insuetis minùs molestare solent.* Et Celsus. *Non est immutanda consuetudo, etiamsi aliquid prauitatis habeat.* Minor per se patet. Quòd si græcorum tempestate vinum non degustabatur ante 18. annum, & tamen in infirmitate propinabant, quid nobis iam ab incunabulis vino assuetis faciendum est? Vlterius si græca vina permittebantur, quæ generosiora proculdubio nostris sunt, cur interdicemus nostra, quæ tenuia adeò existunt, vt de mente Galeni retulimus? Qui quidem 3. acut. *Crassa siquidem vina, & odora, & valdè fortia in feruidis gignuntur Regionibus* (ait) *in Italia verò, & Bitinia & Asia si multa producantur aquosa nihil mirũ.* Quod si ita est, cur patimur miseros infirmos occumbere, qui adeo enixè expetunt vinum, repugnando probatis auctoribus, eorum scriptis, atque rationi reluctantes? qua de causa Galenus, quasi indignatus. *Medici hodie* (dicit) *irrationalem experientiam colunt, atque heresim methodicam omnia artis bona destruentes?* Cæterùm si fortè in eorum, ac praua hæresi (obdurato corde) persistere in animo est, admonitos saltem velim, ne calumnijs socios persequantur, dum interdum ad medendum collegę sunt, vociferantes, & modo eos imperitos, modo in medicina hæreticos (vt ipse proprijs auribus excepi) nominantes; pręter quàm quod enim medicorum existimatio huiusmodi calumnias indignatur, crassæ ignorantiæ illi iudicabuntur, qui prurientem, effrenatamque linguam compescere nolentes, inanibusque auris crocitantes famam alterius arrodere student, vt sibi ipsis gloriam adsciscant; nullo fundamento innixi vel Auctoritatis, vel rationis. Sed ad rem, vt quod proposuimus initio quæstionis expediamus.

Illud relictum est probandum, vinum superius declaratum non solùm a probatis auctoribus in morbis acutis permitti, verùm etiam initio; Cuius ręi veritatem declarat Hypocrates, qui

Octauò.

Tex. 50.

Consueta minùs molestare solent insuetis.

Cõsuetudo nõ est immutanda ẽtsi aliqd prauitatis habeat.

Com. 8.

Vinum oligophoron initio esse exhibendum.

3. acut. t. 7.

dem suaserim, quippe quod haustum humectat nimium, & si paululum qualitatem auxeris iam modum excesserit.

Probatur rationibus vinũ oligophoron refrigerare et humectare. Sed missis Auctoritatibus; rationibus, & argumentis instemus.

Primò. Primò illud vinum proculdubio calidum, & siccum erit in sententia Galeni pluribus in locis, præsertim lib de vinis 4. de simpl. medic. facult. & de bonit. & vitio succorum, quod multis annis conseruatur, plurimum coloris acquirit, odore vehementi, & sapore præditum sit, non facilè acescat, nauigationem ferat, & in locis calidis sit procreatum. Sed vinum oligophoron integrum annum non attingit, quin corrumpatur, odoris, & saporis expers videtur, acescit facile, vt idem Galenus Auctor est. *Celerrimè omnium vinorum* (dicens) *alba, & aquosa inueterascunt*. Nauigationem non patitur, quin ne transferri quidem potest, vt experientia docet, frigidum solum parentem habet; ergo, &c.

Quibus notis vinum polyphorũ quibus oligophorum dignoscatur.

Lib. de vinis.

Secundò. Secundò, Galenus tertianam febrem curãs, iubet in ea illud obseruandum, vt vehementer humectemus, & refrigeremus; & Paulò inferius, vt natura sua calidum deuitemus; Et tamdem concedens prædictæ febri potum, præter quam quod ne verbũ quidem de aqua facit, persuadet vini oligophori potionem; Vnde planè conuincitur, vel Galenum pugnantia loqui, dum asserit, humectandum, & refrigerandum vehementer esse, vel huiusmodi vinum magnam habere vim ad refrigerandum, & humectandum; Et quia piaculum magnum est, Contradictionis Galenum arguere; fas est credere, & pro comperto habere, vino oligophoro inditam facultatem refrigerandi, & humectandi esse.

1. Ad Glau.

Tertiò. Tertiò docerent velim, cur huiusmodi vinũ apud bonos Auctores aquosum appelletur? & præsertim apud Hypocratem. Ad quid dicatur aquæ similitudinem adumbrare? vt legitur in Ætio. Exiguum, vel nihil caloris obtinere? ad quid a vini qualitatibus alienum? effectus planè contrarios vino producere in Brasauola legatur? non ob aliam reor causam, nisi quod aqua prędominetur. Frigidum igitur, & humidum existet; Hinc Galenus vice frigidæ aquæ concedebat, postquàm toties edocuit;

vinum

vinum oligophoron qualitates, & similitudinem aquæ præferre.

Secunda etiam conclusionis pars Auctoritatibus, & rationibus comprobatur. Atque vt ab Auctoritatibus exordiamur. Hypocrates differens ter de potione, quæ febri accomodata sit, ter admittit, & laudat etiam vinum oligophoron, quasi verò aquæ oblitus de ea nihil. Et præscribens idem Auctor in febre ardenti viuendi rationem, in febri lethali, & pleuritide vinum iubet propinari. Quod confirmat 1. acut. tex. 22. dum de capitis affectionibus edifferit: Vbi de morbis siccis sermonē faciens ante sorbitionem iubet, vinum, vel mulsum propinetur, prout opportunum existimabitur. Et lib. 3. comendat vinum etiam si capitis dolor, vel delirium præmat. Item lib. 4. docet, eos quibus febris delirij causam præbet, & corpus valdè fluidum habēt vinum vinosum, & adstringens potent, hoc docet Hypocrates supradict. locis: Quod Auicennas confirmare contendit, qui febris in vniuersum curationem præscribēs, vinum iubet album, & aquosum potemus, interdicens aquam. Sicuti etiam lib. 3. de Pleuritide, Asinate, Peripneumonia, & affectibus omnibus thoracis verba faciens, testatur. Id totum pari consensu commentatores confirmant, & præter eos Cornelius Celsus, Arculanus, Isac, Aliabas, Alexander Trallianus, Serapio, Antonius Gazza, qui eos magis in arte medica sibi gloriæ famam compararunt, quo oculatè rimati sunt ea, quæ aquæ potus infirmis corporibus damna inuehere solet, & commoda quæ a celebri hoc liquore proueniunt (si de vino oligophoro tamen loquamur) hinc Galenus tuto concedendum hoc vinum in febre asserit. Et eiusdem libri comm. 10. dum de vino fuluo loquitur. *Vinum* (inquit) *fuluum capiti magis infensum, quàm nigrum videtur, cum etiam calore præstet, quapropter etiam febrem auget, quibus morbis solum aquosum vinum opportunum est.* Et com. 8. quamuis Hypocrates multa de vino disseruisset vnum tamen præter misisse affirmat, quod ipse subiungit velle determinare, hoc est, vinum aquosum maximè febricitantibus proficere, atque enumerans qualitates, quibus hoc vinum præditum esse deceat, ait, album quoad colorem, tenue quoad substantiam

Tertiò morbis.

2. De morbis.

Hypocrates vinum iubet propinari in Pleuritide et febre interficiente.

Tex. 41.

Tex. 42.

Lib. 4.

Cap. 1. tract. 4.

3. Acutorū.

esse debere, non enim austerum, aut adstringens, non dulce, seu acre desideratur; imò huic solùm beneficio naturæ concessum est, quod non solùm a vini damnis, sed etiam aquæ alienum sit. Hæc sunt formalia verba Galeni. *De vino hæc loquutus Hypocrates, continuò ad melicratum transit; cæteris quidem ferè omnibus de vino demonstratis, ac prætermisso vno, quod non absoluit & ego obiter percurram, quòd scilicet febrientibus maximè idoneum aquosum sit; est autem vinum hoc album colore, substantia tenue, nullam earum, quæ cæteris vinis insunt, habens qualitatem; Nempè huic omnium soli, vt tùm aquæ, tùm vini mala effugere est datum, prodeunt autem talia in vnaquaq; gente alia. In Italia imbecillum sabinum, quod febrientibus administrant, In Asia Titacazenum, & Tibicenum, Sed vini huius notas vbi intellexeris, facilè in qualibet gēte reperies, reperi equidem talia in Phenicia, Celicia, Palestina, Sciro, & Creta, in quibus Regionibus non facilè gignuntur vina tenuia, & aquosa, imò in Regionibus vidi omnibus, et quòd magis sit mirum in Aegypto.* Quæ verba dum Brasauola comentatur. *Nocumentis* (inquit) *Vini abhorret, quia nec fumosum cum sit, nec vaporosum membris calorem non affert, nec minùs capiti inimicū; Aquæ verò damna nulla præbet quoniam frigiditate uacat.* Proh Deus immortalis, si oligophoron nihil detrimenti habet, quod de aqua non dixeris, Si non lædit, quod de Polipheso, ac vinoso non concedes; cur hoc (demissa aqua) vel secundi huius generis vino non propinabis ægrotis, quemadmodum classici vnū ore admittunt, vt proindè Galenus fateatur, Hypocratem præcipisse vinum propinari non solùm febribus ephemeris, sed morbis acutis; ea propter in accessionibus concedit, & ipse, qui etiam 5. de locis aff. cap. 6. gramatico epylepsia grauato non negat, vt ex verbis textus apertè colligitur. *Iussi igitur* (inquit) *ei probam cōcoctionem accuratè procurare, ac panem optimum præparatum exhibere, atque hunc quidem solùm si non sitiret, si uerò siti cruciaretur ex uino dilutum, et quidem albo, et modicè astringente; nam huiusmodi uinum ut uentriculum robustum efficit; ita haudquaquam tentat caput, id, quod facere solent ea, quæ uehementes uires obtinent.* Et 3. acut. *Vinum dulce profert* (loquens

Vinum oligophorō vbiq. gentium reperitur.

8. Methodi.

9. De simpl. medic. facul.

Lib. de caus. procatarticis.

Com. 2.

quens de Pleuritide, & Peripneumonia) *ad expuitionem tùm propter dictas operationes, tùm propter communem uinorum omnium rationem, qua uires roborant idoneum exiſtit, & maximè ijs, qui quauis humida quæ tùm in Thorace, tùm in pulmone con tinentur, expuunt.* Quod confirmare videtur Hypocrates ſimiliter in cura Pleuritidis, dicens, *Curare uerò Pleuritidas hoc modo oportet ut plurimùm ueluti Phrenitidem, & Peripneumoniam preter quam quod hic balneis calidis, & uino dulci utendum eſt.* 3. De vic. acu.

Verùm vlterius inſtemus. Celſus an non febricitantibus vinum indulget? Et lib. 4 nonne Pleuritide laborantibus comẽdat? Quid? An non idem celebrat Trallianus, & Braſauola pluribus in locis? an non Nicolaus Florentinus in ſua medicina innumeris quaſi elogijs proſequitur? Quid Arculanus ad rẽ noſtram pertinens non docet? *Vinum oligophoron minimum alimenti habere, quod aquę haud abſimile, digeſtioni facile, corpori non infenſum, neruis non infeſtum facilè diſtribuatur per membra, non calefaciat, humectet, concoctionem tàm uentriculi, quàm uenarum adiuuet, minimum ſanguinis procreat, lotium prouocet, ſomnum conciliet, & febre laborantibus cęteris uinis ſit conducibilius.* Quorſum exiſtimatis, Aliabatem, Conciliatorem quæſtione propria hunc liquorem adeò accomodatum eſſe morbis acutis aſſerere, niſi quia probè nouerant, illius virtutem? hinc Iſac in hæc incidit verba. *Vinum album, & aquoſum ijs, qui febre pręmuntur perhiberi tutò poſſe, cum per aditus quoſdam occultos, ac ſudorem facilè digeratur refrigerando cęteris antecellat, ſitimque abigat.* Quo loco obſeruandum, hìc non eſſe ſermonem de quacumque leui febricula, ſed de febre maligna ardenti, quæ cum morbis acutis commiſcetur, vt diſertiſſimè Braſauola declarat, cum inquit, *Febricitantibus vinum aquoſum concedatur, verùm illud intelligendum eſſe* de morbis acutis; nam in tertiana quartana, & ſimilibus vina vinoſa etiam non interdicuntur.

Lib. 3. cap 6. Cap. 6.

Lib. de dieta particulari.

Sed tranſitum ad alios Auctores faciamus. Alexander Trallianus differens de Phrenitide vinum iubet propinari, præſertim iam aſſuetis vino, veluti in affectibus pectoris. Serapio idẽ docet,

Lib. 1. c. prop. Lib. 6. tract. 1. c. 20. Lib. 8 c. 68.

docet, & Aetius, & Capiuacceus, qui diſputās de febricitāntiū potu iſta concludit. *Vel Febris vehemens erit, vel mediocris, ſi vehemens, & acuta, & grauia ſymptomata ſe prodent. veluti dolor capitis, delirium prorſus a vino vinoſo abſtinendum, & vino aquoſo mero, ſed his ſubſtituatur vinum oligophoron dilutum, vel Oximel aqua permixtum.* Et Ioannes Donatus Sanctorius lib. 3. ſuarum Epiſtolarum medicinalium de vino oligophoro ſcribens, hæc profert. *Porro mirari non ſubit, hoc uinum potiùs febrem remittere, quàm augere, nam ea, ex quibus hic ſuccus exprimitur, dum in uitis eſſet ligno minimam tranſmutationem ſortitum eſt, terreique alimenti admixtionem, exiguam, contra-*
Cr. 1. cur *rium autem eſt in uinoſo.* Quid de Amato Luſitano dicemus, an non Pleuritide laboranti, & febre interficiente huiuſmodi vinum conceſſit. *A uino porro is numquam abſtinuit* (ait) *ſed uinum, quo utebatur album erat, natura frigidū, quod omnes Longobardi Albanum appellant, neq; mirari eſt ſi dixerimus, uinum hoc frigidum natura eſſe, cum proculdubio frigidum exiſtat, quia ſuis qualitatibus frigidum corpus reddit, imò multò pluſquam aqua infrigidat, nam aqua ſolùm quia frigida infrigidat; Vinum uerò hoc, non ſolùm ſua frigiditate infrigidat, ſed etiam faciliùs quàm aqua penetrat.* Et paulò infra. *Hoc quod uinoſum, ſiue potens uinum medici uocant facillimè caput tentat, quòd omninò in febribus abnegari debet; Aquoſum uerò, album, de quo in præſenti a nobis ſermo fit oligophoron dictum, quia nullam ferat in dilutione aquam febrientibus tuto concedi poteſt, ut Galenus ſuis ægrotantibus propinabat.* Item Gentilis in Auicennam in cura febricitātium in genere, hanc quæſtionem agitans, vbi multa āfferta conſtituit in fine concludit. *Etenim Italiæ regionibus propter inueteratam conſuetudinem, & aſſiduam bibendi uinum uel ab ipſis incunabulis multò ſecurius concedendum illis, qui febre uexantur, quàm extra Italiam degentibus, & tutius hac tempeſtate, quàm maiorum noſtrorum memoria; atque adeò ea præcepta quæ nobis Saraceni tradiderunt* (alludens ad Auicēnam) *nequaquam ad uſum noſtrum contrahi debent cū lege illis interdiceretur uini potus; pariter nec præcepta Græcorum traduci ad noſtram ætatem debent cum uinum uſq; ad deci-*
mum

mum octauum annum gustare interdiceretur; Hęc Gentilis,cui adhærent multi, quos breuitatis amans, prætermitto. Vna,vt tamdem finem imponamus, Auctoritas relicta est Antonij Gazæ; qui præscribens viuendi rationem in morbis acutis, *Vinum* (testatur) *Aquosum,& natura,& arte comparatam adinuenitur verumq; ijs,qui febre ardēte molestantur aqua multò conuenientius existit; quamquam imperiti quidam medici sint, qui omnia quæ est u metientes, peritum Auctorem nullum percurrere uolunt; dumq; eos adhibere hoc uinum oporteret, Aquam exhibendam tradunt; Infirmum non solùm ad stomachi debilitatem traducentes, sed etiam totum corpus obstruendo labefactant uirtutem.*

Sed ommissis Auctoritatibus, rationibus instandum est. Primò illa in morbis adhibenda sunt, quæ præcipuis indicationibus nobis declarãtur. Vinum est tale; ergo vinum morbis adhibendum est. Maior probatione vacat, cum doceat Galenus, & vniuersa medicorum familia, morbum non curari nisi mediantibus indicationibus. Minor suadetur; Et primò. Si a virtute indicatio petenda est, quæ denotat nobis conseruandam esse, planum videtur disertissimis verbis præcipi, cum vinum quacumque re (vt diximus) antecellat ad conseruandam, & roborandam virtutem. Si a morbo desumenda est indicatio, nempè a febre, quę nobis significat esse contrario profliganda; cum vinum oligophoron frigiditate, & humiditate sit præditum cur vbi febris desęuiet, interdicetur? Pari ratione si indicationes a causa deriuabimus; idest ab humoribus putridis,& obstructione; Quis est qui ambigat, vinum nobis proculdubio iubere, cum facultatem dilatandi, concoquendi, euacuandi tum sudorem, tum lotium obtineat.

Probatur rationibus vinu oligophoron propinandũ in febrib. & morbis acutis.

Primò.

Et demum si indicationem captabimus ab accidentibus, quodnam erit accidens, a quo manifestè non admoneamur, vinum propinandum? cum humores ad æquabilitatem reducat, sitim abigat, imò magis quàm aqua (teste Galeno) qui ad rem nostram. *Si cum uino bibatur aqua sitim efficacius extingui, quàm si sola, uino scilicet ipsam ad distributionem promouente.* Somnum conciliet, quod etiam Galenus ipse testatur his verbis. Sed quid opus est fortia medicamenta memorare, cum

Ff quo-

quotidie videmus, & lactucas, & potabiliū aquarum balnea, earumdem murmur, & vinum modicè dilutum somnum inducere reliquorum medicamentorum exemplo, quæ humectare, & refrigerare possunt, quæ verò his contraria sunt vigilias excitare. Corpus in suo robore conseruet, spiritus viuificet, furorem depellat, animum tranquillum reddens, lætitiam inducat, iuxta illud Sacræ scripturæ. *Educas panem de terra, et uinum lætificet cor hominis*. Atque (vt Auicennæ) & Phylosophorum opinio est, intellectum acuat, prudentemq; faciat, tenebrisque depulsis, quæ illum obumbrat, illuminet. Hinc Horatius.

Fecundi calices quem non fecere disertum?

Spiritus soletur, & in causa est vt homo a quantitate aquę se abstineat, cum maximum detrimentum quantitas aquæ secum vehat; quod disertissimè Galenus in illo libello, vbi de passionibus, quæ temperamentum corporis sequuntur, testatur. Quare ab indicationibus non solùm, non interdicitur, sed expressè vini potus præcipitur.

Secundò. Secundò illa, quæ non ægrè digeruntur, & spiritus procreāt frequentes, mirum est quantum in morbis acutis prosint; Vinū est huiusmodi, non caro, oua, iura. ergo vinum in morbis acutis permittendum est. Maior Hypocratis Auctoritate, Galeni, & Brasauolæ fulcitur. Minor testimonium affert eiusdem Galeni, Auicēnę, & Cardani, qui asserit. Illis, quibus propter morbum vinum haud conuenit, multò magis oua, carnem, iura, ac alia eiusmodi conferre, cum non aliundè dimanet detrimētum, quam a viribus, quibus res, quæ sumuntur præditæ sunt. Quando enim virtus fracta est, solidum cibum non admittit, præsertim cùm iàm in concoquendo morbi causam vacet.

2. Acut. tex. 19. 2. Aphor. cō. 11. L. b. 1. fen. 2. doctr. 3. c. 11. L. b. de erroribus medic. ad sextum.

Tertiò. Tertiò Galenus corpora putrida, inquit, plurimum caloris extranei obtinere, parum natiui. Adhæc eodem in loco, vinum insitum calorem a natura auget. Ergo in febribus quis dubitabit inferre, vinum maximè decere?

2. De temper. cap 3. & 6.

Quartò. Quartò si aliqua esset ratio, quæ conuinceret in morbis acutis vinum respuendum, ea forte apud me esset, quæ aduersarijs maximè faueat, quòd nimirum vinum in primo gradu est calidum,

lidum, vt docet Hypocrates: de oligophoro verba faciens, ve-
rùm huiusmodi ratiocinationis proculdubiò est. Vt maior huiusce
argumenti suadeatur, supponendum est citra omnem ratio-
nem, Hoc vinum calidum, & siccum in primo gradu esse, & etiã
aquã, & si frigiditate, & humiditate in summo prædita sit iux-
ta Galenum, & Aristotelem, vt aliquid indulgeamus in secun- *2 De natura*
do gradu frigidam esse, & humidam: iam vt ad institutum no- *humana cõ.*
strum accommodemus. Vinum caliditate, & siccitate in primo *141.*
gradu; Aqua frigiditate, & humiditate in secundo prædita est. *Lib. de generatione.*
Ergo si tantundem aquæ, quantum vini accipiamus, eam mixtio-
nem perficiemus, in qua non solùm temperamentum fiet, sed
tale quod inferiùs in vno gradu erit, & consequentùr frigidum
in primò. Sed quæso ingenuè fateamur, admixto inesse aliquid
caloris; certè non in magno excessu; ergo moderate. Conco-
ctio nonne calore moderato perficitur? Equidem Galenus do- *11. Methodi.*
cet prauos humores concoqui, & ad optimum statum reduci,
vbicumque calor naturalis, & virtus vigorem sumet. Et alibi *3. Acut.*
scriptum reliquit, Calorem perpeti auxilio concoctionem fo-
uere, frigus verò præpedire. Et libro de constitutione artis
idem asserit; *Naturam ad humores concoquendos aptam esse,
quod arti denegatur, quamuis auxilio esse possit subministran-
do ea, quæ moderatum calorem inuehunt.* Et Paulò infe-
rius. *Concoctionem a quiete, ciborum parsimonia, quæ optimo* *Cõcoctio quibus adiuuetur.*
sint nutrimento; temperato calore, & vini potu adiuuari.
Ad hæc quibusnam fouetur vita, quàm calore & humido? est- *Vita in calore et humido consistit.*
ne aliquid naturæ amicum magis calore? Auicennas nonne
frigidum, docet, in rebus naturalibus nullam partem, aut offi-
cium habere nisi per accidens? Et Galenus an nõ frigus infun- *Frigus opera naturæ impedit.*
ctionibus naturæ nihil adiumenti afferre? Et 1. Epidem. com.
2. & 3. Nonne res mediocri calore præditas siue cibus, siue po- *1. De natura humana c. 3.*
tus, siue fomentum, vel emplastra sint, esse illa, quibus conco-
ctio celebratur? ad quid putatis, Hypocratem tantùm aquam *3 acut. t. 48.*
dilaudare, proindè dicebat, nullum aliud munus se posse aquæ
condonare, (quasi vsum ipsius irridens) nisi quòd in affectibus
pulmonis tussim non sedat, sputi rheumata non prouocat, ama-
ritiem contrahit, & biliosis natura in bilem transmutatur, ven-

tri infensa, virtuti inimica, & quas concauitates peruadit offendit, Lienem intumescere facit, infestat hepar, supernatat ventri, ægrè penetrat, & digeritur; & si quis eam hauriat dum pedes frigidos habeat, maius detrimentum quacumque re procul-dubio infert. Actenus Hypocrates, qui in eodem textu concludit. *Est aqua perniciosa, quin perniciosissima bile abundantissima*; Quare ò Hypocrates aquæ aduersaris? non aliam ob causam nisi, quia frigiditate pollet. Quod si verùm est, vti verissimũ, frigiditate tot damna dimanare, & ea quæ putrescunt

2. De tẽperamẽtis cap. 6. Galeni sententia exiguum naturalem calorem obtinere, concoctionẽ non fieri nisi caloris beneficio, cur dubitamus ea, quæ mediocri calore nos fouent maximè vtilia, ac necessaria fore, imò affirmare tenemur. Quòd si cauendum est ab exiguo calore, cogitur medicus saccarum amandare, mel, & reliqua, quæ dulcorem in se habent, ea solùm ratione, quia calfaciunt. Quare Syrapia, conseruæ, panis, carnes, oua, iura, & cætera huiusmodi dimittenda erunt.

Quintò. Quintò ea, quæ moderatè refrigerant, & humectant in morbis acutis valdè proficua censentur; huiusmodi est vinum; ergo.

Cap. 4. Com. 2. Maior probatione non indiget. Minor est Galeni sexcentis in locis, & præcipuè 12. Methodi, & 1. acut.

Sextò. Sextò quod virtutem reparat, peccantem materiam concoquit, sitim sedat, putredini infensum est, sudorem pellit, leuiter ventrem lenit, somnum conciliat, delirium abolet, ardorem bilis profligat; morbis acutis, & febribus valdè conducit: sed vinum ita natura comparatum est, vt effectus iam dictos pariat;

1. De cõposi. medic. per loca. 2. Methodi. Et lib. de loc. aff. Lib. de vino. ergo. Maior sole clarior est. Minorem (vt vidimus) probant Galenus, Auicennas, & Alexander Trallianus.

Septimò. Tex. 8. Septimò quæ infirmus anxiè expetit, concedenda sunt. etiã si non ita accomodata videantur. Sæpè æger vinum maxima cupiditate expetit; ergo. Maior est Hypocratis 2. Aphor. cum ait. *Parum deterior potus aut cibus suauior autem, melioribus quidem sed minus suauibus est præferendus.* Et Galenus in comento. *Non solùm hoc est faciendum, vt ægro gratificemur, sed quia melius ipsi existit; nam quæ cum voluptate assumuntur ista ventriculus amplectatur, & concoquit, quæ displicent refugit*

unde

vnde nausea, & vomitus. Minor quotidiana experientia conuincitur; Quòd si deterior potus conceditur, quantò magis vinum adeò expetitum ob causas allatas concedi deberet?

Octauò consuetudo immutanda non est. vino iam assueuerunt; ergo. Maior est Hypocratis 2. Aphor. *Quæ ex longo tempore consueta sunt, & si deteriora sint insuetis minùs molestare solent.* Et Celsus. *Non est immutanda consuetudo, etiamsi aliquid prauitatis habeat.* Minor per se patet. Quòd si græcorum tempestate vinum non degustabatur ante 18. annum, & tamen in infirmitate propinabant, quid nobis iam ab incunabulis vino assuetis faciendum est? Vlterius si græca vina permittebantur, quæ generosiora proculdubio nostris sunt, cur interdicemus nostra, quæ tenuia adeò existunt, vt de mente Galeni retulimus? Qui quidem 3. acut. *Crassa siquidem vina, & odora, & valdè fortia in feruidis gignuntur Regionibus* (ait) *in Italia verò, & Bitinia & Asia si multa producantur aquosa nihil mirũ.* Quod si ita est, cur patimur miseros infirmos occumbere, qui adeo enixè expetunt vinum, repugnando probatis auctoribus, eorum scriptis, atque rationi reluctantes? qua de causa Galenus, quasi indignatus. *Medici hodie* (dicit) *irrationalem experientiam colunt, atque heresim methodicam omnia artis bona destruentes?* Cæterùm si fortè in eorum, ac praua hæresi (obdurato corde) persistere in animo est, admonitos saltem velim, ne calumnijs socios persequantur, dum interdum ad medendum collegę sunt, vociferantes, & modo eos imperitos, modo in medicina hæreticos (vt ipse proprijs auribus excepi) nominantes; pręter quàm quod enim medicorum existimatio huiusmodi calumnias indignatur, crassæ ignorantiæ illi iudicabuntur, qui prurientem, effrenatamque linguam compescere nolentes, inanibusque auris crocitantes famam alterius arrodere student, vt sibi ipsis gloriam adsciscant; nullo fundamento innixi vel Auctoritatis, vel rationis. Sed ad rem, vt quod proposuimus initio quæstionis expediamus.

Illud relictum est probandum, vinum superius declaratum non solùm a probatis auctoribus in morbis acutis permitti, verùm etiam initio; Cuius rei veritatem declarat Hypocrates, qui

Octauò. *Tex. 50.* *Consueta minùs molestare solent insuetis.* *Cõsuetudo nõ est immutanda etsi aliqd prauitatis habeat.* *Com. 8.* *Vinum oligophoron initio esse exhibendum.* *3. acut. 1. 7.*

qui de Vino fuluo differens, initio morborũ acutorum tuto exhiberi posse docet, dũmodo delirium, aut dolor capitis non ægrũ præmat. Et Galenus 12. Methodi. *Considerandum verò ante omnia est qualisnam ægrotantis natura sit; nam si imbecille illi caput est, & quod facilè calidis vinis impleatur, quæ minimè calida sint potiùs sunt offerenda, sin firmo admodum capite est, & talibus vinis delectatur, aut etiam citrà noxam ea ferre est solitus, haud timidè his vtetur, porro vina, quæ odora, fuluaq; sunt, quantum ex ipsorum est natura, omnia caput grauant, eoq; tum Phalernum, tùm Tmolides, tùm Lesbium infirmo capiti noxia sunt.* Et idem eodem cap. in cura febris cum syncope. *At quibus ex flaua bile, quæ os ventriculi infestat syncope incidit, ijs frigida exhibenda statim potio est: vinum tamẽ, quod & calidũ natura sit, & deductionem in corpus promoueat omnibus, quos syncope malè habet offerre conuenit: distribui namque per corpus nutrimentum, quod sumptum est non in ventre manere volumus.* Quòd si fuluum ab Hypocrate, & Galeno initio morborum quandoque conceditur, quid de oligophoro dicendum? Secundò Hypoc. 3. acut. propinandũ vinum dulce in Pleuritide, quo aditus patefiat faciliùs ad conspuenda rheumata, iubet; iam quando nam aperiendus est aditus sputo? profectò non quando febris declinat, cum aliundè non dignoscatur, quàm a cessatione, & desitione eiusdem; fatendum ergo est, initio laudasse illud Hypocratem. Et eodem lib. *Si suspitio aliqua immineat vel capitis doloris, vel delirij non propinabis fuluum vinum, sed mulsum, vel oligophoron.* Verùm quia huiusmodi symptomata accidere solent in augumento, & in statu; Concludendum est, ante exhibendum esse vinum oligophoron. Cæterùm cum ante statum, vel augumentum nullum aliud tempus relinquatur, quàm initium, planè necesse est initio huiusmodi vinum perhibendum. Tertiò Galenus inter multas aliàs rationes, quibus conducat febricitantibus vinum hanc adducit, quia insitam habet facultatem concoquendi, euacuandi, aperiendi, disponendi, & præparandi humores. Age quando nam præparantur, disponuntur humores, ac concoquuntur, in declinatione ne, an initio? non in declinatione, quæ humores iam concoctos supponit;

Cap. 4.

Galenus & Hypocrates in syncope etiã fuluum vinũ concedunt & oliphorum.

Tex. 4.

Tex. 41.

Tex. 11.

In lib. Methodi.

ponit; ergo initio. Quintò idem Galenus 12. Methodi differēs de quibusdam acuto morbo laborantibus. Istis (inquit) *vinum aquosum propinandum, quòd si votis omnia responderint indulgere etiam poterimus alia simul cum cibo carneo præsertim post quartum.* Quo loco illud notatum volo, maiori cautione carnem concedere, quam vinum, hoc enim initio admittit; illam non nisi post quartum. Quintò Hypocrates similiter 2. de morbis verba faciens de quodam, qui Peripneumonia opprimebatur: *Huic* (inquit) *primis diebus dulce vinum confert, album, & aquosum;* Et Paulò inferius. *Si febris vehementior fuerit olera acria non adhibeantur, præter Satureiam, vel origanum, & inter cætera vinum album potent.* Quod confirmare videtur Galenus cit. 12. Methodi his verbis, *Vinum verò ijs* (loquens de diuersis, morbis acutis affectis, *aquosum necessarium inter initium est sumptum post cibum, non ob aliud nisi quia concoquit; atque contemperat bilem, & corpus biliosa febre correptum refrigerat, & humectat.* Et 10. Methodi idem homini biliosо mœrore, vigilijs, acuto morbo afflicto, nulla expectata concoctione in accessionis initio panem ex vino dilutum concedit. Nec non Sanctorius lib. 3. Epistolarum medicinalium. *Quare in corpore bile infarcto, & ardente febre correpto hoc pauciferum vinum in initio, ante concoctionem offerendum est, vtpotè quod parum ab aqua natura distat, & eius noxa caret.* Et paulò infra loquens de fluore alui; *ab initio vinum offerendum est, verùm si biliosus humor alui fluorem proritauerit vinum album tenuè, & aquosum, non tamen austerum exhibendū, præstat enim tunc causæ excretionem coadiuuare, quàm eos noxios compescere, & retinere humores.* Quòd si a crasso, & pituitoso succo originem ducat, fuluo, & aquoso tuto vtendum est, quod maiori iuuamento erit si merum, & antiquum, atque vetus fuerit.

Cap. 6.

Maiori cautione caro cōceditur quā vinum oligophor.

Cap. 6.

Initio vinum oligophorum cōceditur in morbis acutis.

Cap. 4.

Vinum oligophor. in initio dandum esse morb. acut. docet Sanctorius.

Vinū oligophoron ab aqua natura non distat & eius noxa caret.

Et si quis obijciat, hoc esse cōtra Galeni placita, qui in morbo biliosо vinum in initio magnopere prohibet, quando testatur. *His & aquosum vinum idoneum statim ab initio est, si tamen vehementer non febricitent.* Quibus dicitur non de albo aquoso, sed de fuluo aquoso loquutum fuisse Galenum, hoc enim prauum febris est auxilium, & (vt supra diximus) vel indè non con-

12. Methodi c. 5.

Vinū aquosū duplex aquosum album et aquosum fuluum.

Vinum aquosum fuluum denegatur putrum febr. citantibus. conceditur, vel nō nisi benè limphatum, & cum cautela propinatur, maximè in initio morbi, vt cit. Sanctorius his declarat. *Illud enim austerum frigidioris temperamenti, quàm aliud extat, putredinemq́; potiùs prohibet, quàm eius incremento conferat, nec vrinam, nec sudorem prouocat, omnesq; excretiones cohibet, adeo vt nec ad aliàs affectas partes humorum confluxum excitat, hocque in morbo crudo omni culpa vacat, & tuto offerri potest; Verùm si post concoctionem fuluum aquosum propinādum est, tunc oportet, quòd illud sit cuiuscumque saporis acerbi viduū, hoc enim omnes excretiones prouocat, & in concoctionis initio pauca, deindè maiori quantitas offerenda*. Hæc dicit Sanctorius; & similia in Marsilio Ficino, Rasi, Altimaro, Nicolao Florentino, Cornelio Celso inueniuntur, vt legere poteris locis supra cit. Reliquum modo est, vt memoria ipsa teneas, & ita vera quamque verissima a Malossorum latratibus defendas, dum ego argumenta ab aduersarijs proposita soluere contendo.

Respondetur ad argumēta aduersariorū ad primum. Primò satisfit, argumentum illud obluctare vino tanto vinoso, & generoso, non oligophoro, quod frigidum, & humidum esse satis comprobatum est.

Ad secundū. Secundum argumentum soluitur, vinū vinosum illud esse, q maximè nutriat, a concoctione morbi natiuum calorem reuocet, ac proindè vti est sano robur, ita est laboranti morbus; non oligophoron, quod parum, vel nihil nutrimenti affert, ex Galeno, qui post declaratas vini oligophori qualitates subiungit. *Demum talia cum sint, vt nec caput omninò petant; ita nec corpus planè calfaciunt, nec ventris, venarumq; coctionem euidenter adiuuant, nec denique benè alendo corpori conducunt*. Quæ verba Lacuna in sua Epitome illustrat hac declaratione. *Huiusmodi autem vina, vt caput minimè feriunt, sic nec corpus manifestè calfaciunt, nec concoctioni in ventriculo, & venis quidquam perspicuè conferunt, nec alendo corpori subministrant.*

1. De Antidis c. 3.

Ad tertium. Tertium argumentum eneruatur, vinum vinosum bilem incendere, & augere, non oligophoron, quod vt superius docuimus feruorem bilis extinguit, corpus humanum refrigerat, & magis est accomodatum, quàm aqua. vnde hoc, non illud iurè præberi potest.

Ad

Ad quartum respondetur, vinum oligophorum compescere *Ad quartũ.* symptomata febrium, acutorumque morborum; vt iam probauimus. & argumentum concludere de vino vinoso.

Quintum confutatur, ac verùm esse Hypocratem, & Ga- *Ad quintũ.* lenum interdum aquam ad satietatem pro febre extinguenda, vel ad prouocandum vomitum, nec non ijs, qui numquam vinum gustassent propter consuetudinem exhibuisse.

Ad sextum dico, vinum vinosum, quibusdam febribus ex *Ad sextum:* materia frigida prouenientibus cum prostratione virium ab Hypocrate cõcessum interdum fuisse, verùm oligophoron semper indiscriminatim.

Ad septimum respondemus, Hypocratem consuluisse cali- *Ad septimũ.* dis, & siccis vini vinosi abstinentiam, quia magis calorem induxisset, & excitasset, hinc subiungit sed loco vini Hydromel, seu oligophoròn bibant.

Octauum argumentum reijcitur. Vinum vinosum ad resar- *Ad octauũ.* ciendam virtutem deperditam, propter assiduum cum morbo conflictum, vbi febris deferbuerit concedi, & non initiò, quo tempore præter quàm quod opus non sit reparare, cum nihil sit deperditum, præpeditur natura, & distrahitur (vt diximus) a concoctione morbi: sed oligophoron tuto quocumque tempore conceditur, imò debetur, vt quod parum nutriat, & non impediat.

Ad nonum. vinum vinosum solùm est, quòd interdici de- *Ad nonum.* beat, quia inflammationem auget, capitis dolorem aggrauat, delirium, peruigilium, & similia: sed vinum oligophoron propter optimas, & raras, quas possidet qualitates omnia eiusmodi symptoma coercet.

Ad vltimum respondemus, vt ad primum. Neque quis vlte- *Ad vltimũ.* rius obijciat, Galenum præcipere haud vinum oligophoron cũ febris adsit permittendum. Respondemus enim (vt supra re- *Tex.12.c.5.* sponsum est) quotiescumque febris ferbuerit, & vinum oligophoron progressu temporis nonnihil caloris adeptum sit, ita vt ex albo oligophoro in fuluum oligophoron deuenerit, tunc nõ esse concedendum merum, sed aqua dilutum, quamuis idem merax ad refocellandas vires exhibeatur, quæ morbi diuturni-

Gg tate

tate debilitate fuere; vt in præsenti a Galeno nobis præcipitur. Neque hoc aduersatur illis, quæ sexcentis in locis de vino oligophoro docuit, idest febrientibus maximè conferre merax, delirium sedare cōciliare somnum, & inflammationis internæ calorem extinguere, diuersa enim ratione de diuersis vinis loquitur, vt idem in expositione tex. 1. libro 3. acutorum docet his verbis. *Et si quidem vna ipsorum differentia in colore, Alteram qualitas in gustatu facit, tertia consistentiam respicit, quartam odor progignit, & quinta in virtute reperitur.* Et 3. de composit. medicam. sec. locos repræhendens Archigenem, qui de vinis non distinxerit hæc habet. *Tertio deinde loco consequenter radices rumicis siluestris in vino coctas tradidit, si sanè, & qualitatem, & ætatem vini apposuisset, fortassis & ego de eo iudicium ferre tentassem: cum verò non adijcerit; multumque differat acerbum, aut acre, aut dulce, aut recens, aut vetus, aut crassum, aut tenue, aut fuluum, aut album, aut nigrum vinum esse, ob id etiam ego nihil habeo, quod de hoc pharmaco dicam.*

Cap. 1.

Nec minùs sibi ipsi reluctatur, dum hoc in textu, vinum oligophoron comendat ad resarciendas vires, & vinosum dilaudat: etenim sexcentis alijs in locis fatetur, vini vinosi eam esse naturam, vt virtutem corroboret, contrarium docens de oligophoro quod ex ipsis conceptis verbis textus, quamuis subobscuri apertissime colligimus. *Iam vini tum qualitatem, tum quantitatem commemoremus, vtpotè quod maximè ad talia vim habeat, quando vno hoc in potu vtendum censeo omnibus, quibus refici corpus est opus, modo non febricitent; esto igitur vinum, quod exempli loco dicatur, quale est sabinum in Italia, Arsinium verò in Asia, & vt summa quadam comprehendam, quod aquosum quidem alioquiest. Aquosum natura appello vinum, quod si diluatur minimam substinet aquæ mixtionem, nam quod plurimum aquæ in mixtura substinet, id tùm vehementissimum, tùm validissimum est. verùm ab hoc cauendum, quoniam imbecillas vires feriat, atque quod aquosum natura est id percommodum est, quod, & ab aquæ imbecillitate recessit, & vini noxam nondum habet; Adhæc itaque respiciens tùm temperamentum, tùm ætatem eius inuenies, quippè quod nouellū est, id tùm aquosius,*

Quodnam sit vinum aquosum.

sius, tum imbecillius quodammodo est, quàm vt vino conueniat: antiquius verò, ac vinosius est ita vehementius quàm vt propositis sit ex vsu. quo circa citiùs sexto anno nobile sabinum idoneum non est, quod & diutissimè in stomacho, ac ventriculo innatet, & fluctuationes faciat. Ad has igitur veluti metas respiciens, etiam mixturam eius cum aqua temperabis, quin etiam exactius conecturam de iam dictis facies si vitiorum aquæ capita memoria tenueris, porro pendent ea ex frigiditate eius omnia, cuius culpa & in præcordijs diutissimè moratur, & fluctuationes excitat, & in flatum mutatur, et corrumpitur, & ita ventriculi resoluit robur, sic vt deteriùs deindè concoquat, sed nec digerendo per corpus alimento aliquid magnoperè conducit. At verò memoratorum vinorum virtutibus comprehensis iam aquæ vitijs aduersam quodammodo naturam habent, cum nec inflent præcordia, imò si inflata sint subsidere faciant, nec inibi moram trahant, propter caloris mediocritatem. Adde quod cum digestionis vias aperiant, & pariter impellant, ac nutrimentum sursum agant ad celeritatem deductionis in corpus conducunt. sunt præterea boni succi, & ad miscenda, concoquendaque ea, quæ in ventriculo, & venis sunt idonea. Iam vires quoque organorum adaugent, & impellendis excrementis viã faciunt, eoq; fit vt etiam talia vina, præter cætera, vrinas moueant; quando & ipsa totum corpus celeriter transeunt, & impetu cursus sui excrementa secum expellunt; ac dictum quidem alibi diligentius est de vinorũ facultate æquè, ac ciborũ, conuenit; vt qui artem methodo tradi sibi studet, omnis materiæ vires prius prædidicerit; nec expectet, vt eas in singulis affectibus audiat, sed simul ac curationis tantùm speciem norit, debitam victus rationem inuenire possit. Si enim non allucinor in gramaticæ præceptis Galenus in hoc textu (quem Parmam, & Achillem aduersarij suum ostentant) nihil aliud indicat, nisi vinum oligophoron esse merax concedendum, veluti nobile Sabinum in Italia, Arsinium in Asia quotiescumque corpus morbi diuturnitate infractum, ac penè labefactatum fuerit: & nõ vinum vinosum; ob rationem, quam idem in expositione 7. Aphor. adducit. Quare ne lectorẽ onerem, & vt faciliùs sibi ipsi Galenum conciliem, transferre hunc

De vitijs aquæ & virtutibus vini oligophor.

tur ex ipsomet textu, si licet hoc modo argumentari. Quòd vires adauget febri noxium est; Nobile Sabinum sex annorum vires adauget; ergo nobile Sabinum sex annorum febri noxiũ est. Argumentum aduersarijs fauet. Sed aliud pro nostra sententia instituamus. Quod viribus incremẽto non est, febri conducit. nobile Sabinum ante sex annos vires non infert; ergo nobile Sabinum ante sex annos febri conducit. Quare huius negotij summa ad tempus referenda est. Hinc Galenus eodem in textu dicebat. *Adhac itaque respiciens tùm ætatem eius, tùm temperamentum inuenies.*

Sed libenter a Galeno percunctaret si recens huiusmodi vinum non adesset, Quid faciendum? Galenus. *Ad has igitur veluti metas respiciens etiam mixturam eius cum aqua temperabis.* Rursus ego erit ne adeo accomodatum, vt recens supra dictum? Galenus. *At verò memoratorum vinorum virtutibus comprehensis, iam aquæ vires aduersam quodammodo naturam habent, cum nec inflent præcordia, imò si inflata sint subsidere faciant, nec inibi moram trahant, propter caloris mediocritatem. Adde quòd cum digestionis vias aperiant ad celeritatem deductionis in corpus conducunt, sunt præterea boni succi, & ad miscenda, concoquendaque ea, quæ in ventriculo, & venis sunt idonea. iam vires quoque organorum adaugent, & expellendis excrementis viam faciunt, eoque fit vt etiam talia vina vrinas moueant.* Instarem; mihi persuadeo tuum præceptum, Galene, percepisse: sed vellem illustriorem huius rei declarationem, vt facilè aduersarijs textum exponerem. Galenus. *At dictum quidem alibi diligentiùs est de vinorum facultate æquè, ac ciborum conuenit, vt qui artem methodo tradi sibi studet, omnis materiæ vires prædidicerit, nec expectet vt eas in singulis affectibus audiat.*

Iam conclusionem textus perspicuis verbis intellexistis; ei, cui medendi ratio proposita est, opus esse, vt habeat earum rerũ facultatem probè notam, quæ ad medicinam spectant, & iuxtà opportunitatem iudicio adhibito vtatur; interdum ægro cõcedendo (vbi vires morbi diuturnitate fractas habuerit) vinũ oligophoron veteranum, & purum, quod lentè vires instaurat, &

non

non vinosum, quod imbecilles vires ferit. Contrà verò(cum morbus acutus feruet, qui breui terminatur, & vires prostratæ
2. Aphor. 1.7. fuerint) propinãdo vinum vinosum iuxtà dictum Hypocratis. *Quæ longo tempore extenuata sunt corpora lentè reficere oportet, quæ autem breui breuiter*. Quòd si interdum cum debilitate virium, aut sine debilitate adfuerit febris, ab vtroque mero abstinendum; sed concedenda diluta ea præscriptione, qua tertio notabili declarauimus, vel vinum recens oligophoron supra propositum iubendo. quod nulla difficultate, & vt vocabulum vsurpem Galeni *intrepide* concedere possumus, quoniam febrientibus, eodẽ auctore, vt toties inculcatum est, maximè cõfert, delirium sedat, somnum conciliat, vt mittamus maiora beneficia, quibus huiusmodi vino afficimur.

Vinum vinosum ĩ erdicitur in morbis acutis non oligophoron. Et ecce veritatem rationibus, Auctoritatibusque patefactã, vinum vinosum in morbis acutis ab omnibus classicis medicis interdici: non oligophoron; quod initio tuto semper: quamuis illud in fine, cum morbi vis sęuire desierit, sępius causa morbi, debilitata virtute, cõcedatur: Si tamen pręscripta Hypocratis, Galeni, & Auicennæ, probatorumque Auctorum omnium sequi volumus: nec in animo est, quosdam nostrates medicos huius temporis imitari, qui nulla veritatis luce vel indagata, vel discussa illustrati, in circulis temeraria hęc verba interdum effutiunt, *doceat quidlibet Galenus, & Hypocrates numquam vinum vbi ferbeat febris exhibebo.* Percunctantibus rationem ex acutam, & doctam eorum responsionem: *malo errare cum pluribus, quàm benè sapere cum paucis.* Et lamentabimur, medicam artem in situ, & squallore iacere, medicos irrideri, nullã fidem vel medicinæ, vel medicis adhiberi? conqueremur hac tempestate salutem, quam infęlices ægroti a medicis imploiãt in discrimen, imperitia ne dicam, an medicorũ negligentia, vocari? dolebimus miseram nostræ ætatis vicem, si omnia probatorum, & illustriũ auctorum præcepta, obseruationes, tam præclara literis consignata doctrinę monumenta pessum ire maximo cum dolore videbimus? Ego certè non miror, si quamplures sint, quibus comodius videatur, se fortunæ potius, quàm medicorum fidei committere; cum videam tantam nescio an

appel-

appellem vecordiam) an insaniam, vt relictis eorum sanè præceptis, qui in hac facultate tanta insudarunt industria, quibusdam minutis doctoribus velimus adhærere.

Eia igitur obsecro vos quicumque libellum istum, qualem qualem euoluitis, imprimisque artis medicæ peritos, velitis (deposita, confidentius dicam, mentis, consilijq; vestri duritiæ) cōmunem istam (hoc solùm nomine certam, vt semidocti loquũtur) constantemq; sententiam horrere, ac detestari, vinumq; saluberrimum illud quidem ęgrotis comendare, imò etiam eisdem proponere bibendum, vt vna cum vino diù cupitam tandem ebibant sanitatem; Quod eo certius præstare potestis, quo plures habetis eosque præclarissimos duces, qui facem præferunt auctoritatis, quos, relatos a me apud vos commendatissimos in posterum futuros confido. Quis enim ille est qui non mauult errare cum Principe Galeno, quàm vera sentire cum omnibus? Etenim ille hoc apertissimè comprobauit.

Quòd si acutulus aliquis insurgat, dicatq; plurimis locis Galenum sequutum fuisse contrariam huic, de qua loquimur opinionem; Credat quicumque ille est, Galenum de calido polyphero; Quòd idem est de vinoso, non de aquoso paucifero, seu oligophoro, quod pluribus ostendimus, sermonem inibi fecisse. Sed satis conquęstum est.

De Febre Pestilenti, & Peste.

DEfiniri potest exquisita pestilens, quòd sit calor accensus in corde, & diffusus per vniuersum corpus, ab vno vel pluribus, vel omnibus humoribus putrescentibus intrà venas continuè, malignè, contagiosè, & vulgariter. In qua definitione primò continetur materia & est *vnus, vel multiplex humor*. Secundò locus, & est *intra venas*. Tertiò modus, & est *putredo*. Quartò inuasionis modus, & est *continus*. Vltimò conditiones pestilentis putredinis, & *sunt malignitas, contagiositas, & vulgaritas*. *Definitur pestilens.* *Definitionis particulæ explicantur.*

Tractabitur primò de materia. Vbi aduertendum est, quòd licèt detur Ephemera pestilens, & hectia pestilens: in omnibus *Aduertēdum primò.*

tamen

tamen necessarium est, humores vel per se, vel per consensum putrescere; nam cum humores regantur potiùs calore spirituũ, quàm proprio, non possunt spiritus, aut membra putrescere, quin quoque inuadant humores.

Aduertẽdum secundò. Aduertendum secundò, quòd multoties vnus, multoties verò plures humores putrescunt; Ratio autem huius diuersitatis partim pendet ab ipsis humoribus, partim ab ipsa pestilentia. Ab humoribus quidem, nã vel per se, vel propter alimenti prauitatem, omnes humores ad corruptelã indifferẽter apti sunt, vt omnes simul putrescant. aliquando verò vnus ad putredinẽ paratus est. Ratione verò pestilentiæ diuersimodè vnus, vel plures humores putrescunt, primò quia Pestis occulta potius, quàm manifesta contrarietate inuadit, eorum verò, quæ occulta proprietate agunt vix potest rationalis, & certa regula assignari; agunt enim iuxta analogiam, siue proportionem, quam ad vnum, vel ad plures humores habent. Et quòd magis mirandum est, non solùm inter humores, sed etiam inter membra, & facultates reperitur. Refertur enim ab Hypocrate, multoties in pestilentijs, corruptis carnibus, nuda ossa remansisse; *2. Epydemiorum sect. 1. & 2.* multoties, genitalibus putredinem inuasisse, quandoque ossa in sphacelum, seu corruptelam mutata fuisse. Inter facultates verò narrat Galenus auctoritate Tucididis, peste affectos solã memoriam amisisse, illæso ratiocinio, & imaginatione. in reliquis quoque membris eadem disparitas obseruata est, vt quod ventriculus attraheret, & coqueret, non tamen retineret, & cõtrà. *1. De diff. feb. c. 4. De diff. symp. cap. 3.* Deinde distinguitur pestilentia, sicut alij morbi secundùm magis, & minùs, nam cæteris paribus leuis pestilentia vnum, vel alterum humorem inficit, fortior verò omnes corrumpere, potest; quàm meritò comparat Galenus igni, solet enim ignis primo paleas, & siccas frondes, deinde virgulta, & tãdem truncos exurere: at maximus ignis sine vlla electione omnia indifferenter deuastat, & vrit; hinc ergò pendet vt pestilentia sæpissimè febrium tertianarum ordinem teneat, corrupta scilicet bile: sæpè quartanarum, corrupta melancholia: & tandem quotidianarum, corrupta pituita: sæpè synocarum, corruptis indifferenter humoribus omnibus: & sæpè nullum typum seruantibus,

Cit. 1. de diff. febr.

Effectus ignis.

Febris pestilens non eũdem tempum semper obseruat.

bus, prout inordinatè quoque ipsi humores in varijs sedibus putrescunt. Et hæc quoad materiam.

Quoad secundum, locum pestilentię assignauimus intra venas. Quod partim probari potest a posteriori, videlicet a continuitate febrili, partim etiam a priori; non enim rationabile est, in tam graui affectu humores existentes in venis a putredine esse exemptos: imò credendum est, illos magis esse putres, quia magis conclusi, & minùs ventilabiles sunt. Putrescunt igitur humores aliquando in magnis, aliquando in paruis venis; vnde modo continentes, modo continuæ febres gignuntur. Patet quoque ex partium affectibus; in aliquibus enim afficitur cor syncope, & palpitatione: in aliqnibus alia membra; atqui inter signa obseruauit Hypocrates, Critonem secunda die mortuum ex nigris pustulis iuxta pedes natis. *Cur humores pestilentialis locū habeat semper intra venas.* *1. Epidemiorum.*

Quoad tertium, necesse est in pestilentia, humores putrescere; nam siue a corrupto aere, siue a corruptis cibis pestilentia oriatur, necesse est ipsos humores putrescere, vtpotè quia ex affecto aere contaminantur, & ex prauis alimentis prauos quoque succos gigni experientia docet. *Pestis semper humores putres supponit.*

Quoad quartum, modus inuasionis continuus dicitur, non enim periculū afferre posset si intermittenter offenderet. Quòd si obijciatur, Hypocratem sermonem sæpè habere de febribus intermittentibus. Respondendum erit non numerare illas, tamquam pestilentes, sed tamquam occurrentes inter pestilentes. *In lib. Epidē.* *Obiectioni satisfit, quæ deducitur ex Hypocratis dictis.*

Quoad quintum, prima conditio pestilentię est malignitas; malignum autem dicitur ex Galeno, quod vitæ periculum inducit, licèt communior sententia sit, malignitatem in Febribus analogicè deductam esse ex malignitate hominum, siue fraudulentia; solemus enim malignos homines appellare qui aliud habent in ore, aliud in animo, quales sunt febres lypiriæ, in quibus maxima est fraudulentia, quòd dum mites esse videntur, lethalia nocumenta apportant, & dum videntur mitescere, acerbius inuadunt. De malignitate hac meliori occasione abūdanter. Breuiter dicendum in præsenti, quibus signis dignosci valeat. *Secundo porretic. 14.* *Febris maligna vnde nomē habuerit.* *Quib. signis dignosci valeat Febris maligna.*

Primò. Primùm itaque malignitatis argumentum est; si intra breue temporis spatium lethalia, & extrema afferat symptomata; significat enim, maximam esse efficaciam putrescentium humorum.

Secundò. Secundò si simul omnes partes vel principaliores maximam offensam recepisse videantur: nam si in principalioribus, & fortissimis, quæ sunt vitæ fundamenta, multò magis deploranda erit conditio partium priuatarum.

Tertiò. Tertiò ex frigore externarum, & internarum ardore; vnde

4. Aph. t. 48. Hypocrates. *Infebribus non intermittentibus si partes exteriores frigidæ, interiores vrantur, & sitim habeat, lethale.* Et

2. Prognost. t. 4. Galenus. *Si caput, manus, ac pedes frigidi sunt, ventre, costisq́; calentibus, pessimum.* Cuius rei causa assignatur ab Auicenna,

4. Can ca 13.

Cur pessimũ signũ sit quãdo exteriora frigent & interiora vrantur.

cum dicit. Quia virtus effunditur ad locum, in quo est læsio, idcirco exteriora a calore relinquuntur Et Galenus: quia fortis inflammatio in profundiori parte corporis, vel Erysipelas euenit; vnde totus ex toto corpore sanguis ad patientem locum trahitur, vt fit in principijs accessionum, &c.

Quartò.

Quando symptomata non correspondẽt morbo lethale.

Quartò, quando morbus non correspondet symptomatibus, vt si maxima adsit febris, & sitis non adsit, quod maximè obseruat Galenus, cum ait; *In febribus ardentibus non sitire aut facultatis appetitricis extinctionem, aut mentis aberrationem significat.*

1. Epid. sec. 2. Com. 77.

Quintò. Quintò, ex nigredine alicuius partis, inducitur enim nigredo extincto natiuo calore, vnde necessarium est, vel partem emori, aut cum parte totum.

Sextò. Sextò, cum leuantur, hoc est mitigantur symptomata sine

1. Porret. t. 20. vlla ratione. quod monet Hypocrates, dicens his, quæ sine ratione leuantur fidere non oportet.

Septimò. Septimò, ex ignorantia propriè conditionis, nam in quouis morbo nullum maius malum est, quàm non cognoscere suum statum.

Secunda conditio pestilentiæ est contagiositas, hoc est infectio, siue contaminatio vnius ad alium: Vbi tria breuiter aduertenda sunt. Primum quid contagium sit. Secundum, quæ sunt eius causæ. Tertium, quæ eius differentiæ.

Quoad

Quoad primum definitur contagium a Fracastorio, quòd sit illatio consimilis morbi a viuente in viuens. Debet itaque primò contagiosus affectus inferri, siue communicari, vt nomẽ ipsum sonat. Secundò inferri debet morbus, siue aliquid morbosi, nam cum aliquod bonum communicatur, cõtagium non dicitur, sonat enim hoc nomen in malam potius, quàm in bonam partem. Tertiò debet esse morbus consimilis; nam contagium inferri non dicitur, si quartanarius scabiosum reddiderit, vel contrà. Quartò requiritur, vt sit a viuente in viuens, nam vt idem ait, non dicitur contagio affecta domus, quæ ardet, communicato igne a domo vicina, nisi methaphoricè.

Quid sit contagium.

Particulæ definitionis examinantur.

Quoad secundum, contagium simile est generationi; in generatione autem simile a simili producitur vi tute seminis, vel alterius, quod seminis locum tenet, vt esset putredo in genitis ex putri; sic etiam semen in contagione requiritur; alioquin nulla assignari posset ratio, quare infectus inficeret non solùm astantes, sed etiam derelinqueret fomitẽ in rebus, quibus vsus est. Est autem semen hoc siue seminarium vaporosum, vel insensibile corpus genitum vel ex putri aere, vel ex putridis cibis, quòd virtutem imprimit generandi simile, quod passus est primus infectus, sicut in seminibus plantarum, & animalium conspicitur.

Quæ sint causæ contagij.

Semen, seu seminarium in cõtagione necessario requiritur.

Quoad tertium, contagij differentiæ multæ sunt. Prima est cum infectio non solùm propagatur in homines, sed etiam in plantas, & bruta. Secunda cum vagatur per totum orbem inuadendo solùm homines. Tertia cum transuolat, & peregrinatur ab vna regione in aliam. Quarta cum derelinquit fomitem in illis rebus, quibus æger vsus fuerit. Quinta quando inficit solùm astantes, & non peregrinatur. Sexta cum requirit contactum diuturnum, & nudarum carnium, vt in scabie euenit. Septima & vltima, quando præter contactum exigitur confricatio tenerarum quarumdam partium, vt contingit in lue gallica, quæ tripliciter tantùm contagium immittit; Coitu videlicet, lactatione, & osculatione. Causa autem harum differentiarum referenda est ad ipsius seminarij diuersam conditionem; nam quando tenuia sunt, & benè compacta transuolant

Quæ sint contagij differentiæ.

Coitu, lactatione & osculatione cõtrahitur cõtagium i lue gallica.

ad regiones diſtantes: cum verò craſſiuſcula, trãsferuntur tantùm ad vicinam; & cum præter craſſitiem habent etiam viſciditatem, derelinquunt fomitem etiam in rebus vſitatis ab infectis: & cum adhuc craſſiora ſunt, non inficiunt, niſi per contactum: Et tamdem cum craſſiſſima & ſordidiſſima, nonniſi confricatione partium tenerarum.

Vltima conditio eſt vulgaritas, quæ quotuplex ſit quoad nomen ſatis dictum eſt ſupra.

Ex his habetur quòd non dicitur Febris peſtilens in primò illo initio peſtilentiæ, niſi cauſaliter; quia ſcilicet infectus poteſt alium, atque alium inficere: ſic etiam qui vltimò infectus eſt, nõ dicitur peſtilenti febre laborare, niſi quia ab infecto infectus eſt. Vnde deduci poteſt, duplicem eſſe peſtilentialem febrem: Alteram, quæ verè peſtilẽtialis eſt: Alterã, quæ peſtifera quidem ſecundùm ſimilitudinem, verè autem peſtilentialis dici non poteſt. Verè peſtilentialis eſt de qua ſupra: At peſtilentialis non vera minimè conditiones recenſitas habet. Primò enim in plurimos non graſſatur; nam videbitis interdum in vrbe aliqua ſolùm vnum, aut alterum tentari peſtifera febre, neque tamen alios vllo modo vexari. Præterea febris hæc non eſt ita lethalis ex ſui natura, quia tametſi accidentia ſimillima peſti habet, caret tamen ea conditione, quòd ſit adeo lethalis; Neque eſt etiam contagioſa, quia ſæpè videbitis laborantes hac peſte tractari diligentiſſimè ab aſtantibus, nec quemquam affici.

Peſtilẽtialis febris duplex & quæ ſint.

Sed hìc dicet aliquis quæ eſt differentia inter peſtem, & Febrem peſtilentialem? Hæc eſt differentia Domini, quòd peſtis præter febrim complectitur & alia morborum genera; nam in peſte omnes morbi oriuntur: Febris autem peſtilentialis nil aliud complectitur, quàm intemperiem ſupra dictam.

Differẽtia inter peſtem, & febrem peſtilentialem.

Cauſæ.

Peſtilens Febris habet omnia cauſarum genera, quæ diximus habere omnem febrem putridam, ex quibus aliquæ veræ cauſæ ſunt, aliquæ potiſſimùm coadiutrices. Veræ cauſæ ſunt

Peſtilentis febris cauſa enumerãtur.

ſunt (Hypocrate teſte, & Galeno) Aer, cibus, & potus, & humores infecti, vel inficiendi.

Lib. de flatib.
1. De dif. feb. c 4.

Aer dupliciter vitiatur, aut ſecundùm ſubſtantiam, aut ſecũdùm qualitates. dicitur vitiari ſecundùm ſubſtantiam, quotieſcumque contaminatur, atque corrumpitur citra frigiditatem, caliditatem, vt aliam excedentem qualitatem.

An aer ſecũdum ſubſtantiã poſſit corrumpi.

Sed objiciet veſtrum aliquis; non videtur, quòd aer ſecũdùm ſubſtantiam poſſit corrumpi. Primò, quia teſtatur Ariſtoteles, àquam quidem, & terram putrefieri, Aerem autem, & ignem non putreſcere. Secundò, quia corruptio, ſeu putrefactio (eodem Ariſtotele teſte) eſt paſſio rerum compoſitarum; Sed Aer elementum eſt, corpus ſimplex; non igitur videtur poſſe putreſcere.

Sect. 25. probl. probl. 20.
4 Metheor.

Reſpondetur quæſito.
Aer dupliciter conſideratur.

Difficultati occurrentes dicimus, Quòd Aer dupliciter a nobis conſideratur; vel vt corpus purum, & ſimplex, vel vt corpus mixtum, & impurum; Si conſideretur primò modo, non putrefit, & hìc aer non ambit nos, ſed proximus eſt globis cęleſtibus. Si autem conſideretur ſecundò modo, dico quòd corrumpitur, & putreſcit ſecundùm ſubſtantiam, & ſic facili negotio Auctoritatibus, & rationibus ſatisfit. Corrumpitur Aer mixtus nõ alia rõne quàm quia ipſi aliqua corpora putrida permiſcentur. Putrida corpora, quæ aeri commiſcentur ſunt multa, & imprimis eſt frequentia pluuiarum, præſertim tempore æſtiuo, atq; hoc eſt, quod notat Auezoar; Conſtitutionem relatam ab Hypocrate, quæ fuit in Cranone, fuiſſe omnium maximè peſtiferã, eo quòd genita erat putrefactio aeris ex largis pluuijs, quæ fuerunt ſub ardoribus. Præterea corrumpunt aerem ſecundùm ſubſtantiam terremotus, & terræ ipſius hiatus. cauſas loculentiſſimè omnium explicat Seneca, quandò quærit; vnde accidat quòd poſt terrę motus, ac eiuſdem terrę aperturas, fiant peſtes. Vna eſt, quia aer diù cohibitus inter latebras terræ corrumpitur, qui poſt terræmotum exiens inquinatus neceſſariò aerem inficit. Quòd aer diù cohibitus venenoſus euadat, facilè colligitur ex foueis frumentarijs; atqui vſi ſunt homines, ſtatim interijſſe, qui imprudenter aerem illud hauſerant, dum foueæ iſtæ aperirentur. Alia cauſa eſt, quoniam in cauernis terræ ſunt

Cur aer mixtus corrumpatur.

Lib. 3 trac. 3. cap. 1.
2. Epidem.

Terremotus, & terræ hiatus vnde eſt, quod acrẽ ſecundum ſubſtantiam corrumpant.

6. Quæſt. natur. cap. 27.

aqua-

In cauernis terræ aquarum frequentissima stagna.

aquarum frequentissima stagna, quæ longa quiete, ac desidia corrumpuntur, vbi fiunt terræmotus, ac hiatus; atque venenati & infecti exeuntes, aerem vitiant. Tertia causa est multitudo exhalationum ignitorum; quoniam ignes, qui latent in terræ speluncis diu detenti, ac carcerati vbi postmodum expirant, aerem vitiant. Inter has causas referuntur & venti, qui ex regionibus pestiferis perflant, & venenatis. Quod animaduertens Empedocles Agrigentinus liberauit populum suum a peste, quia dum obseruasset, pestem illam vehi per ventum flantem inter duos montes, iussit pellibus asininis obstrui ductus montium, quo facto liberatus est Populus. Simili etiam ingenio Varro liberauit a peste Corcinam clausis fenestris ad Aquilonem vergentibus, per quem vehebatur pestis.

Qua ratione Empedocles Agrigentinus liberauerit populum suum a peste.

Qua ratione Varro praeseruauerit Corcinam.

Præter terræmotus, & ventos, sunt alia plurima, quæ aeris substantiam corrumpunt, veluti stagna, & lacus, quorum aquæ, si vitientur, & corrumpantur, vitiant ipsum aerem: Ad hæc cadauera omnium bestiarum dum insepulta manent, & quamquam cadauera hoc agat, verùm tamen magis pestem faciunt hominum cadauera, quæ fame, aut bello interiere; vnde scribit Auezoar, veteres medicos præcepisse, ne homines propè sepulcra habitarent, quia a cadaueribus, & si non pestiferis, emanant semper aliqui vapores pestiferi. Habetis igitur quomodo aer corrumpatur secundùm substantiam. Corrumpitur verò secundùm qualitates, & corruptus pestem inducit; hac ratione quia qualitates actiuæ aeris, vbi modum excedunt corpora humana perturbant, & agitant; perturbata corpora magis exponuntur suscipiendæ pesti.

Hominũ cadauera, quæ fame in bello periere maximè pestem inducunt.

Lib. 3. tract. 3. c. 1.

Qua ratione aer secundum qualitates corrumpatur.

Cæterùm dicet aliquis, quæ sunt istæ alterationes aeris secundùm qualitates, pestem causantes? Præcipuæ alterationes, quæ hoc faciunt sunt illæ, quibus aer nimis calidus, & humidus euadit. Locupletissimum huius rei testimonium habetis apud Galenum, qui 1. de temperamentis 4. Ex auctoritate Hypocratis docet, Aeris alterationem ad calidum, & humidum esse pestiferam; & ratio huius est, quia cum pestis sit soboles putredinis, & putredo a calido, & humido oriatur, iure meritò calidũ, & humidum aerem sequitur pestis. Secundò loco est alteratio

2. Epidem.

Cur aer calidus & humidus disponat ad pestem.

aeris

aeris ad calidum immodicum; cuius rei testimonium affert Galenus, vbi exemplo illius pestis celebratissimæ apud Athenienses relatæ a Tucydide, dicit immodicos aeris æstus pestem inducere. *1. De diff. feb. 4.* *Cur nimis calidus aer pesti sit obnoxius.*

Sed hic notandum non semper ratione aeris, & regionis austrinæ inuehi pestem; sed multoties propter hominum negligentiam, qui in emundandis vijs, ac expurgandis plateis, & domibus sunt tardiores, vt obseruare licet in vrbe Cōstantinopolitana, & Lutetia parisiorū, in qua pestis sæpè viget propter sordes, & lutum continuum marcidum illum quidem. *Nota.* *Sordes & lutum marcidus pestem inducunt.*

Plinius obseruatum esse testatur, Pestilentiam semper incipere ab austro, a meridionalibus plagis, & ad occidentem inclinare; qui etiam scriptum reliquit, pestē ferè semper per hiemem vexare, atque ternum mensem non excedere. Sed aduersus hanc Plinij sententiam est Auctoritas Auicennæ, & experientia. Auicennas scribit, ferè semper pestem tentare inferiorem hunc mundum, vel in fine æstatis, vel in autunno. Cui sententiæ videtur adstipulari ratio, quia tempore autunni corpora humaua sunt magis infirma, relaxata, & aperta ob præcedentes ardores. Est etiam contrà Plinium experientia, quia referunt Auctores, pestem interdum durare quindecim annis; Et Euagrij quinquaginta annis durasse scripta testantur. *Lib. 7. ca. 50.* *Plinij sententiam refellit Auicennas.* *Cap. de febr. pestil.* *Quinquaginta annis durasse testatur Eugerius.*

Pro veritate huius rei assequenda statuimus, morbos omnes omni tempore fieri, sed hos magis in hoc, illos verò magis in illo; Quapropter de peste idem dicetur, excitari scilicet posse semper, sed magis autunno; Quid ergo de Plinio, qui scribit ferè semper hieme? Dico, quòd pestis potest considerari vel secundùm initium, vel secūdum vigorem: si secundùm initium frequentissimè inchoat autunno, vel etiam vere: si secundùm vigorem, vigor est in hieme, vel principio hiemis, ita quòd Plinium, & Auicennam rectè dixisse putandum erit. *Pestis omni tempore excitari potest sed magis in autunno.* *Plinij auctoritas saluatur dicētis, pestem excitari maximè in hieme.*

Ad alteram Plinij sententiam, dicentis nō excedere tertium mensem, Respondemus, quòd nisi intelligatur, pestem in vnō loco tres menses durare, falsissima est eius sententia: sicuti verùm est, pestem vnum locum non nisi per tres menses in summo vigore affligere; quia si pestis amplius duraret, necessariò totà *Plinij sententia explicatur.*

vrbs

vrbs hoc tempore periret. adeo quod sententia huius viri sit ita intelligenda.

Opinio Astrologorum circa pestem. Astrologi (quos quandoque sequutus est Auicennas) inter causas externas primum locum tribuerunt influxibus cęlestibus, dicentes, quòd certi planetæ, & certa astra vbi se se quodã pacto mutuo aspiciunt, ita alterant hęc nostra elementa, vt pestem, atque incendia immittant. Atq; adhoc ęxistimandum inducuntur tali ratione, quòd scilicet videmus, aerem hunc no-*1. Methaph.* strum (vt docet Aristoteles) suppositum esse lationibus cęlestiũ orbium, & indè gubernari, quasi quòd quemadmodum frigora, & calores nobis fiunt a syderibus; ita quoque deberi fieri *Lib. 3. contra Astrologos. Picus Astrologorum sẽtẽtiã dãnat.* pestem, & alia morborum genera: Sed Astrologorum hãc sententiam confutauit Picus, vbi scribit, nõ valere Astrologorum rationes, quòd si gubernentur hæc inferiora a syderibus, ab ipsis etiam fiant morbi quia corpora nostra gubernantur, & conseruantur a natura rectrice: neque tamen dicendum est, quòd facultas rectrix faciat morbos: sed morbi fiunt ex incompositione, & dissonãtia ipsorum humorum. Sic inquit Picus, & rectè, non fiunt pestes a cęlo gubernante aerem, sed fiunt ex vitio *Qui cibi disponant ad pestem.* elementorum, ex aeris ipsius alteratione, & corruptione. Cibi, & potus, qui sui natura faciles sunt ad corruptelam, vt caseus, herbarum radiculæ, legumina, & cerealia omnia putrida, sic etiam putris aqua, putreque vinum, & ista febrem pestilentem excitant. Somnus etiam diuturnus, & potissimum in locis non ventilabilibus, & benè apertis, humidis, & putredinem inferẽtibus: sic etiam vita otiosa, vnde minùs incurrunt in similes affectus illi, qui exercitatam vitam ducunt. Excretiones tamdem omnes retentæ, & inter animi affectus timor, & męstitia pestilentem febrem procreare quandoque & valent.

Deus ob peccata quãdoque pestem immittit. Auezoar vir pius inter causas externas posuit Deũ immortalem. & certè non possum negare, quin Deus, vt in lege veteri habetur, propter peccata hominibus pestem immittat; indè ad placandam iram eius in tali occasione humiliter homines ei pręces fundunt.

Internas causas constituimus humores omnes, vnum, vel plures.

De

De ſpiritibus, & ſolidis partibus maxima eſt inter medicos controuerſia. Conciliator differentia 94 non accendi febrem peſtilentem in ſpiritibus ſibi perſuadet, quod etiam probat quatuor argumentis.

Primum eſt. Febris peſtilentialis oritur ex putredine: at ſpiritus corpus calidum, & ſiccum eſt; ergo. Secundò, quæ in perpetuò motu ſunt putredinis ſunt expertia: tales autem ſunt ſpiritus; ergo. Tertiò Febris, quæ excitatur ex ſpiritibus, vtpotè Ephymera ſalutaris eſt: contrà peſtilentialis mortifera; ergo. Quartò Febris Ephemera non pertranſit tertium diem: at Febris peſtilentialis ad decem, & ſeptem dies prorogatur quandoque; ergo.

Probat quatuor argumẽtis Conciliator, non accẽdi febrẽ peſtilentem in ſpiritibus.

Sed contrà hanc opinionem inſurgit Ariſtoteles, qui 4. Metheorum docet, omnia putreſcere præter ignem; vnde colligitur, & ſpiritus etiam poſſe putreſcere. Adhoc febris anglica eſt febris, quæ iugulat ferè omnes vna die; quod fieri haud poſſet, niſi putredo ingens in ſpiritibus collocaretur.

Contra Conciliatorẽ Ariſtoteles probat accẽdi febrem peſtilentialem in ſpiritibus.

Vos Domini, vt exactam huius difficultatis reſolutionem habeatis recurrere ne pigeat ad ea, quæ ſcripta legũtur in Mercuriali cap. de Febre peſtilentiali, vbi etiam palam vobis manifeſtum fiet, & determinatum, num vlla Febris peſtilentialis poſſit hectica dici.

Quoad habilitatem ægrotantium, illi facillimè in peſtem incidunt, qui temperamentum inſitum, vel aduentitium calidum, & humidum habent, corporis habitum denſum, obſtructum ſortiti ſunt, & impuris ſuccis redundantem.

Qui habiles cenſentur ac diſpoſiti ad febrem peſtilentialem.

Sed hic dubio vertitur, an denſa corpora ſint magis ad peſtem diſpoſita, quàm rara. Ex vna parte fuit Galenus, qui hanc viſus eſt habere ſententiam, quòd ſcilicet corpora denſa, & obſtructa magis ſint peſti expoſita, quàm rara. Ex altera parte Auicennas ore aperto fatetur, corpora rara magis tentari peſte, quàm denſa.

Quæ corpora ſint magis diſpoſita ad peſtem denſa ne an rara.

1. De dif. febr. c. 5.

Pro ſolutione difficultatis duo notanda proponũtur. Vnum eſt, peſtis, ſeu cauſa peſtifera duplex extat; interna ſcilicet, & externa. Alterum, quòd aliud eſt eſſe corpus denſum, & adſtrictum a natura; aliud eſt eſſe corpus tale ab accidentibus;

Nota.

His constitutis dico, quòd corpora densa ex natura magis exposita sunt pesti, quæ fit ab intrinseco, quàm corpora rara secundùm naturam. Et ratio in promptu est, quoniam corpora densa a natura sunt minùs perspirabilia; vnde in ipsis effluuia quotidiana retineri solent: retenta verò putrescunt; atque febri occasionem præbent. Corpora vero rara cum habeant perspirationem maiorem, si quæ fiunt in ipsis putrefactiones pauciores sunt, & minores eo quia propter raritatem magis difflantur, minùs putrescunt. Corpora verò, quæ densa sunt per accidens, exposita sunt non tantùm pesti, quæ ab externa causa fit, verùm etiam illę, quæ ab interna. Ratio est, quia talia corpora magis videntur repleta, & vitiosa, quàm rarefacta, & laxa.

Sexus fœmineus item dispositus est ad pestem, & qui habitat Regionem calidam, & humidam, & copiosis aquis irrigatam.

Num sexus fœmineus, an masculus magis pestilentiali febri expositus sit.

Sed hìc etiam de sexu controuertitur, non enim de fuerunt ex Auctoribus, qui mordicus defenderint, sexum virilem magis expositum esse febri pestilentiali, fœmineo; Contrà fœmineum virili docent multi. Vos Domini, hanc litem ita dirimite cum Hypocrate; quòd non omnia semina pestis proportionata sunt omnibus corporibus, quia interdum efficitur pestis in qua magis viri vexentur, quàm mulieres; Interdum magis vexantur mulieres, vt relatum est a Dyonisio de peste, quæ Romæ sub Tarquinio vexabat magis Virgines, & prægnantes quàm alios homines. sic etiam videbitis interdum magis viros infestare; idque non aliam ob causam, nisi quia semina illa pestis, ita vocata a Lucretio, aut inquinamenta modo magis proportionata sunt corporibus virilibus, modo fœmineis.

Lib. de flatibus.

Vnde est, quod pestis aliquando magis viros, aliquando verò magis mulieres infestet pregnantes & Virgines.

Ætas quoque & ipsa disponit ad pestem; Pueri enim quamuis habeant facultatem robustam, quæ maximè aduersatur iniurijs externis, quoniã verò natura calidi, & humidi sunt, ideo omnium maximè sunt obnoxij febribus pestilentialibus, atqui habent principium internum efficacissimum efficiendi putrefactionem. Secundò loco adolescentes, & iuuenes, omnium minimè senes; immò refert Plinius putatum esse antiquitus, senes pesti-

Pueri omnium maximè sunt disposita ad febrem pestilentiale & non sine ratione.

Lib. 7. c. 50.

pestilentibus morbis non tentari. quod licèt perpetuò verum non sit, non est tamen prorsus a ratione alienum, partim quia senum corpora exiccata sunt, partim quia propter vitæ prudentiam minus scatere solent putridis excrementis. *Senes morbis pestilentialibus non tētari docet Plinius.*

Signa.

DIgnoscitur febris pestilens primò a calore præter naturā. Est autem calor hic quoad primum in occursum lenis, mitis, & in externis partibus frigoris imaginem repræsentans; at post longum tractum acer, & mordax fit; & quantò intimior sentitur, tantò magis acredinem, & mordacitatem refert. *Quib. signis febris pestilētialis dignoscatur.*

Secundò dignoscitur a temporibus accessionis, Incipit enim febris hæc sine vllo refrigerationis signo, qualem diximus in putridis intermittentibus; sed pedetentim incipit, referendo scilicèt pallorem, extremarum liuiditatem, totius corporis incontinentiam, & sæpè etiam animi defectum, perdurat ad septimum diem, raiò verò ad decimum quartum, quamplures tamen necat prima, secunda, tertia, & quarta die; finitur vt plurimum ad mortem; & aliquando ad salutem sequente vomitu, aut secessu compacto, & fœtido, aut percutem apparentibus maculis, quas Græci exantemata, vulgò verò dicuntur pasticij, de quarum differentijs in Prognostica.

Tertiò, ex symptomatibus, qui pestilēti febre laborat, emaciatur, pallescit, liuescit, & totius corporis incontinentiam tremorem patitur, loco stare non potest, & in omni situ pessimè se habet, Inappetentia vexatur, siti vel nulla, vel maxima: Linguam aridam, & nigram habet, vomitū biliosum, æruginosum, aut summo sopore corripitur, post quæ accedente conuulsione, aut syncope moritur. Aluus aliquibus supprimitur, aliquibus verò immoderatè fluit, & lyenteria superuenit, multis verò fluxus colliquatiuus appellatus; in quo scilicet excernitur aliquando adeps.

Quartò, ex pulsibus, sunt autē pulsus inter primas dies parui, languidi, inordinati, celerrimi, & frequentissimi formicantibus, vel vermicantibus similes. Sæpè etiam laudabiles obser-

uantur ex Rasi, cum videlicet Febris malignitate potiùs, & occultis vitijs, quàm intemperie cor labefactat.

Quintò ex vrinis, quæ vel tenues, & aquosæ sunt, maximãque cruditatem referentes, vel turbidæ, crassæ, liquescentes, nigricantes, adipem, aut (vt idem Rasis ait) laudabilem concoctionem referentes, de qua loquens Hypocrates. Pulsus bonus, vrina bona & æger tendit ad mortem ait.

In Epid. mijs.

Rasis taxatur.

Sed hic Rasis taxandus venit, cuius dictum, haud fundamentum in re habet; nam enim de mẽte classicorum docuimus, pestem fieri ex larga, & intensa putredine; fabulosum est ergo asserere, malignitate potiùs, & occultis vijs in talibus febribus cor affici.

Difficultas proponitur. 3. Epidem. com. 3. t. 58. 9. Simpl. cap. de bolo Armeno.

Sed statim insurget aliquis auctoritate Hypocratis munitus, & Galeni, qui ad rem nostram, ait quòd tradebatur bolus Armenus cum vino vinoso ijs, qui erant sine febre, qui grauius verò febricitarent admodum aquoso; vnde concluditur in ea peste repræsentata a Galeno, non semper ad fuisse febrem; ergo falsum esse videtur id, quod diximus, Pesti semper coniungi intensam putredinem, & febrem.

Soluitur difficultas.

Ad obiectionem respondemus, quòd pestis dupliciter intelligi potest; vel pro morbo incipiente, vel pro morbo facto, & consumato: Si pro morbo incipiente accipiamus pestem, dico verùm esse quòd non semper pesti incipienti copuletur febris; vt ex eodem Hypocrate deducitur, quo in loco docet Hypocrates, & Galenus assentit, morbos pestiferos quandoque sequi febrem, quandoque antecedere, quandoque incipere cum febribus.

Quando pesti copulatur febris. Cit. 3. Epid. tex. 27.

Receptui igitur canentes dicimus, malè loquutum fuisse Rasem, qui reddens rationem cur in febre pestilentiali pulsus, & vrina sint interdum simillima sanis, determinauerit, id prouenire quia febris malignitate potiùs, & occultis vijs, & putredine cor afficit. Nec audiendi sunt Dinus, Conciliator, Iacobus de partibus, Gentilis, dum hunc eumdem nodum euoluere conantur, nam meo iudicio a veritate aberrant.

Dini sententia de immunitione vrinæ & pulsus. Cur in febre pestilentiali aliquãdo vrina esset simillima vrinæ sanorum.

Dinus Auctor grauissimus cum assignat causam, cur in febre pestilẽtiali pulsus, & vrina sint sanis simillima, dicit, quòd

calor

calor natiuus, humores, & ipsius cordis substantia parum mutata sint; vnde cum pulsus sit actio cordis, eo parum mutato parum etiam mutatur pulsus; sic igitur cum calor natiuus parum mutatus sit, non fit agitatio in massa sanguinea, & ideo vrinæ non mutantur.

Sed hæc sententia (ni fallor) nō est benè fundata; quia febris pestilens, in qua pulsus est similis sanis præsertim est hectica: in hectica magnoperè est mutata substantia cordis; vnde non est dicendum, quòd pulsus non mutatur, quia status cordis non mutetur. Prætereà videmus quòd in pestiferis febribus interiora vrūtur, exteriora frigent, quod si ita est, quomodo negare possumus, quin calor corporis sit vehementer mutatus?

Dini sententia non admittitur.

Conciliator, vt huius rei causam redderet, dixit, naturam in morbis pestiferis deterreri materiæ malignitate: deterritam nō audere contrà ipsam insurgere, & proptereà cum non insurgat contrà eam, relinquere immutatos, & pulsus, & vrinam.

Conciliatoris opinio sit de immutatione vrinæ & pulsus.

Sed neque hæc ratio satisfacit duplici de causa. Prima est, quia natura non videt, non cognoscit, qui igitur fieri poterit, vt eam dicamus deterreri? Altera ratio est, quia a natura comparatum est, vt semper facultas corporis nostri insurgat aduersus causas noxias, atque eas repellere tenetur. non est igitur dicendum, quòd natura non audeat contrà ire veneno.

Differētia 94 Reprobatur opinio Conciliatoris.

Iacobus de partibus, & Gentilis de Fulgineo aliam sequuntur opinionem. & dicunt, in peste aerem venenatum latenter inducere venenum in cor sub quodam calore tepido, quod venenum prius iugulat homines, quàm se se prodat; atque adhoc confirmandum vtitur multis exemplis, quibus probare conatur, homines in peste perire absque quo morbus vllus appareat.

Iacobi de partibus opinio.

Sed hæc responsio multas similiter patitur difficultates. Vna est, quia sæpè homines non latenter, & paulatim ab hoc veneno inficiuntur, sed statim sani pereunt; Quod argumentum est, venenum magno impetu aggredi corpus nostrum, & non paulatim. Altera est, quia non est verum, quòd venenum prius iugulet, quàm se prodat, quia sæpè homines peste detinentur per plures dies, & tamen indicijs certis cognoscuntur laborare

Nō recipitur sententia Iacobi de partibus.

pestę; Similiter præter pulsum, & vrinam sunt multa alia signa, quæ pestilentialē febrem demonstrant, vt fluxus colliquatiuus, delirium, virium prostratio, & eiusmodi. Quapropter videtur mihi Galenus, veram huius rationem docuisse; nam 3. de presag. ex pulsibus 4. cum cognouisset præsentem difficultatē scriptum reliquit, non aliundè fieri pulsus similes pulsibus sanorū, nisi quia in pestilentiali hectica (in qua id obseruatur solummodo) substātia cordis solida a calore putredinali occupata est, humores, & partes cordi vicinæ frigidæ sunt: ex harum partiū frigiditate, & ex calore cordis efficitur quædam moderata caliditas, quæ pulsum ipsum nequaquā mutat. Possumus huic causæ addere, & aliam a Galeno allatam, fieri scilicet pulsum moderatum in febre pestilentiali, qua virtus est debilis, & necessitas euentationis est magna; Ex necessitate magna, & virtute debili fit quidam moderatus motus, qui reddit pulsum similem pulsui sanorum. Luculentissimum huius rei affert exemplum de viro debili, quem sectentur Lictores. Vir iste (aut) qua debilis est non potest currere: quia tamen Lictores ipsum vrgent, conatur fugere; vnde ex necessitate, & imbecillitate, ambulat medio quodammodo. Sic Galenus inquit vbi virtus est debilis, & necessitas magna, fit moderatus pulsus. Et hæc circa pulsum.

Opinio Galeni recep: ssima.

1. De cauf. pulß.

Exempli s. ū sententiā explicat Galenus.

Quoad vrinam, statuendum quòd in pestiferis hecticis non multum facultas naturalis infirmatur; tum quia in solidis cordis partibus ista febris viget, tùm quia parum durat; cum ergo naturalis facultas parum sit perpessa, iure vrinæ, quæ regulantur, & gubernantur ab hac facultate non mutantur.

Diximus de mente Galeni dignosci febrem pestilentialem primo a calore præter naturam, qui primo occursu lenis, & mitis est; Cuius tamen oppositum scripsisse visus est, qui de maxima quadam pestilentia verba faciens in hæc incidit. Quidam indè ab initio ad finem vsque, Alij per totum morbum probum pulsum habebant, qui per parum deflexisset a natura, qui quidem præter ceteros periere; animaduertissimusque eos primis statim diebus, & pestilentia laborare, & pessimè affectos esse ex acredine caloris, atque ipso caloris genere. Pro hac euacuanda difficultate, & vt Galenus secum ipso conciletur

3. De crisib. 14.

9. Simpl. c. de ter. san.

6. De morbus vulgar.

3. De præsag. ex pulsibus.

cilietur

citetur, supponere oportet, febris pestilentialis calorem acrem esse, quemadmodum de mente Galeni dictum fuit, non quia a maiori, quàm reliquæ febres oriatur putredine; sed quoniam ipsius pernicies a venenata qualitate emanat, quæ ea obsidet, atqui acres admodum vapores suboriri necesse est; Acer præterea, atque erodens percipitur, quoniam igneus est; neq; humiditate perfunditur, vt in constitutione naturali, aut etiam in alijs febribus quibusdam; Quando verò, & non vehemens admodū in ipsis dicitur esse calor, id duplici de causa esse potest, vel enim quia profunda admodum fit putrefactio, in qua acrimonia omnis multum obtunditur, & hebetescit, multò humore simul euaporante, lentoremque inducente, vel etiam quoniam huiusmodi in febre affecto, inquinatoque corde ipsius etiam intemperies, & virium præcipuè vitalium imbecillitas sequitur, facultasque per venas, & arterias influi solitas transmitti per ipsas non permittitur, qua non transmissa vehemens calor esse nequit, quod etiam in causa est cur ne ipsi quidem peste laborantes febrem sentiant, quòd sensus illi magnoperè obtusi sint obsepti tanta putredine, in qua virtutes non solùm dissoluuntur; sed nec transmittuntur ad sensitiua membra: Non vehemens quoq. esse dicatur biliosarum febrium respectu, in quibus acrimonia, feruor sentitur, membra exuruntur, sitis vexat, ariditas linguæ fit, quoniam igneum est quod euaporat, & siccum, propter quod nec contagionem facit, quoniam non agglutinatur, quamquam magnæ actionis sit. Longè itaq; diuersam putrefactionem ab alijs febribus pestilentiales faciunt; siquidem in alijs superficialis quodammodo fit putrefactio, non profunda, & atque in ijs superficiales magis particulæ euaporant calidæ, & siccæ, propter quod nec contagiosæ sunt; in his autem profundissima, quod quidem idcirco accidit, quoniam seminaria non paruæ actionis sunt, quemadmodum simplices vapores, sed longè maioris, propter fortem mixtionem, propter quā nec citò, & facilè alterantur, sed prostant, & actionem continuant ob lentorem, aut agglutinantur valdè illi humori, ad quem analogiam habent, in quem incumbentia citò dissoluuntur actiua multum cum fine, & humida ad quod non

Cur febris pestilentialis calor plus iusto acer & mordax sit.

parum

parum adiuuat spiritualis antipathia, quæ naturalem calorem fugat; atque propellit, a quo destitutus humor citò contrahit putrefactionem profundam. Fit etiam putrefactio illa non profunda solùm, sed & valdè longa, hoc est multarũ partium, quoniã seminaria hinc indè dispersa sunt; & hæc alia ceu sobolem generant, illa aliam; Intelligere eo modo possumus Galenum, Aetiumq; pestilentium febrium calorem non admodum vehemẽtem esse scribentes, vt primo manus iniecta debilis profecto percipiatur calor, quoniam exiccatam per cutim non transmittitur, exiccata nempè condensatur; Vbi autem manus temperatæ calore rarefacta est, emergit demum, qui prius latebat calor, & se se profert; sic itaque non admodum vehemens, atq; etiam acer pestilentium febrium calor esse potest. Et de signis, quæ febrem pestilentialem comitantur dicta sint satis, quæ verò futuram febrem pestilentialem demonstrant, & pestem ipsam infra docebimus.

Signa pestis manifestissima. Primùm itaque cœli aspectus considerare oportebit; nam licèt pestem interre non posse dictum sit, aerem tamen ea alteratione disponunt, qua facilè in perniciem, & in lethalem dispositionem deuenitur. Præterea calida, & humida aeris temperies vbi intempestiua sit, pestis signum manifestissimũ est, quod demonstrat Hypocrates ad initium illius pestis, dicens; *Carbunculi in Cranone æstiui, pluebat in ardoribus aqua longa.* *2. Popular.* Similiter futuram pestem indicat, ignium cœlestium frequẽs apparitio, quando scilicet frequenter in æstate videntur capræ saltantes ab Aristotele relatæ, Trabes, & columnæ.

Sed dicet aliquis, qui fieri potest, vt hæc signa indicent pestem; argumenta enim sunt maximæ siccitatis: siccitas autem pesti est aduersissima.

Respondetur quæsito, huiusmodi ignes necessario indicare multitudinem vaporum: vbi verò multi vapores præsertim tẽpore autunni congesti fuerint, cum non possint regulari a calore solis corrumpuntur, & aerem inficiunt; Indè Aristoteles 1. sect. problem. 10. Indicia esse pestis futuræ testatur. sic & cadauerum multorum corpora non sepulta, atque locustarum multitudo aquis non fluentibus intersecta; ibidemque putrescens:

Idem

Idem quoque prædici potest ex oleribus putrefactis, ex aquis stagnantibus, in quibus maceratum fuerit canabis, linum, corium, & similia. Pari etiam ratione ex lacubus, & paludibus stagnantium aquarum, & colluuie fœtidorum excrementorum; Item ex vaporibus exitialibus è terræ visceribus erumpētibus. Signum item futuræ pestis euidentissimum est, ranarum, muriūq. multitudo insueta; cuius rei ratione quærens Arist. 1. sect. probl. Idcirco dicebat ab his animalibus significari pestē; quia vbi hæc animalia apparent indicium est, magnam humiditatem abundare, & consequenter magnam putrefactionem; a qua suboriri pestem, nemo inficiabitur.

Plutharcus, auctor grauissimus in lib. de defectu oraculorū scribit, medicos inter signa pestis futurę hoc etiā habere, quando muscæ multum abundant. propter quod Plinius lib. 10. Scriptum reliquit, Eleos Populos consueuisse inuocare Deum quendam cum ingens muscarum copia pestilentiam conferentium eos infestaret. Democritus inter alia signa pestis hoc etiā tradit, quando post magnam famem sequitur magna abundantia; Cuius rei ea forsitan est ratio, quia homines, qui propter famem magnam molestiam substinuerūt, vbi abundantissimis replentur cibis, tunc cruditates coaceruant, matres putredinis, & Iliadas omnium malorum.

Muscarū copia signū euidentissimum pestis.

Cap. 28.

Quando post famem pestis.

Præterea quando mures, & alia animalia subterranea terrarum latebras fugiunt, & in superficie apparent, imminentem pestem demonstrant. Et ratio huius est, quia cum hæc animalia fugiant proprias latebras, id facere putandum est ob inimicam quamdam, & venenatam conditionem, quàm intrà terrā sentiebant; quæ venenata qualitas de facili aeri communicatur, atq; ita eum inficit, & vnà simul signum, & causa pestis est. Vbi Annonæ caritas est bella; & strages ibi & pestis viget. tritum enim prouerbium est, *sequi semper post famem & bellum, pestem*. Morbilli tamdem vari, aliaque exantemata, quæ omnia (cum signa sint deterrimæ putredinis) rationi consentaneū est, vt indicēt pestem; quia vbi putredo maxima in corpore, vel ab aere fit, vel aeri communicatur. Possumus dictis addere & aliud, quando scilicet homines vita regulatissimi, & sobrij sub-

Cur animalia fugiāt propias latebras quando pestis imminet.

Quādo homines vita regulatissimi incidunt in morbos pestis iam proxima est.

stinent morbos pestiferos; nam refert Phylostratus lib. 8. in vita Apollonij Tyanei, virum Ephesijs prædixisse futuram pestem; non alia ratione, nisi quia cum ipse, qui sobrius viuebat captus fuisset peste, auguratus est, & magis alios esse capiẽdos, atque id sibi vitio aeris aduenisse; vnde non solùm prædixit pestem, verùm prædictionem etiam pestis sequuta est. Quæ omnia expendisse oportebit, vt præueniatur more Hypocratico, quo Ethyopicam luem mira prouidentia in propria patria prę- cauit. Interest præterea nosse, quando initium pręcognitum, futurum sit cœli, aeris, vel aquæ, aut terræ occasione, vt facilius præcaueri possit. quod sanè facilè nosces: nam vt Aetius aduertit cap. proprio. Si aer nos ambiens pestilens reddatur cęli causa, volucrum generis prior interitus erit. Si verò ex prauis de terra exhalationibus id contingat, quadrupedum animantium prior corruptio fiet. Quod si ex aquarum vitio id contingerit pisces emori videbuntur: Cæterùm si neutrum ad fuerit, coniectabile est, ob hominum alimenta, vel contagiosas vestes id malum accersire.

Hypocrates ĩ ꝓpria patria precauit pestem.

Quibus dignoscãtur pestẽ vitio aeris, vel cœli, vel terræ futuram.

At præsentem, & iam incipientem, antequã populariter grassetur, cognoscetis pestem, quòd in ea omnia accidentia signaq; horrendissima appareant, varia & indefinita; atque nihil certi habentia, vt Aetio, & Paulo visum est; Præterea quando Ros, qui a cœlo descendit, lethalis, clarissimum, & manifestissimum signum, pestem adesse. Cognoscitur autem, lethalẽ esse hoc pacto, si colligatur, & vel in pane, vel aliquo alio obsonio, cani offeratur, & canis eo comesto interierit. Aliud signum est si hominum corpora præter consuetudinem ignaua sint, & pigra; & ignauia, & pigrities longo tempore perdurent. Ratio huius est, quia cum aer morbidus, & pestilens sit vbi corpora ingreditur labefactat vires.

Lib. 5. cap. 15.

Quibus dignoscatur Ros ẽ cœlo descendens lethale esse.

Cur corpora ignaua ꝑter consuetudinẽ pestem adesse demonstrent.

Quando sol dum exoritur calidus est, aeris color veluti luteus, obscurus, sydera etiam proprium lumen non habent, non solùm homines infiniti; verùm etiam & bruta animalia, & aues pereant, tunc temporis pestem vigorem accepisse pro comperto habeatis.

Quãdo pestis vigorem accepit.

Sed hìc difficultas oritur num bruta capiantur peste. Atqui Demo-

Num bruta capiantur peste.

Democritus fuit huius sententiæ, quòd bruta non capiantur peste, adductus hac auctoritate, quia Atomi, quibus conflata sunt bruta, sunt valdè diuersæ ab ijs, ex quibus componitur homo: Democriti sententiam sectatus Hypocrates lib. de flatibus, huius videtur fuisse opinionis, quòd bruta non capiantur peste; quia inquinamenta, seu semina, quibus inficitur homo propter aerem non sunt brutis inimica, vt sunt homini. *Sententia Democriti.* *Hypocratis sententia.*

Cæterùm Aristoteles contrariam tuetur opinionem, atqui testatur ibi, quòd vt homines ita & bruta capiuntur peste. Adhæret opinioni Aristotelis Homerus; qui non solùm videtur sentire, bruta capi peste, verùm facilius quàm Homines. & Seneca suarum quæst. tres causas adducit, propter quas bruta magis tententur peste, quàm homines. Vna est, quia vtuntur aquis in maiori copia, & indiscriminatim, quàm fortasse pro ratione esset. Secunda, quia liberiori aere gaudent, sub diu enim die, noctuque viuunt, copiosissimè aerem trahentes, materiam pestis. Postremò quia bruta terram semper demissis capitibus intuentur, & halitus terreos omnium facillimè attrahunt, & propterea cum isti halitus sunt venenati, & pestiferi, iure citiùs inficiunt bruta, quàm homines, qui recta figura astra, cœlumque aspiciunt, iuxtà illud Ouidij. *Aristotelis sententia. 8. De Histor. animaliũ 19. Homeri sententia. Cap. 26. Cur bruta magis tententur peste quã homines in opinione Seneca.*

Cætera cum spectent animalia, pronaq; terram
Os homini sublimè dedit, Cœlumque videre;
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Ad hanc difficultatem breuibus, præmissa distinctione, responderi potest. Aut enim pestis magna est, aut parua. Si parua, numquam ab illa capiuntur bruta: si verò magna, capiũtur. Et ne hoc videatur a nobis gratis esse assertũ: Ratio huius est, Domini, quia bruta ex intrinsecis principijs semper sunt minus disposita ad pestem, quàm homines. Præterea pestis, qua bruta plurima interierunt sub Imperatore Comodo (vt refert Herodianus) omnium sæuissima, & maxima fuit. *A parua peste bruta non capiuntur. Cur bruta a magna peste capiantur a parua verò minimè. Cur Bruta minus quam homines sint pesti obnoxia.*

Sed dicet aliquis, vnde colligo, bruta ex intrinsecis principijs minùs, quàm homines pesti esse obnoxia? Respõdeo quia plurimo vitæ tempore bruta saniora viuunt, minus sunt excrementosa. Et ratio apertissima est, quia plus exercentur; Mo- *Cur bruta minus excrementosa sint.*

tus enim viuificat, Otium tabefacit; Vno genere potus vtuntur, cibis vescuntur simplicissimis, quod quanti faciat ad salutem ex Celso colligitur, testāte melius est simplicibus cibis vti, quàm multis & varijs. Contrà homo vt plurimum vitam luxuriosam degit, neque vno genere cibi, vel potus est contentus, adeo quod (vt diximus) ratione principij intrinseci non capiantur bruta a peste parua.

Melius est simplicibus cibis vti quam varijs.

Tandem inter cætera signa, quibus signatur pestis, a multis hoc signum signatur, quando pisces mortui plurimi supernatant aquis: Verùm circa hoc signum aduertatur, quòd (Aristotele præcept. 8. de Historia animalium) pisces pestilenti morbo numquam grauantur, duas ob rationes: Vna quia mare (eodem Aristotele teste) non putrescit, vt neque eius animalia possunt putredine capi. Alia ratio, quia si peste tenerentur, profectò id illis aduenirret vel occasione aquę, vel aeris: nō propter aquam quia non putrescit: non propter aerem, quia pisces non respirant ex communi omnium consensu; ergo.

Cur pisces pestilēti morbo non grauentur.
Cap. 19. et 20. 4. Meteor.
Aqua salsa nō putrescit.
Pisces non respirant.

Sed instabit aliquis, si pisces non tentantur peste, quid dicendum de signo ab istis relato? Dicendum Domini, quòd quo tempore pestis animalia infestat, etiam pisces morbis proprijs quibusdam languent; atqui vt ibi narrat Aristoteles, & pisces proprios habent morbos, quibus iugulantur: sed cur eo tempore ægrotent pisces, iudico, quia aer putridus ingreditur mare, & quamquam non ingrediatur corpora piscium, tangens tamen extrinsecus eos, in causa est, vt langueant. Et de signis præsentis pestis satis.

Pisces & ipsi proprios habent morbos.

Quæ significant pestiferas omnes febres signa capiuntur ab Actionibus læsis, ab excrementis mutatis, & ab accidentibus, de quibus satis superque discussum fuit.

Prognostica.

FEbris pestilens toto genere est lethalis; siquidem maximus est morbus, tam ratione propriæ essentiæ, quàm ratione cacoetiæ, & partium affectarum. Qui pestilenti febre infectus est, & ad ea, quæ offeruntur illi bene se habet, plerumque euadit;

In febre pestilentiali plerūque euadit qui benè se habet ad oblata.

euadit; Vnde Auicennas dixit, quando cadit appetitus eorum, qui febres patiuntur pestilentiales, incitentur omninò ad comestionem; quoniam qui viriliter ad ea, quæ sibi offeruntur, se habent, & potenter comedunt, euadunt; Quæ verba Auicennas ex Galeno accepit, enarratione 58. Coment. 3. vbi contestata profert. Etiam hoc symptoma omnes cępit, qui in peste diuturna, quæ modo viguit, laborabant. quare factum est, vt multi morirentur. fortissimi ergo, qui cibum sibi oblatum assumpserunt, omnes ferè superstites fuerunt: plurimi verò mori, quàm comedere quidquam prius duxerunt. Lethalis maximè est, cum adsunt signa illa iam enarrata, quæ amplius recensenda non sunt. *Fen. 1. 4. c. 4.* *In librũ tertiũ de morbis vulgaribus.*

Aduertendum tantùm circa Exantemata, ne amplius repetantur. Primò quid sint; Secundò quot differentias habeant. Tertiò, quid significent. Et suo loco vltimo curabuntur.

Quoad primum, exanthemata significant efflorescentiam; quoniam cutis maculatur, & florescit, vt vere florescunt prata. Et definiri possunt, quòd sint Tumores in cute frequentissimi. Sunt enim Tumores morbi in magnitudine aucta; cum enim adsunt Exantemata, cutis tumet, & augetur. Secundò debent esse frequentes nam vna, aut duæ, aut tres maculę, Exantemata non vocantur. Tertiò in cute; nam alibi alia nomina sortita sunt. *Ex anathemata quid significent.* *Definitio exanthemat ũ.* *Explicantur particulæ definitionis.*

Quoad secundum, Exantemata differũt. Primò quoad materiam; quæ enim fiunt ex sanguine dicuntur variolæ: quæ verò à bile, morbilli: ab Atrabile, carbones, siue Antraces. *Exanthematum differentia.*

Secundò differunt quoad figuram, siue magnitudinem; quæ enim paruissima sunt, & culicum morsibus similia, dicuntur vari: quæ paulò maiores, & acutiores, spinarum puncturæ similitudinem referentes, punticulæ: Quædam sunt paulò maiores, & appellantur milliares: Quædam adhuc maiores instar scabiei, & dicuntur pustulæ: Aliæ adhuc maiores, & vocantur Tubercula: Reliquę tandem insignem habent magnitudinem, & nomine sui generis appellantur Tumores.

Tertio quoad colorem; Aliquæ enim lucidam aquositatem repręsentant: Aliæ sunt purpureæ: Multæ lenticulares: Pleræq.

viola-

violaceæ: Et reliquæ tandem nigræ, exquisitæ, & non exquisitæ.

Cur pessima existimentur exanthemata quæ in facie apparuerint & iuxta pedes.

Quoad tertium iuxta locum, materiam, & colorem, diuersa quoque significant; Quæ enim nascuntur circa thoracem, pessimæ sunt: Malæ etiam, quæ in facie, propter consensum maximum, quem facies cum corde habet: Solent etiam malæ esse, quæ iuxta pedes oriuntur, propter illarum partium frigiditatem.

Quæ ex sanguine fiunt pupulæ salubriores cōtrà pessimæ, quæ ex atrabile.

Quoad materiã, saluberrimæ existimantur, quę fiunt ex bile, & ex sanguine: ab Atrabile verò omnes sunt perniciosæ, sicut etiam quæ fiunt a bile eruginosa, & glastina.

Purpureæ aquosæ & flauę laudabiles cōtrà nigræ, liuidæ, & virides si fuerint papulæ perniciosissimæ.

3. Epydem. sect. 3.

Silenus perijt quia in die decretoria non illi papulæ efflorуere.

Quoad colorem, purpureę, flauę, & aquosæ laudabiles sunt: Contrà autem violaceæ, nigræ, liuidæ, & virides: Sed determinari hæc non possunt, nisi inspiciatur quãtitas, & tempus; nam Hypocrates narrat Papulas in Cranone fuisse inutiles, quoniã ad iudicandum morbum non sufficiebant. Sunt autem sufficiẽtes cum euacuantur copiosè humores, apparentibus magnis, & frequentissimis Papulis: Contrà autem cum paucæ sunt. Sic etiam apparere debent díe decretorio; Nam Silenus, cui apparuerunt die tertia, perijt.

Curatio.

CVrabo primo pestilentem febrem, deindè symptomata. Pestilentis Febris Curatio duplex esse debet; Prophilaptica, & Therapephtica.

1. De dif. feb. c. 6.

Quoad primum (vt docet Galenus) præseruatur & vnus homo, & integer Populus ab imminenti pestilentiã duplici apparatu, quorum alter pertinet ad causas, alter verò ad ipsa corpora, ad homines videlicet. Causæ prohibentur ne pestilentiam afferant tripliciter; emendatione, ablatione, & abstinentia ab earum vsu. Tolluntur specialibus modis; si enim ab aquis corruptis, lacubus, paludibus, aut stagnis quiescentibus, redundantibus, & mortuis per se, vel ratione cadauerum, vel maceratione lini, aut cãnabis ortum ducunt, nullum maius est remedium, quàm aquas illas quomodolibet absumere, vel curren-

Causa quibus prohibetur ne pestilentiam afferant.

tes

tes reddere accomodatis foueis. Si ab aere putrefacto, igne consumendus est; combustis maximis, vicinisque Siluis. Sic etiam si ex eo concluso, ac obstructo pestilentia immineat, modi inueniendi sunt ad aperiendum, ac ventilandum illum. Corriguntur quoque causæ; vt si ex crudis, crassisque alimentis pestilentia superstet, præter coctionem admisceantur detergentia, & incidentia. Si ex fetore aeris, aut vicinarum aquarum, suffitus odoriferi varijs in partibus conficientur, vt ex Ture, Stirace, Belsui, Balzui, balsamo, aut accensis igniculis ex lentisco, Iunipero, myrtho, laudano, lauro, & similibus. Tandē abstinentia prohibetur imminens pestilentia, vt derelinquendo suspectas habitationes, & terras; vulgatissimum enim fuit apud veteres omnes. *Fuge procul, citò, & tarde reuertaris*. Abstinendo a cibis, & potibus suspectis, & corruptis, necnon fugiendo conuersationem illorum, quorum suspitio esse potest; sic etiā claudendo fenestras, aut habitando post montes, qui prohibere habent ventos, & delationem pestilentiæ a parte, & regione suspecta.

Fuge procul citò, & tarde reuertere.

Sententia Auicenna de electione aeris ī peste reiectatur.

Qualis dēat esse aer ad hoc vt salutiferus dici possit.

Verùm cum aer pestifer fugiendus, quæritur, ad quem aerē accedendum. Auicennas determinat, fugiendum esse ad aerem crassum, vtpotè quia difficiliùs putrescit: Sed quoniam tanti auctoris sententia a proprijs sequacibus non recipitur, nec eam nos amplectabimur. Accedendum ergo erit ad aerem subtilem, & purum. fugienda est populorum frequentia. fugiendæ sunt ciuitates; nam refert Plutharcus, Romanos, & Grecos dedicasse Eusculapio templū extra vrbem, quia extra vrbem aer mōtanus salubrior est aere ciuitatis; sic etiam fugienda monumēta mortuorum, & præsertim eorum, qui peste obierunt. Nec credendum est putantibus cadauera mortuorum ex peste, haud pestifera esse; quia hoc falsissimum est. Et quamuis viua corpora peste infecta sint magis contagiosa mortuis, tamē mortua non carent contagio. Habetis vnde confirmare poteritis hanc sententiam ex peste Atheniensi; in qua (vt referūt Tutydides, & Lucretius) Aues, & bruta non audebant gustare cadauera, quasi horrerent pestiferam illam Tabem corporum mortuorum.

Cur Græci et Romani Eusculapio templū extra vrbem dicant.

Falsa ē opinio eorū qui credūt cadauera mortuorū ex peste haud pestifera esse.

Viua corpora peste infecta magis contagiosa sunt mortuis.

Aues & bruta ī peste Atheniēsi non gustabāt cadauera. Et rō huius redditur.

Si aerem pestilentialē fugere nō liceat quid erit agē dum demonstratur. 6 Epydem. tex.7.

Quòd si aerem pestilentialem fugere non liceat, duo necessarium est circa ipsum agere; Vnum est, vt quantum minus fieri potest versentur homines in aere; nam dicebat Hypocrates, mulieres, quæ exibant domibus magis a peste captas esse. Alterum agendum circa aerem est, vt omni diligentia depuretur, & ab omni illuuie cōseruetur. Modus depurandi aerem iam præscriptus fuit; vt scilicet accendantur ignes ex lignis, & fruticibus odoratis, vt Myrto, Rosmarino, Cipresso, Cipro, & huiusmodi, nā habemus (referēte Gal. lib. de Theriaca ad Pisonem) magnū Hypocratem liberasse Græciam a peste non alia ratione, nisi quòd curaret incendi coronas, & omnia ligna odorata.

Qua purgent aerem pestilentialem.

Lib.4. Rasis documentū ad depurandum aerem in peste. Quibus Toxaris liberauit athenensium vrbem a peste.

Rases ad Almansorē ad aerē depurandū aliud etiā comēdauit, vt linteamina aceto rosaceo madefiant, sicq; madefacta parietibus appendantur. Refertur etiā a Luciano in Scyta, Toxarim liberasse Athenienſiū vrbē a peste, per vias vinū spargēdo; nam vinum, acetum, & similia vi sua exiccatoria aerem depurant, & ab omni labe conseruant. Et Auicennas, *mundatio pari etum ab Araneis, & alijs sordibus est ex ijs, quæ pestem prohibent*.

Præceptum Auicēnæ præseruatiuum a peste. Tēpore pestis pſertim animæ incumbē dū. Et ratio huius redditur.

Sed præter omnia, ad Dei iram placandam, cura animam tuam; sæpè enim corporis morbi ab animi morbis fieri solent; dicente Domino languido, quem sanauerat; *vade, & noli amplius peccare, ne aliquid deterius tibi contingat*, & alibi. *Si simplex fuerit totum corpus lucidum erit*; nam propter peccata nostra iratus Deus pestem, & sua fulmina in nos mittit, vt in lege veteri scriptum est; & etiam in noua ante iudicij aduentum, Seruatore nostro docente; Quare ieiunijs, precibus, & eleemosinis Dei iustitia placanda est. Anima igitur curata, Ex parte corporum præparandorum replentur cibis, tunc cruditates coaceruant, matres putredinis, & Iliadas omnium malorum.

3 Popul. p.5. tex.81. Quibus dēat esse victus eorum, qui peste tenentur. Potus præscribuntur pestegrauatis.

Primò vti debent victu pleno ex Galeni sententia, quoad primas qualitates refrigerante: quoad secūdas verò, temperato. sicut etiam temperatus esse debet inter passiuas; nam siccus augeret febrem, & humidus putredinem. Ac propterea tali electo aere, qualem præscripsimus, Potus sit vinum poliphorum, aqua hordei castigatum, in qua prius modicum cucerbitæ, aut pimpinellæ decoctum sit. Ex cibis vitentur omnia excremen-

tosa,

tosa, & quæ de facili ad corruptelam parata sunt, nec enim lac, non oua sorbilia, non pinguia iuscula, aut pisces, nõ legumina conueniunt: sed carnes laudabilium animalium assæ, vel elixæ cum apijs, cicerbita, pimpinella, & acetosa. Somnus omni studio fugiendus est, fugiendũ quoque est otium. Excretiones omnes prouocentur. & inter animi affectus spes, & gaudium conciliantur; nam (vt dicebat Galenus) Timor valdè animos, & vires hominis frangit; fractis viribus facilius pestis suscipitur. atqui refert Lucretius, & Tucidites in ea peste Atheniensiũ, eos magis periclitatos esse, qui timebant: quemadmodum qui animos generosos habebãt, qui nihil timebant, faciliùs euadebãt. quare omninò deponendus est Timor, viuendum læto animo, & iucunda amicitia vtendum; nam nihil aliud Pausanias in 1. Atticæ, & Plutarchus voluerunt inferre, quando scripserunt, Thaletem Cretensem consueuisse pestem fugare musica, nisi quòd ad pestem fugandam magnoperè confert lętho animo esse. Multitudo item si adsit præsens, vel imminens phlebotomia curatur, & præseruatur; sic etiam si impuritas, pharmacum abundantem humorẽ tollens administrandum erit; atqui patet (Galeno teste) in ea peste, eos oẽs euasisse, qui ante fuerant optimè purpurgati. itaque si corpus fuerit biliosum, bilis erit expurganda: si melancholicum, melancholia: si pituitosum, pituita; Quòd si corpus fuerit pletoricum, necessariũ est, ad præseruationẽ, vt pletora auferatur sanguinis missione, iuxta illud eiusdem Galeni. *Si sanguis superabundat hunc oportet euacuare, flaua autem bile, vel atra infestante abstinendum est a sanguine, & humorem infestantem euacuandum.* Cæterùm si simul fuerit plethora, & cathochimia, erunt etiam simul & sanguis minorandus, & praui humores expurgandi.

Timor animos & vires hominis frangit.

Lib. de rigore & trem. c. 3.

Quid sibi volut Thales quãdo dixit, Pestem fugari musica.

5. Methodi c. 2.

Lib. de curãdi rat. one per sanguin. missionem.

Sed hìc aduertatur in phlebotomia, quod est dignum animaduersione, vt posita scilicet necessitate sanguinis missionis, illico prima hora vena est secanda; quia statim virtus concidit. & hac de causa Hypocrates in Epydemijs non secuit venam, quia ab initio non accesserat, ęger proindè tertia die obijt. Prætereà memoria conseruandum id, quod paulò ante dicebamus, ne scilicet secetur vena nisi plethora ad sit; hinc Galenus

In peste & febre pestilẽtia li necessitate vrgente illico secanda est vena.

Sect. 3. l. b. 1. Aphor. 26.

venam secat vbi sermo est de Cretone repleto sanguine: non autem id facit lib. de cibis boni, & mali succi cap. 1. vbi respicit ad Annonæ caritatem, cuius causa viguit cachochimia. Verum si obstructio vrserit, aperientibus curatur intrinsecus, & extrinsecus administrandis. Confert etiam Alexipharmaca enumeranda assumere, diximus enim cum Hypocrate, quòd quæ præterita morbos sanant, antegressa prohibent. Conducit etiam ad venenositatem depellendam, ac extinguẽdam allium, quod Galenus appellat Theriacam Rusticorum. Vel fiat Pilula. Vt

Pilula præseruatiua a peste.

℞. Laudani.
Myrrhæ.
Et opobalsami. an. drach j.
Stiracis optimi. drach. ij.
Gentianæ.
Imperatiæ.
Et been albi, & rubr. an. ʒ. j.
Gariophil.
Macis an. ℈. s.
Musc. gr. 5. f. ad ignem pilula. Vel
℞. Aquarum melissæ.
Acetosæ.
Rosarum. an. ℥. iij.
Macis.
Et calami aromat. an. ʒ. j. s. imponantur in Phyala ad odorandum. Et hæc quoad præseruationem.

Quoad curam verò quàm primùm procurata alui munditie, & si necessariũ fuerit misso sanguine a communioribus venis, lene pharmacum exhibendum erit, quod tale præscribitur.

Pharmacũ exhibendum in peste.

℞. Florum cordial. p. j.
Tamarindorum. ℥. s.
Radic. tormentill. ʒ. ij.
Pimpinellæ.
Scabiosæ.
Et Anchusæ. an. m. j.
f. decoct. in s. quant. aquæ cordial. & in col. suff. dissolu.
Mannæ elect. ℥. ij.

Syr.

Syr.rosat.solut. ℥. iij.
Tripheræ persic. drach.ij.
Rheub. opt. inf. in parte dict. decoctionis colat. & expressi. ℈. iiij. m. f. potus.

Quòd si iterum purgandi occasio detur, idem pharmacum repetendum erit, præmissis syrupis. Vt

℞. Syr. de Acredin. citr.
Ossizac.
Et de scorsonar. an. ℥. ʃ.
Aqu. scabiosæ. ℥. iij. m.

Vel fiat euacuatio per plulas Rufi, quas multi Rasis appellãt; constant enim duabus partibus Aloes, vna myrræ, & medietate croci, & vino albo; dosis est. drach. ʃ. ad ʒ. j. semel in hebdomada. purgant sine violẽtia, & putredinem impediunt; Aloes, & myrrha mortua corpora nulla putredine, & fętore affecta cõseruat, ne dum viua: Sed hæ pilulæ sunt valentiores, & a multis maximè probatæ. *Pilulæ Rufi quas Rasis appellãt medici purgant sine violẽtia & putredinẽ remouent.*

Pilulæ valẽtiores ad eũdẽ vsum.

℞. Aloes hepaticæ. drach. iij.
Myrrhæ drach. ij.
Croci. ʒ. j. s.
Rheub. elect. ʒ. j. s.
Agaric. ʒ. j.
Cariophilorum.
Et spicæ. an. ℈. ij.
Cort. citr. drach. ʃ.
Torment.
Granorum ribes.
Santalorum rubrorum.
Et semin. acetos. an. ℈. j. s.
Corallorum rubrorum. drach. s.
Boli arm. præp. ʒ. j.

Prius agarico inciso, & per 6. horas in oximelite simplici infuso, & alijs omnibus impuluerem redactis cum syr. acetoso simplici. f. Pilul. Dosis. ʒ. ʃ. ad ʒ. j.

Interim verò Alexipharmacis regulariter vtendum est, inter quæ maximè proficiunt Hyrudines venis sedis applicatæ, &

cucurbitulæ sacrificatæ. An autem scarificari debeant in spatulis; an verò in pulpis crurũ: longa disputatione discutitur a modernis practicantibus. quod tamen in iudicium medici assistentis reponendum arbitror; si prius determinauero, id faciendum corpore benè purgato: alioquin quãtum euacuaretur a loco affecto, tantumdem, & plus attraheretur ex ambitu corporis, & profundis partibus ad partem affectam. Postmodum intrinsecus aliqua assumẽda, & extrinsecus adhibenda sunt. Ex intrinsecis alia sunt simplicia, alia composita. Simplicia vt terra sigillata, lapis bezaar, cornu Rinocerontis, os de cordè cerui, cõtrahierba, & alia quorum formã infra præscribemus. Interim admonitos cupio esse lectores circa cornu vnicornu, quod tanti faciunt moderni, de eo me non esse adeò tutum; quoniam quatuor genera animalium vnicornu armantur ab Aristotele, & Eliano: Minoceros scilicet, Rhinoceros, Orix, & Asinus Indicus. De cornu solo Asini Indici scriptum legitur apud Helianum, quòd Indorum Reges eo vtebantur pro poculo, quia existimabãt, se se immunes fore Epylepsia, & a venenis. adeo quòd solùm cornu asini indici poterit ex veterum scriptis comendari in peste. Sed cornu, quod ostendunt principes nostri, caret omnibus notis, quas illi tradit Ælianus; vnde ex dictis vosmetipsi consequentiam deducite.

Alexipharmaca simplicia, quæ dicatur.

Loc. propr.

Cornu Asini Indici epilepsiæ & venenis oppressu nissimum teste Heliano.

Alexipharmacorũ simplicium vis & efficacia.

Formula Alexipharmacorum simplicium.

℞. Boli armen. pulu. ℈. j. cap cum vino aromat. Vel

℞. Terræ sigillat. ℈. j. cap. eod. modo. Exhiberi etiam possunt cum. ℥. j. conserue de agredine citr. vel succo, vel syr. eiusdem; aut cum aqua florum citrangulorum. Vel

℞. Lapidis Bezaar. g. 7. cap. modis dictis. Vel

℞. Ossis de corde cerui. ℈. j. & eodẽ apparatu sumatur. Seu.

℞. Cornu cerui præp. drach. ij. cap. Vel

℞. Ambræ elect. vel cornu Rinocerontis. g. 7. Necnon.

℞. Gentianæ, Imperatæ, aut valerianæ. ʒ. j. cap. cum vino.

Radix Tormentillæ, quæ est species Pentaphili, & dicitur vincẽs toxicum, est optima in hoc genere: dosis est ʒ. j. cũ vino.

Radix dictami est etiam optima; Eandem habet vim scabiosa sola, & pimpinella in aceto macerata. Vel

℞. Con-

℞. Contrahierbæ puluerizat. drach.j. cap.cum aqua scorsonar,cum vino albo,vel cum brodijs.

Bolus armenus solus habet magnam vim in curatione, sed in præseruatione maximam. Dosis eius est. ʒ. s. cum vino albo. Hoc medicamento vsus fuit quidam Dux mediolanensis, & omnes eius familiares,quorum nullus fuit peste infectus. *Laus Boli armeni.*

Ex compositis præcipuum locum tenent, confectio hyacintina, confect. Alchermes, pro Regibus, Athanasia Nicolai, & Dyasena Cordialis Fracastorij; de quibus exhiberi poterit ad ℈. ij. modis dictis.

De Theriaca, & Mitridato conuertitur apud Medicos an debeant connumerari inter composita cōferentia pesti, nec ne; Et ferè communis opinio tenet,magna Antitoda ad præseruationem opportuna illa esse,non autem ad curationem; Et ratio qua suam opinionem fulciunt Auctores, talis est; quia habent formam magnæ actiuitatis,& calorem cordis æstuantem dissoluunt,& hoc maximè quia necesse est, vt de ijs in magna quantitate exhibeantur, & bis in die ob veneni præsentiam. *De Theriaca & mitridato controuersia.* *Cur Theriaca & mitridatiu ad præseruationē opportuna censeantur mini mè verò ad curationem.*

Sed obijciet aduersarius,auctoritate Galeni munitus lib. de Theriaca ad Pisonē, qui peste correptos Theriaca medebatur. Ad obiectionem respondetur. Primò quòd liber ille nō est Galeni, deinde locus ille rectè est intelligendus, hoc modo videlicet; si Theriaca exhibeatur ante febrem pestilentialem,eam in causa esse, vt vel homo non corripiatur, vel saltem correptus non ita lędatur. *Obiect. Cap. 16. Obiect. Resp.*

Inter composita quoque numerari possunt Radix scorsonariæ condita,Buglossæ,& Ancusę, Conserua de agredin.citri,& de florib.genistæ,& scabiosæ,de quib. exhiberi poterit ad ℥. s.

Multi quoque Antitodum celebre ad eundem vsum experti sunt,cuius variæ sunt descriptiones; sed ipse magis eam laudo, qua doctissimi Medici Germani sunt vsi in pestilentiali Febre illa sudatoria, prius Britannica, deindè Germanica dicta, quæ sic habet (& ipse eam Viennæ accepi a non satis laudato Viro Excellentissimo Domino Gisberto Maiestatis Cęsareæ Medico Primario, & Amico.) *Antidotum celebre cōtra pestem.*

℞. Ouum, & reiecto eius albumine per foramen angustum

adim-

adimpleatur croco, & igne lentissimo torreatur, donec cortex croceum præbeat colorem; postea ouum in pila contundatur minutissimè, vt corticis reliquiæ non appareant, huic adde.

Radic.tormentillæ.
Dictami albi. an. ʒ. ij.
Seminis ancusæ.
Ciani. ān. ʒ. j.
Semin.cardui benedict.
Semin.acetosæ. an. ʒ. j. s.
Semin.citr. ʒ. s.
Rasuræ vnicorni.
Rasuræ eboris. ān. scrup. iij.
Ziloaloes.
Myrrhæ.
Been albi, & rubri. an. scrup. ij.
Croci. scrup j. s.

Theriacæ opt. ad pondus omniū in mortario simul misceantur, & confundantur, vt formari possint Trocisci, quorum dosis est. ʒ. j. s. cum pauco vino generoso, vel aceto.

Extrinsecùs verò (quia raro est pestilētia, quæ antipathiam cum corde non habeat, & in qua venenum in corpore vniuerso non superabundet) exhiberi poterit medicamentum euacuans insensibiliter, quod venenum è corpore attrahat, & a tota forma, & ratione caliditatis. Formula talis esse potest.

Sacculus applicandus sub Axillis.

℞. Arsenici. vnc. j.
Dictami cretensis.
Synapi.
Cinamomi an. scrup. ij.
Ambræ odoratæ.

Belzoini. an. gr. 8. m. & fiat sacculus, qui debet applicari sub Axillis.

Vessicātia ad pestem probatissimum remedium. Cap. 12.

Vessicantia item, quę attrahunt excitando vesicam, maximè adhunc vsum probantur. Vnde Galenus lib. 5. Methodi omnes ferè euasisse scribit, quibus vlceribus corpus scatebat. Hæc autē medicamenta confici possunt ex ranunculo, flammula Iouis, allio,

allio, & potissimum Cantharidibus exempli gratiâ.

℞. Canthar. præparat. ʒ. iij.

Synapi. scrup. j.

Fermenti. ʒ. j. s. cum aceto scillitico. f. pasta pro vessicatorio. Huic vessicatorio super imponi debet Dyachilô composit. siue simplex, vt medicamentum administratum detineri queat; Est enim per 24. horas detinendum; postea remota vesica applicetur butirum; Neq; hoc medicamentum calefaciendo nocet, vt quidam volunt; nam per accidens refrigerat. neq; etiam proprietate nocet; nam Cantharides primum agunt in vesicā, quod nocumentum vt subito apparet, ita subito ei possumus occurrere. Cauteria sicuti in præseruatione opportunissima censentur, sic in curatione locum non habent; vtpotè quia non operantur nisi post octo dies. *Cur cauteria in præseruatione acceptissima sint in curatione verò a peste nihil valeant.*

Cæterùm in Regione cordis potissimùm medicamenta applicāda sunt, vt oleum viperinum, Magni Ducis, de semin. citr. oleum Matthioli, Theriacale, Theriaca, Mitridatium in aceto optimo, & acerrimo dissoluta. in quo etiam dissolui poterunt Bolus Armenus, Terra sigillata, succus cardi sancti, & cicerbitæ; In eumdem vsum parari possunt Epythemata cordialia iam dicta, & vnguentum cordiale Guarnerij. Et de peste, & febre pestilentiali satis. *Succurrentia Cardi ī peste.*

De Febre Lypiria, seu maligna.

Lypiria Febris communiter appellatur quasi pestilēs, quoniam communia habet multa cum pestilenti: differt tamen ab ea, quòd nec contagium, nec vulgaritatem habet: sed est in eo genere morborum, quos Galenus appellat vagantes. Qui quidem Galenus differre Lypiriam a Febre maligna docet, quia in hac exteriora quidem frigient, sed interius, neque calor percipitur: quod non obseruatur in Lypiria, in qua interiora vruntur, de mente eiusdē Galeni. Præterea pestilens tantùm ex aeris contagione fit, præmissa analogia ad aliquem ex humoribus, etiam si secundùm naturam extiterit; Maligna verò (nam sic placet hanc febrē appellare) in qua maculæ similes *In quo differat Feb. Lypiria a pestilenti. In Proemia Epydem.*

culi-

culicum morſibus apparent, quia media eſt inter verè peſtilentem, & ſimpliciter putridam, ſemper ex morboſo apparatu proficiſcitur; licèt ex aere etiam ſuum nanciſcatur principiũ; nihil enim prohibet ex hoc apparatu ſordidam fieri putredinem, & reliquis grauiorem, ac mox ab illo per contactum medio aere in alios migrare.

Nota difficultatem notabilem. Sed circa hanc febrem exoritur non leuis controuerſia; nam Gal. 3. de ſimplic. 4. prognoſtic. & 4. aphor. recenſet, febrem Lypiriam intrà febres ardentes. Et Hypocrates in lib. de affectibus ſtatuit, hanc febrem nuncupari æſtuoſam, quaſi dicat ardentem; Ad hęc voluit Galenus, huiuſmodi febres conſequi inflammationem viſcerum. Et Aetius lib. 5. prodidit, Lypiriã *Cap.49.* propriè ſequi inflammationem ventriculi. Verùm Auicennas, *Locis cit.* & cum Auicenna Meſues repoſuerunt Febrem hãc Lypiriam inter pituitoſas. Adhæc ſi Lypiria ſequitur inflammationem viſcerum, non videtur propriè eſſe morbum, ſed potius accidens: cum tamẽ Galenus de ea loquens, eſſe morbum teſtetur.

Soluitur difficultas ꝓpria. Pro ſolutione huius difficultatis reſponderi poteſt dupliciter. Primò, non inconuenire febrem aliquam eſſe pituitoſam, & ardentem; quandoquidem, vt alias docebamus ex pituita ſalſa fit etiam Febris ardens. Secundò reſpondetur apud Galenum duplicem eſſe Lypiriam: aliam ardentem, & inflammationem viſcerum ſequentem: aliam autem minimè ardentem, *Cap.8.* de qua loquutus videtur lib. de inæquali intemperie; vt hæc poſtrema ſit eadem cum ea Lypiria, quam nobis propoſuit Auicennas inter phlegmaticas.

Definitur Lypiria. Definiri igitur poteſt Lypiria, quod ſit *Calor accenſus in Corde, & diffuſus per vniuerſum corpus ab vno, vel pluribus, vel omnibus humoribus intrà venas putreſcentibus malignè, & continuè*; quæ conditiones ex præcedenti capite ſatis patent, & ex his habentur cauſæ, & ſigna, quæ etiam colligi poterunt ex *4.Canõ.c.53.* Auicenna, Galeno, & Hypocrate. Apud quos in hoc morbi *4.Aphor.48. 2.Prognoſt. c.4.* genere vnum ſcriptum legitur; mirandum illud certè, peſtilentem hanc conſtitutionem vehementiùs furere brumalibus, ac *Nota.* rigidis temporibus, quàm in reliquis: quinimò perículoſiores eſſe. cuius rei cauſam eſſe cenſeo, quia cum hæc febris nõ prodeat

deat præcipuè ex certo cęli statu, aut aeris vera contagione; sed maiori ex parte ex morboso corporis apparatu; ob id sanè prohibito naturali effluxu ex cutis densitate, ob ambientis frigus facta, maiorem fieri putrefactionem cōtingit, & grauius venenum, & hac ratione periculosiores febres, quàm æstiuis temporibus, in quibus ipsa aeris conditio, licèt quodammodo præstet mali principium, nihilominus tamen meatus reddit patentiores, quibus facilè quod putrescit exhalat, & naturales, ac præter naturales effluxus promptè spirant.

Cur brumali tēpore potissimum fiant febres Lypiriæ quā æstiuali, & hoc tūc temporis periculosæ.

Prognostica.

Lypiriæ omnes febres perniciosæ sunt, & nisi medicus prudens sit, fraudulentę adeo, vt dum propter apparentem lęuitatem inter medicos conuertitur, Febris adsit, necne, improuisò æger diem obeat. Galenus de hac Febre adhunc propositū loquens contestata profert. *Est Lypiria sua natura exitialis, quia, vt Hypocrates testatum reliquit, semper malum esse, Si interiora vrantur, & exteriora frigeant*; vnde 2. de morbis solere hanc Febrem desinere in Hydropem capitis docuit.

Curatio.

Qvia affectus est acutissimus quàm primum, seruatis regulis, mittatur sanguis; instituatur victus refrigerans humectans moderati, & boni succi; & exhibeatur pharmacum lene, quale in vera pestilenti descriptum est; habendo semper oculos ad prædominantes humores. Et tandem insistendū erit Alexipharmacis internis, & externis iam dictis. Lenia purgantia pharmaca esse danda, non autem exoluentia omnibus notum esse vellem: cuius rei inaduertentia Medici non paucos ægrotantes neci tradunt, vt experientia magistra docuit. De medicamentis purgantibus loquēs Hypocrates, quàm diù hæc febris durat, ab omnibus purgatorijs esse abstinendum suadet: vbi autē febris abijt, purganda esse corpora medicamentis, quę flauam ducunt bilem. Et quia potuisset aliquis dicere, vanum

In febribus Lypirijs pharmaca lenientia conferunt contrà potentia nocent.

esse exhibere medicamenta purgantia, cum iam febris sit finita. Respondet Hypocrates, necessariam esse multoties purgationẽ etiam finita febre; quoniam solet redire hæc febris, nisi corpus ab humoribus superuacaneis depuretur.

Cauẽdum ab Epyrematib. in febribus Lypirijs. Ceterùm in huiusmodi febre cauendum semper est ab Epyrematibus, quæ extra applicantur; nulla namq; artis lege, nullaq; ratione in malignis affectibus adhiberi possunt, & ob id tãquam a pernicioso veneno ab eisdem fugiendum est; nam tantùm abest, vt refrigerantibus extra adhibitis in hac febre vti sit concessum, quòd doceant classici omnes, ad externas, & distantissimas a corde partes venenosum spiritum, & malignum distrahere ac euocare oportere. quamobrem præter euacuationẽ materiæ moliendam mox a principio medicamentis supra notatis, docuimus omni arte huiusmodi malignos, & venenosos spiritus ad extimas partes extrahere oportere. Neq; minimè id moliendum calidis, ne intensiùs furat, & efferuescat in eo affectu materia: Verùm dum cor pati plurimum cognouerimus, excogitare oportet ne vires labantur. Auxilia (quæ illi citra damnũ sint proficua, qualia apud peritos practicantes reperiuntur, quę venenis resistunt, & spiritus roborare habent, ac firmare) talia autem sunt; sacculus, qui molliter factus contineat.

Sacculus ad rem opportunus & salutaris.

Specierum cordial. temper. vnc. j.
Semin. citri.
Acetosæ.
Florum buglossæ.
Boraginis.
Rosarum. an. vnc. ʒ.
Camphoræ. ℈. j.

Santalorum rubeorum. ℥. j. Quibus subtiliter puluerizatis addi potest.

Puluerum radic. angelicæ.
Bistortæ.
Foliorum scordij. an. ʒ. s.

Liquor pro inunctione cordis approbatissimus. Licèt etiam regionem cordis inungere infrascribendo liquore arte chimica extracto. Vt

Elect. de Hyacinto.

Et

Et Theriaræ. an. vnc.j. dissoluantur in succo scordij, pimpinellæ, scabiosæ, & acetosæ, extracto quidem cum aqua rosacea ea quantitate, quæ libram compleat. Quibus adde

Puluer. cinnamom. ℥. j.
Sandalorum omn. vnc.j.
Pulu. Dyambræ.
Dyamusci. an. ℥. s.
Dyamargar. frigidi.

Elect. de gemmis. s. spec. an. ℥. j. m. omnia cum succo pomorum dulcium redolentium, & in elambiccum immissa stillentur per balneum mariæ. cuius efficaciam procul dubio semper magnifeci, nam præter id, quòd neq; calorem, neque feruorem intendit, incredibili quadam efficacia cordi opitulatur. quod beneficium etiam præstat Matthioli oleum cordi inunctum, nec non oleum, quod Ferrariæ prostat & Ferrariense indè nominatur; Tale enim incredibili quadam efficacia venenosis, ac malignis affectibus proficuum est, dum pulsibus extrinsecus apparentibus illinitur: quin etiam extimæ cordis parti ad sinistram mãmillæ repetita interpositis tribus horis illinitione, sed cautè adhibeantur, nimirum corpore vtroq; modo satis euacuato, in Febris remissione, corpore, ac tempore non plurimum æstuantibus, celebratis totius corporis frictionibus, præsertim pectoris, & dorsi. Interim tamen dum corpus his omnibus tractatur, cucurbitas paruas, sed plures, aut pluries adhibere oportet. quòd si maxima fuerit imbecillitas, & venenositas, citra scarificationẽ, aut cum leuissima; sin autem, & sanguinis vitiosi aliquid superesse cognouerimus, cum scarificatione; in quo sanè vsu, & indicatione consultissimum eas scarificare, quæ in Dorso è regione cordis affiguntur. quod sanè inuentum tanti esse momenti sæpè vsus demonstrauit, vt anxietas, & pulsus inæqualitatem, ac alia sæuissima accidentia ab eis protinus subsidere visum sit. Mirãdum etiam est, quod nõnulli volunt, Hydrargirum pectori appensum genuino, & latenti odio cætera venena fugare. Simile est, quod de arsenico fertur; nã è directo cordis, aut sub sinistra ala gestatum, omne pestilẽs contagium fugat. Cuius rationem esse vult Theodosius, quòd cor sensim veneno assuetum, minùs ab

Hydrargirũ pectori appensum venenũ a corpore fugat. Cur arsenicũ pestilens contagiũ arceat. Epist. 2.

ab aere venenato, & a veneno in corpore genito offenditur: At ipse in ea opinione sum, maximã habere vim in trahendo quod sibi est simile, & ob id veneficos spiritus promptissimè allicere, nec permittere cordi inesse, neque ipsum inficere.

Sunt tandem quædam, quæ præterquamquod per Antypathyam operantur, analoga etiam sunt alicui humorum, aut tam sunt ex natura mixtionis temperata, vt cum omnibus analogiam habeãt. Sunt autem veluti gemmarum, & lapidum plures, Non enim superstitiosum, nec fabulorum censeo quod de gemmis plerique referunt; nam præterquamquòd omnia aduersantur affectui veneni, vt alibi dictum est, quia sicca sunt, & quodammodo astringenti constant substantia, exhilarant etiã, & particulari antipathia veneno maximè resistunt, & viscera roborant. Sic Granata (carbũculi species) aeri venenato maximè resistit, & cordi est amicus; sicuti smaragdus cerebro, zapphirus hepati, corallus ventriculo, hyacintus (præter id, quod Bezaar hoc est Antitodus esse putatur,) lętitiam quoq; conciliare dicitur. Serapio Topatium præfert Theriacæ. Agates similiter aduersus affectus omnes pestilentiales, & malignos valere creditur, & margaritę omnes, & porro in anulis gestantur, aut pectori apponuntur è regione cordis, vel ore continentur, ac sugguntur, vel (quod vtilius est) cibarijs admiscentur intenuissima puluerem redacta.

Cur gemmę affectui venenoso aduersentur.

Granata cordi, smaragd° cerebro, zaffirus hepati, corallus ventriculo ex proprietate conferunt. Hyacintus lætitiã cõciliat.

Curatio pestilentium symptomatum.

PRæcipua symptomata, quæ non solùm in pestilẽtibus, sed etiam in malignis febribus obseruantur, sunt syncopes, varioli, & morbilli, parotides, reliquique Tumores parui, vel magni iam dicti, conuulsio, extremarumque refrigeratio cum Galeno.

2. Prognost. com. 4.

Curatio syncopis.

Definitur syncopes.

SYncopes animi deliquium est, in affectibus pestilentialibus contingens, propter humores, vel vapores malignè inuadentes

dentes cor. a qua nisi citò succurratur celere periculũ imminet.

Prouidetur autem alimentis, & medicamentis. Alimenta sunt mica panis calidi in vino optimo intincta, & exhibita, vel odorata, contusum pullorum, in quo bolus armenus ad drach. j. adiectus sit, vel stillatitium eorumdem, necnon cordis castratorum adiecto auro, quod adeo cordis affectibus prodest, vt a multis creditum sit nutrire, vel consummatum ex recẽti pullo; quod fit dupliciter. Primum quidem siccum, Alterum verò humidum. Siccum fit elixa carne pulli exenterati, & leniter triti cum farre, & radice boraginis quousq; in formam cremoris redigantur. Alterum verò olla immissa intra aquam bullientẽ ad formam elambicci, quòd vulgò dicitur Balneum Mariæ. Medicamenta intrinsecùs adhibentur quæ paulò ante diximus, & præsertim confectio Hyacinti, & Alchermes, Theriaca, & mitridatum. Extrinsecùs in Regione cordis sacculus, & olea iam dicta. *Cõsumatum siccum quomodo fiat.* *Cũ fit consumatum humidum.*

Curatio variolarum, & morbillorum.

SI variolæ, & morbilli criticè exeant, curari non debent: sed omni studio procurari ad exitum, vnctionibus aperiẽtibus; vt oleo amigdalarum dulcium, & chamęmelini pręsertim in regione Thoracis inunctis, rubris pannis adhibitis. ac decubitus fit in cubiculo calidissimo: At si criticè nõ emittantur, prouocãda sunt modis dictis vt exeant in magna copia; & si videbitur, mittendus erit sanguis, vel purgandum, vt fecit Galenus in curatione pustularum, quas Simon habebat: Nec vt faciunt multi timendum est, ne exanthemata reuocẽtur intus; siquidem vt benè ait Mercurialis, cũ natura huiusmodi crisim perficere non potest, grauata ob humorũ multitudinem, optimum remediũ est phlebotomare, aut pharmare, vt in reliquum liberior sit. Atque interim Alexipharmacum aliquod ad libitum Medici exhiberi poterit. *6. Epid. sect. 2* *Timor vanus.* *Quãdo in variolis & morbillis debeat phlebotomia celebrari.*

Verùm quia magis facessere negotium in hac affęctione cõperimus membrũ, in quod procumbit venenosa hæc lues, quemadmodum videre est in Raucedine, & suffocatione, quam gignit *Quibus, & quo raucedini & suffocationi succur-*

rendum in variolis & morbillis.

grit defluxus à capite, cui sanè medeberis per ea auxilia, quæ si corpus satis euacuatum fuerit primo repellendi vim habeant, vt aqua hordei cum modico rob de moris, aut syrupo rosato: At si quid iam fluxisse comperiamus, per ea, quæ oblenienda exasperatum guttur, & facilem expulsionem præstant; qualia sunt medicamenta, quæ lambendo sumuntur; veluti est syrupus violarũ de iuiubis, granatorum dulcium, de prunis Damascenis cum saccaro, & de mucilagine psillij, & seminis citoniorum. Quòd si suffocationis periculum insit, distrahere cucurbitulis, vel sanguinis detractione (si corpus permiserit) oportebit.

Ad præcauendos oculos in variolis, & morbillis.

Confluunt quoque humores ad oculos, ex defluxu, vel efferuescentia ipsius humoris maligni. quos præcauere oportet primo decocto ex aqua rosarum, feniculi, aut mirthi, facta cum semine sumac. Quòd si repulsio non profuerit, concoquentibus, & digerentibus vtendum est addito prædictis medicamentis croco, quæ omnia semel coquere oportet, & excolare, atq; pennicillo aliquo in oculos instillare. At si hęc prodesse non videantur, & oculi pręnimia fluxione occludantur, sanguinem pulli columborum conijcere oportet, præsertim scissis venis ipsius, columbi, quæ sub alis sunt. Item si ad nares Fluxio delabatur primò quidem pellere oportet oleo citoniorum: ac si prodesse non videatur, omni arte dolorem lenire curabis, crustasq; emollire, ne prohibita respiratione exulcerari contingat, fitq; id vel oleo sesamino, amigd. dulcium, de semine lini, cucurbitæ, vel melonum. Cæterùm si nares ad exulcerationem deuenerint, vnguentis ex Litargiro, vel vitello oui, aut succo plantaginis in mortario plumbeo sæpius agitatis rem agere oportebit. Si verò in os, palatum, & linguam, aut gingiuas variolæ, aut morbilli tanto

Sanguine pulli columborũ oculi occlusi in variolis aperiuntur.

Ad præcauenda vlcera remedia.

numero prorumpant, quòd alicuius partis exulcerationem, vel corruptionem vereamur, succo granatorum acetosorum cum aqua plãtaginis repellere curabis. Verùm si fluxum impedire volueris, caliditatem compesces, ne ex nimio calore in corruptionem degenerent. id, quod fit aqua hordei cum saccaro, vel syr. rosaceo. Tandem si in vlcus degenerauerit, aqua aluminosa vtendum est: si verò in corruptionem vergat, aliqua oris pars vnguento Ægyptiaco cum aqua plãtaginis, aut hordei corruptioni

ni resistere oportebit,&rem omnem deinceps chirurgicis committere.

De Parotidibus.

CAput dum in hac Febre maligna à principio plurimũ patitur, & ipsum ex propria natura validum, & firmum est; contingit frequenter, Parotydes fieri:aliquando non minus lęthales, quam quoduis aliud malum:aliquando verò salutares, præsertim dum eo statu supersunt vires, quo possit vacuationẽ aliquam ferre, vel materiam aliundè transmittere, aut insensibiliter discutere, vel suppurare,& diù huic operi sufficere. Verũ dum aut solùm huius Febris solutionem, aut (vt rectius loquamur) mutationem tẽtauerit natura citrà integram perfectionẽ, aut tantum Parothides creuerint, quod laborans suffocare periclitetur, citrà id, quòd possit aliquod auxilium ex magnis tolerare, maius subindè licebit periculum timere. Quamobrem prouidendum est primò, vt quàm celerrimè Parotides in auxilium properent, quod sanè officium non solùm est exequendũ, sed tentare simul materiæ discussionem oportet, ne si plus humoris, quàm par sit ad partem trahatur, laborans fortè suffocare periclitetur. Quibus equidem apparentibus (permittentibus tamen viribus) sanguinem ex cephalica eiusdem brachij mittere pro virium robore oportebit: sin aliter, cucurbitulas cum scarificatione eodẽ brachio affigere, aut scapulis ea parte qua malum viget, & mox ea auxilia sunt adhibenda, quæ citrà maximã attractionem discutiendi vires obtineant, veluti oleum chamęmelinum calidum, & frequenter adhibitum lana, aut panno exceptum; Quòd si profuerit innitẽdum est, donec ex toto Parotydes euanescant: sin aliter, emplastro vtendum est, vulgò maturatiuo nuncupato: quod cum vitellis ouorum, chamęmeli oleo, & de semine lini, ac croco pistare oportet; quo sanè & discuti quod ad id habile est, & suppurari reliquum facile solet; In his verò quæ velociter augumentum susceptant, non oportet attractorijs pharmacis vti, sed ea auxilia esse adhibenda, consulit Galenus, quę mitigandi dolores, ac leniendi vires obtineant

De causis, modo generationis & curatione parotydum.

Lib. 3. phar. locis de Parotydibus.

tineant; ficuti in alijs nimirum, quę lentè prorumpũt, & pestilentes sunt; & attractorijs vti, & cucurbitis eadem parte affixis. Quòd si compertum fuerit, aut tantum crescere, aut venenosæ esse naturę, vt laborans suffocatione periclitetur, antequam aut discussioni, aut suppurationi sufficiat materia, consultissimum est candẽti auro, aut leni aliquo ferro, eas vnico foramine aperire; vt veneni vis, aut immodica humorum copia facilius expiret. quo sanè auxilio plurimos, veluti deploratos, sanitati fuisse restitutos, experientia demonstrauit.

Curatio Pustularum, omniumque Tumorum malignorum.

FIunt Pustulæ, & Tumores maligni cum humores, qui in aliquam partem colliguntur, malignitatem deferũt; quam vel receperunt a visceribus, vel in ipso loco affecto. Quàm primùm igitur; cõsilio Mercati candenti ferro Pustula, & Tumor tangi debent, deindè procurandum maturãtibus, vt crusta cadat superposito butiro antiquo, vel assuncia veteri, superponenda est quoque Theriaca, & circum circa applicentur defensiua, informa, quæ fiunt; Vt

Defensiua ad tumores malignos.

℞. Aquæ plantag.
Rosarum.
Et acet. ros. an. vnc. iij.
Boli armen.
Sanguin. drac.
Et terræ sigillat. an. ʒ. j. cum linteolis fiant defensiua.

Curatio conuulsionis.

IN affectibus pestilentibus frequentissima est conuulsio, humoribus scilicet, aut vaporibus malignis translatis ad cerebrum, & spinalem medullã, vnde nerui originem ducunt; Præter pharmaca ergo, quæ malignis illis humoribus debentur, cerebrum roborãdum est vnà cum medulla, & cum neruis. quod fiet internis, & externis. Interius igitur exhibeãtur Tabellæ. Vt

Tabellæ ad cerebrũ roborãdũ

℞. Mi-

℞. Mitridati.

Et plirisarcot. an. ℈. ij. cum infusione rosarum, & saccaro q.s. formentur tabellæ. Vel *in conuulsionibus malignis.*

℞. Theriacæ opt.

Et Dyamusc.dulc. an. scrup. ij. f.tabellæ modo dicto. Extrinsecùs verò nuchæ oleum de spica,& de nuce muscata inungantur, addito etiam modico Theriacæ, Palato, temporibus, & naribus; Vel Theriaca in aceto macerata imponatur, balsami liquor, vel modicum fellis Ricij.

Inter cętera tandem remedia, quæ conuulsioni adhibentur, videtur esse laudata ab Hypocrate frigidæ affusio. Est locus Hypocratis 5.Aphor.3.de morbis. Cõsilium Hypocratis multi probarunt: Aliqui damnarunt, vt Paulus illud appellans audacissimum. Celsus etiam miratus est, quomodo Hypocrates laudarit frigidæ affusionem; quia ipsemet Hypocrates alias in Aphor. dixit frigidum esse inimicissimum neruis, & ossibus. Difficultati occurrentes dicimus, hoc consilium nequaquam in omnibus conuulsionibus esse salubre: sed sunt aliquæ, in quibus fortasse potest probari, quando scilicet propter inflammationẽ, propter caliditatem immensam conuulsio oritur; nam cum frigidæ affusio statim inflammationem, & caliditatem sedet, consequenter etiam curare potest conuulsionem. *Tex.25. Et lib.de humoribus. Frigida affusio in conuulsione ex caliditate remedium probatissimum ab Hypocrate.*

De Febre Hectica.

Agitur hoc loco de exquisita Hectica, & per essentiam; nam de Phtisi verba faciemus suo loco.

Definiri itaque potest Hectica exquisita, quòd sit *calor accensus in partibus solidis primò, & habitualiter inferens.* Circa quam definitionem primò breuiter trattabimus de genere: deindè de subiectis; tertiò de modo generationis fixionis, & habitualitatis. *Definitur hectica exquisita.*

Quoad primum, Febris Hecticæ genus est *calor*, quæcumq; sit illius species: nam in tertia specie siue gradu (cum non amplius Hectica appelletur simpliciter, sed Hectica senectutis) nõ amplius Febris viget: sed frigida intemperies, loco illius, non

secus ac extincta inflammatione solet scyrrus superuenire, & sicut post accensos carbones gignitur cinis frigidus. Calor igitur Febris Hecticæ (quousq; Hectica dicitur) talis est, vt Febrē, & calidam intemperiem constituere possit, & licèt mēbris adeò infixus sit, vt (Auctore Mercuriali) locum naturalis formæ teneat, verè tamen naturalis non est: Sed ab ea non minus specie distinctus, quàm ab ipso frigore. Nec audiendi sunt, qui eos specie conuenire asseuerant; quòd scilicet vtriq; calefaciant, & consimiles affectus gignant; nā operationes hæ genericæ sunt, nec magis differētiam specificam inferre possunt, quàm inferret sensibilitas inter animalia. Potest tamen ex tribus capitibus facile indagari. Primò ex operationibus, quo pacto Phylosophi communiter qualitates motiuas elementares specie separant. Secundò origine, nam sicut formæ substantiales a materia educibiles specie distinguuntur; Sic etiam & materiales qualitates. Tertiò ex continuabilitate, iuxta quam dixit Phylosophus, continuari non posse, quæ specie differunt.

Calor naturalis & febrilis specie distinguuntur. Ex his ergo capitibus probabiliter deducitur, calores hos; febrilem scilicet, & naturalem specie distingui.

1. Aphor. cō. 14. & 15. Ex primò enim, quia auctoritate Galeni naturalis cōseruat, ac opera naturalia perficit, vt ex ipsiusmet verbis colligitur, quæ ita habent. *Neque enim aliud quidquam animal ab initio efformauit, neq; rursus adauxit, aut vsque ad mortem enutriuit præter quàm calor iste* (loquens de calore naturali;) *Hic enim omnium operum naturalium est causa, cibi appetentiam intendit, coctionem auget, plus sanguinis cumulat, crassius efficit corpus, & vt superfluitates expurgantur, prouidentiam habet: At calor circumfusus omnia euacuat æqualiter, & ea quæ secūdum*

1. Aphor. cit. *naturam, & ea, quæ præter naturam in corpore retinentur*; de quo etiam dixerat. *Calor concoctionem prohibet, somnum aufert, sudorem digerit, & morbis pestilentibus paratum corpus reddit.*

Calor natiuus ex semine & menstruo originē habet. Ex secundò quoque capit. deducitur. Origo enim natiui caloris (vt sæpè repetit idemmet Galenus) semen est, & menstruum: Febrilis verò caloris, putredo, aut consimilis causa.

Febrilis caloris causa putredo est. Ex tertiò etiam cap. differētia hæc conspicitur; quandoquidem

dem calores, qui inter se continuantur mutuò, etiam se intendunt. Isti autem calores tantùm abest vt mutuò se intendant, vt potiùs se destruant. Naturalis siquidem tantò felicius operatur, quantò magis naturæ imperio subiacet. Febrilis verò tātò maior est, quātò magis natiuum calorem opprimit, & a Dominio naturæ se subtrahit. & sicut ille actione causarum naturalium crescit: sic iste morbosarum causarum actione augetur. Et hæc breuiter quoad primum.

Differētia inter calorē naturalem & febrilem.

Quoad secundum, numerantur subiecta Febris Hecticę *omnes partes solidæ*; vnde excluduntur humores, & spiritus, quæ nec partes sunt, nec solidæ dicuntur. Sunt autem solidæ partes in duplici differentia; Spermaticæ videlicet, quarum proxima materia a principio nostræ generationis fuit semen; quarum humiditas semel consumpta, & substantia semel corrupta, nullo artificio reparari potest. Carnosæ verò sunt, quarum proxima materia fuit sanguis; & quarum humiditas semel absumpta, & bis, & millies, & substantia corrupta, & scissa, & quomodolibet diminuta refici, reglutinari, & humectari ab assumptis alimentis potest. In his ergo Febrilis calor adeò radices infigit; vt nullo ferè remedio extingui, & corrigi possit; vtpotè quod cū partes solidæ crassiori, & firmiori substantia, quàm spiritus, & humores constant, semel conceptum calorem & vitium, longè difficiliùs admittunt, quàm spiritus ipsi, & humores. Diximus enim (cum Galeno) ea esse facile alterabilia, & resolubilia, quorum substantia tenuis est, & facile solubilis: contrà autem difficile, quorum crassior, & corpulentior existit.

Febris hecticę subiectum na ponitur.

Partis spermatica materia quæ dicatur.

Quæ partis carnosæ.

Carnosæ partes cōsumptæ resarciri possunt cōtra nequaquā spermaticæ.

1. De dif. feb. c. 3.

Quoad tertium, modus inuasionis Hecticæ est *habitualiter*; propter rationem iam allatam. inficitur autem, & habitus formam acquirit, seruando modum febrium synocharum, & vniformium: Non enim materiam febris hæc habet, qua concocta mitescat, & reputrescente per circuitum repetat. Difficultas solùm est ratione læsionis; Est enim febris hæc de numero agentium vniformiter difformiter. Et difficultas a varia conditione solidorum membrorum pendet; Asseruimus enim alibi partes solidas tribus constare substantijs; adiposa scilicet, carnosa, & spermatica; ex quibus quia adiposa tenuissima est, modico ne-

Partes solidæ triplici substantia constans.

gotio resoluitur,& effumat: Carnosa verò (quia paulò solidior) difficiliùs contabescit; Spermatica autem (quia maximè terrestris est,& solida) nō dissoluitur nisi post longam,& maximam ipsius caloris actionem. Ex his igitur breuiter habetur primò tres esse præcipuos verè hecticæ gradus Secundò non dari progressum a primo ad tertium, non transeundo per secundum; Tertiò nec immediatè posse tertium fieri, non præcedente primo, & secundo.

Febris hectica tres constituuntur gradus.

Non datur progressus a primo ad tertiū non transeundo per secundum.

Sed hìc vnum discutiendum proponitur, quod solummodo (vt obseruauimus) a Mercuriali notatur. Et est, Cur Hypocrates, Celsus,& cæteri omnes Græci alto silētio tractatum de Febre hectica præterierint. Hanc puto fuisse causam (Domini) vt morbus adeo vulgatus,& familiaris sit præteritus ab antiquis; quia Febres hecticæ in Principio,& Augumento difficiles sunt cognitu, & cum plerumq; sequantur alias Febres vel Diarias, vel potius putridas (vt suo loco dicetur) facile fit, vt & in Augumento,& in Principio capiantur pro Febribus putridis. Vbi verò Febris hectica lōgè progressa est, tūc facilis est cognitu; Et de hac siue specie, siue gradu hecticæ apertè loquuti sunt veteres, sed sub alio nomine, nempè sub nomine marasmi,& Tabis.

Cur græci ferè omnes de Febre hectica verba non faciant.

Differētia inter Tabē & hecticam.

Causæ.

Nonnaturales & extrinsecæ causæ sunt aer quomodolibet calidus & siccus, potus parcus, vel etiam copiosum vinorum generosorum,& potissimum illorum, quę cum alumine integra seruātur. sic etiam,& potus nitrosarum, & aluminosarum aquarum. Cibi quoque calidi sicci, quantitate parci,& substantia tenues. Vigiliæ diuturnæ, & præsertim illæ quæ sunt cum animi sollicitudinibus. Somnus quoque (vt ait Hypocrates) diuturnus tabefacit. Motus laboriosus per loca arida, & calidissima: sic etiam immoderatum otium; motum enim viuificare, otium tabefacere tritum apud Celsum est. Excretiones omnes immoderatæ, & intempestiuæ. Et ex animi affectibus mœror, amor, & timor. Auicennas causa hectica sunt (ait) Febres Ephemerę, aut putridę, aut Febres inflammationum; quia rarò

Causæ vnde hectica generatur proponuntur.

6. Epydem. sect. 5. circa finem.

Motus viuificat otiū tabefacit.

4. Cano. trac. 3 cap. 1.

hectica

hectica incipiendo accidit, nisi sit causa valdè fortis. Et Galenus, exoritur hęc passio ipsi cordi nonnunquam per seipsam, sicuti ex excandescentijs, tristitijs, nonnunquam ex ardentibus febribus, aliquando ex pulmonis, vel Thoracis affectibus, præsertim ex Empyemate, & Phtisi, & ex omnibus diuturnis inflammationibus nobiliores partes occupantibus. Interea causa nulla est, cum sit affectus immaterialis, & immediatè membris inhærens. *1. De dif. feb. c. 9.*

Quoad habilitatem ægrotántium, incurrunt facilè in hecticam, qui calidam & siccam intemperiem quomodolibet habuerint, & præsertim hepatis, & cordis; ac multò magis qui diuturno aliquo morbo, & euacuatione aliqua immoderata laborauerit. Habitus hirsutus, niger, siccus, & quem Galenus caninum appellare solet. Aetas senilis, & iuuenilis. Sexus masculus. Et inter anni tempora Æstas, & Autumnus; Necnon habitatio regionis calidæ, & siccæ, quæ soleat similes morbos afferre. *Ad hecticam febrem proni qui dicantur.*

Signa.

OPortet primò discernere hecticam in genere. Secundò gradus. Tertiò an sit simplex, an verò coniuncta cum putrida. *Quib. signis dignoscere valeant febrem hecticam medici.*

Quoad primùm, hectica cognoscitur quinque illis signis, quibus cognoscuntur cęteræ. Et primò a calore præter naturam; Est enim calor hecticæ primo occursu mitis, postea verò acrior, & mordacior apparet, vt a medico tangente vix tolerari possit. Ex quo Galenus, *Sanorum calor vaporosus est, suauis, & tactu conueniens, nihil triste, nihil asperum, nihil mordax præse ferens: eorum verò, qui febricitant, & præcipuè hecticas febres acris est, & insuauis, ac mordax, & nostrum corrodens tactum*; Est enim calor ille cum siccitate coniunctus, & (vt alibi docuimus) de mente classicorum siccitas est lima caloris. *1. Aphor. cõ. 14.* *Siccitas est lima caloris.*

Secundò cognoscitur ex temporibus; incipit enim huiusmodi Febris rarò immediatè (licèt hoc non sit impossibile) sed succedit pedetentim alijs Febribus, potissimùm ardentibus, omnibusque *Secundò. Rarò Febris hectica immediatè incipit.*

busque diuturnis affectibus, vt cum Galeno, & Auicenna supra testati sumus. Perdurat per integrum annum, & sępè etiam per tres, aut quatuor annos: Imò Nicolaus Florentinus refert, se vidisse hecticum, qui quatuordecim annos hecticam gestauerit. Soluitur vt plurimum ad mortem, & aliquando etiam ad salutem, simplici alteratione, bonitate cœli, vel industria periti Medici.

Tertiò.

Tertiò ex symptomatibus, qui hectica Febre laborant manifestum ardorem circa cor sentiunt, veluti oleum frigeretur. frigi etiam videtur tota spina, ardentibus scilicet vnctuosis illis humiditatibus, quæ sunt in eius membranis, & musculis. Lingua arida est, & sępè cum siti, sępè etiam sine illa. non sentiunt hectici se febrire; quoniam intemperies est æqualis facta, vt Auctor est Galenus, cum ait Febrium hecticarum duo hæc sunt propria signa, vt si perpetuò sibi illæ similes sint, nec inuasionem vllam accessionis, nec incrementum, nec vigorem, nec remissionem habeant, nec se febricitare percipiat æger. quòd num verùm sit (hecticos non sentire se febricitare) dubio vertitur.

Cur hectici, se febrire nō sentiant.

Libro de inæquali intēperiè cap. 1. 3. De præsag. ex pulsib. cap. de art. cordis.

Num verum sit, quod hectici non percipiant se febrire.

Ex vna parte est Auctoritas Galeni, qui varijs in locis docet, hoc esse proprium hecticarum signum, vt non sentiant se febrire. quam sententiam sequuti sunt omnes Arabes, & Græci. Ex altera parte est experientia, aliquos hecticos percipere proprias Febres: & èconuerso esse alios, qui ab omni Febre hectica liberi, sed manifesta putrida detenti, tamen non sentiant se febrire. In hac re videtur ita statuendum, veram esse Galeni sententiam, si sano modo intelligatur; Verum enim est, hecticos, & præsertim qui diù ea Febre sunt capti, semper & continuatim Febrem non percipere; & hoc modo intelligenda est sentētia Galeni; hecticorum scilicet proprium esse, vt semper, & continuatim careant sensu Febris; Quòd si aliqui alij febricitantes dicant interdum, se non febrire, aut non percipere febrem, id neque semper, neque continuatim in ipsis apparet; & ideò non licèt inferre non percipit se febrire, ergo hecticus est; Sed videndum est, an illud semper dicant, & omni hora. quia vbi interdum dicunt, se non percipere, interdum autem sensum

1. De dif. feb. 9. Cit. 3. de præsag. ex pulsibus, cap. 3. & cit. lib. de inæquali intemperiè c. 9.

Febris

Febris habeant, certissimum est eos hectica Febre carere. Item hectici per horam a cibo incalescunt, veluti noua accessio illis superueniret. Causa referenda est ad vaporem alimentorum, qui inspersus ad membra iam exiccata ebullit, sicut aqua in calce recenti, & acetum in terram proiectum. Iam verò videamus vtrum huic modo exemplum calcis possit accomodari. Puto ego, accomodatissimum esse; siquidem vera ratio, propter quam affusa aqua, calor in calce manifestatur, est quia ab aqua obstructis meatibus calcis vapores, & calor, qui prius respirabant, continentur. contenti ignem inibi contentum magis cogunt, & augent; vnde fit, vt actus mirum in modum tandem erumpat; adeò vt etiam saxa frangat, & bullas excitet; quemadmodum sensu ipso manifestè cognoscitur. Atque hoc etiā verùm esse, ex eo facile potest conijci, quòd si vel vinum, vel acetum super calcem spargatur, minimè ita incalescat, & fremat; Ratio est, quia & vinum, & acetum (cum corpora sint tenuissima) minimè obstruunt meatus calcis: sed potiùs aperiunt; propter quod Theophrastus in lib. de igne docet, Acetum magis extinguere ignem in carbonibus, quàm aqua; quoniam intimius penetrat ad originem ignis, & consequenter eū destruit.

Cur hectici a cibis per horam incalescant.

Cur affusa aqua calor in calce manifestatur nō ita si affundatur vinum vel acetum.

Cur acetum magis extinguat ignem quam aqua.

Modus autem, quo id totum efficitur hìc est. Vbi acceptus est ab hecticis cibus a ventriculo (propter debilitatem facultatis coctricis) multi statim crassi vapores ab eo attolluntur; quemadmodum videmus eleuari frequentissimè in omnibus, qui tardè concoquunt cibos. Isti vapores, per corpus penetrantes, vniuersos meatus solidorum veluti concludunt; vnde fit vt calor (huiusmodi occlusione magis coactus) maior cōsequēter euadat. & tamdiù durat augumentum caloris, quousq; isti vapores crassi dissipantur. Cur verò vapores crassi in hecticis citò distribuantur, & penetrent ea est potissima causa, quòd eorum corpora propter insignem siccitatē maximè aperta sunt; adeò vt vapores quemadmodum statim tolli solent in Cerebrum: sic quoque in vniuersum corporis habitum vel velociter rapiūtur. quibus durātibus durat etiam calor: Dū autem dissipātur, consequenter etiam calor minuitur. Cur autem hoc non appareat in putridis Febribus duplex est ratio; Vna quia corpora ipsorum

Cur vapores crassi in hecticis citò distribuantur & penetrent.

Cur in Febribus putridis febrilis calor a cibo nō augeatur.

rum sunt obstructa, ita quòd vapores crassi non possunt penetrare, nec permeare: Altera quia etiam si augeatur a cibo calor, tamen febrile incendium in ipsis vsque adeo ingens est, vt obscuret alium calorem.

Item peruigilio tenentur qui Hectica Febre laborant, nec nisi summo studio dormire valent. vniuersum corpus emaciatur, ac plumbeum colorem acquirit, qui natiui caloris extin-

1. De dif. feb. c. 9. ctionem consequitur; vnde Galenus. *Adest oculi concauitas (amisso eorum liquore) flos vitalis coloris extinctus, in tota cute squalliditas immoderata, palpebræ dormitantibus similes, &c.*

Canon c. 2. ad. 3. Quartò, ex pulsibus; sunt autem Hecticæ pulsus (cum Auicéna) parui, inordinati, celerrimi, frequentissimi, languidi, duri, ac fixi.

Vltimò ex vrinis cognoscitur; quæ crudæ decolores sunt Hypostasim referentes modò arenosam, pinguem, adiposam, vel oleosam.

An in vrinis hecticorũ pinguis Hypostasis obseruari possit. *10. Methodi in fine.* *Differentia inter febres hecticas & colliquatiuas* Sed hìc dubitandum videtur, quomodo in vrina possit apparere vlla pinguedo: quando Galenus (ponens differentiam inter colliquatiuas Febres, & Hecticas) dicebat in colliquatiuis deiectiones esse pingues: in Hecticis verò minimè, sed liquari instar vaporum. Sicut igitur deiectiones non habent vllam pinguedinem; ergo nec etiam Vrinæ (cõtrà Arabes) deberent habere. Huic difficultati satisfieri dupliciter potest. Primò, illam pinguedinem positam ab Arabibus non esse veram pinguedinem, sed assimilari, & esse substantiam aeream quandam supernatantem, & spiritu plenum excrementum, contentum in superficie vrinæ, quod vocarunt Arabes pinguedinem propter similitudinem. Alio modo responderi potest, pinguedinem, propositam ab Auicéna & alijs, esse admodum exilem respectu pinguedinis apparentis in deiectionibus colliquatiuarum Febrium, Galenum verò neglexisse id, quod est exiguum.

Cap. de hect. febr. *Primus gradus hecticæ facilis co[gnitione] sed [difficilis cura]tione.* Quoad secundum, gradus Hecticæ dignoscuntur ex ipsa læsione, & potissimum ex emaciatione; in primò enim gradu emaciatio adeò parua est, vt vix sentiatur; vnde doctissimè Rasis, quòd primus gradus est facilis curationis, sed difficilis cognitionis.

tonis. In secundò gradu emaciatio paulò maior apparet. In tertiò euidentissima est; Vnde subdit Rasis quòd Tertius gradus facilis est cognitionis, sed difficilis curationis; qui enim in tertiò illo gradu constitutus est, faciem habet dictam Hypocraticam, &(vt ait Galenus) inter cætera oculos gestat squallidos, veluti si per puluerulentũ stadium iter fecisset; caro adeo emaciatur, vt omnia ossa dinumerari possint, ac Hypocundria contracta, ac ferè excarnia apparet. Et vno verbo illi, qui occupati sunt a secundò gradu hecticæ nihil aliud sunt, quàm cutis, & ossa, & veluti sceletos quidam. Præterea pili in his videntur lõgiores, quòd, consumpta tota carne, vsq; ad redices appareant. vngues curui sunt, quòd caro, quæ adhæret tota sit consumpta. Et Hypocrates appellabat, hãc ægritudinem ferinam, eo quòd secundùm vngues assimilentur feris rapacibus. Auicennas addit his signis pediculos in marasmatis fieri. cuius sententia vt rectè intelligatur debetis scire, nequaquam fieri posse, vt in marasmo laborantibus gignantur pediculi; quia siue dicamus, eos fieri ex carne corrupta, vt iudicauit Aristoteles: siue ex sanguine corrupto, vt Teophrastus: siue ex profunda cute, vt asseruit Galenus, fieri non potest; vt in dicto morbo laborantibus gignantur pediculi. Quid igitur sibi voluit Auicennas? Eius sententia est, quòd qui sunt pediculi in istis, eo tempore exeũt propalam; nam referet Apollonius, ex sentẽtia Aristotelis, in morituris pediculos relinquere capita, & reperiri in puluinaribus. cuius ratio affertur ab Alexandro, quòd cum pediculi nutriantur sanguine, & foueantur; vbi in morituris deseruntur a sanguine, exeunt, & quærunt meliorem locum. Quod tamen minimè verùm est de cunctis morituris sicuti de marasmatis.

Tertius gradus hectica facilis cognitionis sed difficilis curationis.

Cur in hecticis pili obseruentur lõgiores & vngues.

2. Epidem.

Cur Hypocrates Febris hecticã ægritudinem ferinã appellet?

5. De Hystor. animal. ĩi 31.

2. de caus plãtar. cap. 22.

1. De composit. medic. 7.

Cur in morituris pediculi relinquant capita & in puluinaribus reperiantur.

2. Trobl. 30.

At quæret hìc ingeniosus iuuenis, qui fit quòd corpora hecticorum non conuelluntur? Nam si fit conuulsio ex siccitate, in his corporibus nerui sunt exiccati; igitur debent contrahi. Fuerunt aliqui, qui existimarunt, ideo huiusmodi corpora non conuelli, quia siccitas hecticorum non est difformis, sed æqualis. Cæterùm hæc ratio nihil valet, quia chordæ, quæ (vt Galeni exemplo vtar, exiccantur vniformiter, quoniã sub sole exiccantur: tamen contrahuntur, & rumpuntur. Deinde siccitas

Vnde est, quod corpora Hecticorum non conuellãtur.

 facit

facit conuulſionem; ergo vbi maior erit ſiccitas,eo magis deberet fieri. In corporibus hecticorum maior eſt ſiccitas: ergo deberet magis fieri conuulſio. Dicerem ego, corpora hecticorum non conuelli, quia nerui ſecundum totam ſubſtantiam, & ſecundum cauitates non exiccantur,propter duas cauſas; Prima eſt, quia hæc membra perpetuò a cibo irrorantur, & eo magis, quia hectici vtuntur cibis valdè humectantibus; Alia ratio eſt, quia in corporibus hecticorum continua fit colliquatio carnis, & pinguedinis. ab huiuſmodi colliquatione nerui humectantur: humectati ita conſeruantur, vt non ſicceſcant.

Quoad tertium, an Febris hectica coniuncta ſit cum putrida, declaratur ex ipſo inuadendi modo. ſi enim coniungatur Febris,repetens per circuitum,proculdubio aſſerendum eſt;illam non eſſe ſimplicem, ſed coniunctam: ſic etiam ſi vrinæ fœtidæ appareant, & excrementa omnia fœtorem reddant,putredo adiuncta ſignificatur.

Prognoſtica.

DVbium non eſt,Febrem Hecticam lethalem eſſe;cum non modò natiuum calorem vehementer commutet: ſed etiã humiditatem alimentitiam,& vitalem abſumat;eoque magis, quantò magis ad vltimum gradum fit acceſſio. Hinc Auicennas. *Hectica eſt in principio rei difficilis cognitionis, & facilis curationis: quia parum a naturali ſua diſpoſitione corpus permutatum fuit: At finis Adubal non penitus recipit curationem.* Eſt autem diuturna, quoniam conſumptio humiditatis,& cõmutatio natiui caloris fit pedetentiam, non autem tota ſimul, vt in acutiſſimis morbis contingit.

Cit. 4. canon. tract. 3. c. 1.

Curatio.

CVrabimus hoc loco Hecticam ſimplicem cuiuſcumq. gradus ſit. Duo autem ſunt quæ curationem poſtulant: Emaciatio videlicet, quæ refectionem; & intemperies calida & ſicca,quæ refrigerantia,& humectantia petit: hinc Galenus, *Nutrimen-*

trimentum oportet esse frigidum, & humidum, quod Hecticis Febribus sit conducturum, vt Ptisanæ cremor, &c. Et Auicennas intentio curandi Febrem Hecticam est infrigidatio, & humectatio. Idem afferere videtur Paulus, & Auerroes: Verùm quoniam nō est morbus pendens a materia, nullam euacuationem desiderat. Imò si aliqua euacuatio fortè contingeret, supprimenda esset: nisi fortasse fæces obduratæ essent, quo casu lenientibus clysteribus emolliri possent. sic etiā si suppressa est purgatio menstrua, aut clausæ fuerint Hemorrhoides, prouocari possent misso tanto sanguine, quanto sufficeret ad tollendam occasionem augumenti ipsius Febris. Reliquum ergo est ad principales scopos propositos reuertamur. Emaciatio itaque, quæ maximè vrget, reficientibus curanda est; alimentis scilicet, & medicamentis internis, & externis. Nomine alimentorum intelligitur vniuersa victus ratio. Primò itaque eligatur aer manifestè inclinans ad frigidum, & humidum, quoad substantiam crassiusculus, quē laudat Galenus in Agro Neapolitano Tabiensem, Surrentinum, & Pausylippi, qualis in Agro Romano esse posset Trascatanus, Tiburtinus, Sancti Gregorij, & alius, si in similibus morbis laudabilis comperiretur. Potus sit vinum oligophoron. Cibi sint carnes laudabiles, vt Pullorum, Veruecum, Vitulorum, & montanarum Auicularum. Inter olera laudantur cucurbitæ, & præsertim longæ, quæ. s. pergularum more longè a terra educantur, lactucæ, cicoreæ, & boragines, buglossæ, necnon endiuiæ. Inter cerealia rixum, & far ad ptisanæ modum elixa. inter fructus comendatur pira, mala, quę aciditate carent. inter pisces triglę, sardæ, lucij, lacerti, & similes. Anguilla genita ex putredine, vel per coniunctionem serpentis cum Anguilla pessima censetur: verùm si sequenti præparetur forma iuuabit multum. diuisa ergo Anguilla, prius semota eius pelle, & bene lota aqua rosata, imple eius carne præparata ventrem gallinæ iunenis, & post cum sufficienti quantitate aquæ, & pauco hordeo excorticato cōcoquatur, ex aqua, & Anguilla fiat aqua per destillationem instrumento vitreo, lento igne, Dosis. ℥. ij. cum pauco saccaro.

10. Methodi cap. 2. Cit. 4 canon. tract. 3. c. 4. Lib. 2. c. 22. 2. Colliger.

Aer qui debeat eligi in Febre Hectica.

Anguilla quo apparatu cōferre dicitur Hecticis, quæ sub alia ratione perniciosissima est.

Multi momenti etiam sunt Oua sorbilia, recenter nata, &

præsertim vitellia; lac, cancri, testudines, limaciæ, de quibus verba faciemus cum de medicamentis. Medicamenta alimenti vim curato vt habeant, siue intrinsecùs, siue extrinsecùs applicentur. Inter intrinseca laudatissimum est lac, de quo breuiter dicemus.

Quod lac eligendum pro Hecticis.

Primò quod eligendum sit. Secundò quo pacto exhibẽdum. Tertiò quando exhibendum. Quartò quo apparatu. Quintò qua quantitate.

Quoad primùm, consensu omnium celebratissimum est lac muliebre, ex muliere scilicet iuuencula, benè sana, & boni habitus: Sed quoniam rarò mulieres patiuntur suggi ab Hectico, eligendum est aliud humano conforme. Laudantur potissimùm, & in vsu sunt lac caprillum, & asininum, hæc enim animalia parum ab humana temperiè declinant; ac propterea ad homines reficiendos maximè idonea.

Modus exhibendi lac pro Hecticis.

Quoad secundum, modus exhibendi lac duplex esse potest; solum scilicet, & mixtum cum melle. Exhibetur solum, quoties sola humectatio, & refrigeratio substantifica an ipso lacte desideratur. Admiscetur autem mel, quoties desideramus vt lac ipsum maiori cum auiditate a partibus trahatur. debet autẽ mel modicum esse, & non excedere ℥. j. quoniam in Hectico vehementer mutato ad intemperiem calidam, & siccam, facile verteretur in bilem, cum dulcia omnia facilè bilescãt ex Galeno.

Dulcia facile bilescunt.

5. Method. c. 6.

Quibus qualitatibus præditum esse debeat mel adhoc vt optimum sit.

Eligendum itaq; est optimum mel, quale describitur ab eodem Galeno; vt videlicet, cereum colorem referẽs, lucidum sit, benè crassum, & in vngue positum nec multa velocitate, nec tarditate excurrat: quòd si tale non extiterit, loco mellis vti poterimus saccaro fino.

Quãtitas exhibendi lac pro Hecticis.

Qua hora debet exhiberi lac ab Hecticis

Quoad tertium, quantitas exhibendi lac, quoad Dosim prescribetur paulò infra. Quoad tempus verò, sumitur lac in aurora per sex circiter horas ante cibum, quo. s. tempore facultates omnes robustiores sunt, & faciliùs lac traherent ipsa membra, & in se se cõmutarent. Solet etiam exhiberi per 6. quoq; horas, aut paulò plures, vel pauciores post cibum, & præcisè circa vigesimam secundam horam, qua. s. hora, propter ambiẽtis calorem, membra sunt calefacta, & exiccata; & breuiter regula temporis

poris

poris est, vt consideretur in ventriculo nō esse aliā crudiora alimenta, nec putredinem, nec aliquid aliud, quod assumendum lac prohibeat.

Quoad quartum, exhibendi lactis quãtitas non in omnibus præfinita est; Aliquibus enim maior copia: & aliquibus minor datur. Illis enim, qui vehementer emaciati sunt, & a lacte manifestum commodum recipiunt, potest maior copia exhiberi: Alijs verò parcior. Præscribitur quantitas incipiendo ab vncijs quatuor,& progrediendo vsque ad octo.

Quoad vltimùm, apparatus ad exhibendum Lac tális erit. Primò ex quà lac emungi debet (Domi) alenda est, & sit boni habitus, iuuencula, & certis horis exerceatur, & alatur refrigerantibus, & humectantibus plantis, quales sunt Hedera, Vlmus, Platanus, Populus, Malua, Lactucā, Endiuia, & Cicorea: Quòd si hecticus excrementis redundet, optimum erit animal nutrire non solùm refrigerantibus, & humectantibus, sed etiam illis, quæ abstergendi vim habent, vt salice, asparago, & cicerbita. Emungatur autem lac ea ipsa hora, quà debet exhiberi; nam paulò post expressionem facilè acescit. exhibito lacte, exhibeatur radix aliqua condita ex dictis, aut electuarijs ditē- dis. Cauendum autem est, ne post assumptum lac æger somno rapiatur. Cauendum quoque, ex Hypocrate, caput dolentibus, laborantibus Febre putrida, aut aliqua alia vehementer ardenti, & illis, qui Dysenteria, aut Dyarrhea laborant, & ijs, quibus Hypocundria flatu redundant. Et hæc de lacte.

Apparatus pro exhibēdo lacte.

Lac facilè acescit.

A lacte assūpto nō est dormiendum. 5. Aphor. 64.

Quibus interdicendum sit lac.

Modus exhibendi oua sorbilia.

SOrbilia oua dicuntur, quę tostione carent, eligantur ouā gallinarum iuuencularum nutritarum hordaceo farre, & auena, & recenter nata. in catino excluduntur sola vitellia, & aqua gelida irrorētur, & exhibeātur duo, aut tria ante reliquos cibos.

Modus Ptisanæ parandæ.

ELigatur hordeum benè maturum, & crassum, & intùs albicans decorticetur; contundatur; abluatur; coquatur cum laudabili aqua quousque in succum deueniat; extrahatur deindè

dè cremor; & loco ouorum exhibeatur ad ℥.iij. Solus, vel mixtus cum aqua suæ decoctionis.

Modus præparandi Testudines.

SI æger excrementis redundet, eligēdæ sunt Testudines marinæ: sin minùs, laudabiliores sunt Montanæ. hæ igitur Testudines per aliquot dies nutriantur lactucis & cicorea; deindè bulliant in aqua hordei ad perfectam elixationem, decorticentur, & a primo, & secundo cortice detrahantur pedes; & caput, exenterentur ab ossibus, spolientur meræ carnes, &

Electionē ex carne testudinum per Hectlicis.

℞. Dictarum carnium. ℥. iij.
Semin. comun. ℥. j.
Margar. præp. ʒ. s.

Cum facc. & aqu. rosac. f. electuaria, de quibus post lac assumptum detur ad ℥. s.

Modus præparandi cancros.

QVoad electionem fluuialium, aut maritimorum, regula allata de Testudinibus seruanda erit. capiantur autem cancri in plenilunio, & statim decoquantur in aqua hordei ad perfectam elixationem; deindè decorticentur, & a suis sordibus emundentur; detractisque corticibus

Electionē ex carne cancrorum per Hectlicis.

℞. Carnium cancrorum.
Et pulp. pect. pulli an. ℥. iij.
Margar. præp.

Et Dyamargar. frigidi. an. ʒ. s. cum saccar. & aqua rosac. f. electuaria, hora & quantitate dicta exhibenda.

Modus præparandi Limacias.

LImaciæ montanæ eligendæ sunt, quoad fieri potest, crassiores, & per plures dies Domi nutriantur farina frumenti; deindè bulliant ad perfectam elixationem, cum aqua hordei, & corticibus spoliatæ, recisaque excrementosa portione: vel f. ex illis stillatitium; Vel fiat electuarium hoc pacto.

Elect. ex carne limacium per Hectlicis.

℞. Carnium limaciarum dict. modo præparat. ℥. iij.
Amigd. dulcium mundat. vnc. j.

Mar-

Margar.pręp.dr.s.cũ ſacc.& aq.roſ.modo dicto.f.electuaria.

Exterius ad emaciationem tollendam multa conducunt. Et primò applicẽtur cruplaſtra refectiua, cõfecta.ſ.ex vitellis ouorum; ex ouis ſorbilibus; carnibus contuſis; Ptiſana, & melle. Secundò optimum eſt balneum in iuſculis capitum caſtratorum, vel in iuſculis ventris, & inteſtinorum vaccinorum ſuperaddito etiam recenti butiro.

Secundus ſcopus, videlicet refrigerandi & humectandi abſoluitur internis, & externis. Ex internis quædam ſunt vniuerſalia, vt potus aquæ gelidæ: quædam particularia, vt condita, conſeruæ, aquæ, & confectiones ſæpè dictæ. Vniuerſalia externa (pręter particularia ſuis locis applicãda) ſunt balnea, quę quia fiunt ex aqua fontis, appellantur a Galeno balnea aquæ dulcis. De quibus breuiter dicemus primo quo pacto conficienda ſint, deindè qualis eſſe debeat illorum vſus.

Quoad primùm, Galenus cõficiebat balneum ex pura, ſimplic:q; aqua fontanæ: quoniam habebat tantùm in mente ſcopum refrigerandi, & humectandi: poſteriores verò ſupperaddiderunt aliqua ſimplicia, quæ abſtringendi ſimul, & roborandi vim habeant; nam impoſſibile ferè eſt inueniri hecticum, qui aliquod viſcus infirmum nõ poſſideat, & qui propterea balneo roborante non indigeat; Addendam itaque balneo ſunt hordeum, roſæ, violæ, plantago, borago, bugloſſa, & lupuli. *Quo pacto cõficienda ſint balnea aquæ dulcis.*

Quoad ſecundum, paranda Domus eſt, in qua æger ſit balneandus, vbi duæ tinæ apponendæ ſunt: in quarum altera ſit aqua tepida: in altera verò gelida. hora igitur balneationis deferatur æger tenuibus, & mollibus linteis coopertus, & primò ad tinam aquæ tepidæ; vbi per quartam horæ partem circiter detineatur, diſcoperto ſolùm capite; non ſit autem aqua vehementer calida, ne inflammet, & ne natiuum calorem educat, & propter eadem cauſam prohibetur maior mora. deindè abſtergatur, & deferatur ad tinam aquæ gelidę, vbi ſedeat per octauã circiter horæ partem. paulò poſtea auferatur. iterum abſtergatur, & deducatur ad lectũ benè terſum, & recentem. nutriaturq; vel cum ptiſana, vel cum aliquo ex dictis electuarijs. Cauendum tandem eſt balneum, vt docet Galenus, illis qui dolore ca- *10.Meth.c.3. & lib. de Tabe.*

pitis

pitis tenentur, qui Febre putrida laborant, ac qui obstructionibus alicuius visceris grauantur.

3. De ratione vict. acut. sent. 59. Sed hìc objiciet aliquis, Hypocrates Balneum inquit non conuenire his, quibus vires languent, non ergo hectici sunt lauandi; languidi cum sint. Respondetur, Hypocratem loqui de Balneo euacuatorio, quod multos sudores mouet, quale hecticis non conuenit: benè tamen illud, quod ad refrigerandum calorem excedentem exhibetur.

1. Aphor. Iterum objiciet, hectici exiguum habent calorem, poterit ergo facilè extingui ab aquæ frigiditate; quando Galenus, *Contingit autem ijs, qui frigida perluuntur: si debile corpus habuerint refrigerari, atq; offendi: si robustum, primùm quidē innatum calorem ad interiora refugere, se seq; colligere: postea ad exteriora remeantem, multò quàm prius erat fieri fortiorem.* Respondetur, Verum hoc esse, sed propter metum non est ommittēdum; melius est enim cum periculo aliquid agere, quàm sinere certò 3. Acutorū. hominem mori, & quāuis Gal. scribat, languidos non posse ad frigidam peruenire sine læsione, non proindè eā omittēt hectici ob rōnem assignatā, prætereà qđ ibi loquitur de morbis acutis.

Vtrum in hectica magis refrigerādū an humectādum sit. Lib. 2. c. 33. Cæterùm, pro absoluta huius Febris curatione, opere pretiū judicauimus discutiendum vtrùm in hectica refrigerandum magis, vel humectandum sit. Paulus, loquens de cura hecticę, videtur constituisse pro primo scopo humectationem: Contrà Aetius in curanda hectica omninò refrigerandum esse docet. Difficultati nos occurrentes dicimus, in prima specie magis refrigerandum; quia nondum siccitas euidens est: cum alijs speciebus, cum siccitas insignis appareat magis humectandum.

Atq; ad vniuersum tractatū de Febribus satis. Quæ quidem omnia non omnibus scripta esse volumus: sed ijs tantū, qui medicinā magno cū iudicio exercēt. cęteri autem cōes Medici, vel homines flagitiosissimi, nefaria cupiditate detenti ab hoc opere fugiāt apprimè monemus; non minusq; hominum illud genus quouis ore Dodoneo loquacius, qui pręter syllogismos, sophismata, corollaria, suppositiones, ac tricas nil aliud ferè norunt. Finis coronat opus.

FINIS.